BIBL. NAZ.
Vittorio Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
A
434 (1
NAPOLI

53 Racc. V ll. A. 434 (1
53

# THEOLOGIA MORALIS,

## JUXTA SACRÆ SCRIPTURÆ, Canonum, & SS. Patrum mentem.

Juſſu Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Stephani Cardinalis LE CAMUS, Epiſcopi Gratianopolitani, Gallica lingua, & deinde Latina, exarata.

*AUTHORE*
FRANCISCO GENETTO,
Avenionenſi, Epiſcopo Vaſionenſi.

## TOMUS PRIMUS.

De Principiis generalibus Theologiæ Moralis, & de Contractibus in genere & in ſpecie.

*Editio ſecunda Latina, auctior, variiſque præſertim Conciliorum Provincialium, Synodorumque Italiæ Decretis illuſtrior.*

Biblioteca Nazionale Napoli

VENETIIS,
Apud PAULUM BALLEONIUM.

M. DCCV.
*Superiorum Permiſſu, ac Privilegiis.*

# CLEMENTI XI.
## PONTIFICI
# MAXIMO.

BEATISSIME PATER,

Lucubrationes meas, ſeu veriùs collectiones, Sanctitatis Tuæ pedibus humiliter obvolutus confidenter ſiſto; cùm enim hæc Theologia Moralis Scripturæ ſacræ effata contineat, ſacro-

rum Canonum Decretis, & ſanctorum Patrum dictis expoſita, in iis præſertim quæ ad mores componendos pertinent, nihilque ferè ex me ipſo locutus ſim, quidni ſperem, ſapientiſſimo & ſupremo Judici non ingratam fore?

Tam arduum opus, imbecillitatis propriæ conſcius, nunquam certè ſuſcepiſſem, niſi Galliæ Præſulum decus & gemma, Epiſcopus Gratianopolitanus, modò inter Purpuratos emicans, tum Hieronymus Cardinalis Grimaldus, cujus memoria in benedictione eſt, me ad id reluctantem, ſeu diffidentem incitaſſent.

Juſſus igitur duos Priores Tomos de Probabilitate, Contractibus & Beneficiis potiſſimùm differentes, Gallica lingua, prælo commiſi Lutetiæ Pariſiorum anno 1676. experiri cupiens, quo tandem modo hæc à ſapientibus acciperentur, & nova methodo, intendendo digitum ad puros fontes, viam hactenùs ferè inacceſſam eruditioribus aperire

deſiderans, qua ulteriùs & utiliùs progrederentur; quod & cum magna veritatis luce, factum jam videmus à non paucis.

Crevit animus, fateor, ex pluribus Præſulum, & Doctorum approbationibus, & ultra ſpem honorifica doctrinali cenſura ipſius etiam Reverendiſſimi Patris Raymundi Capiſucchi, tunc ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, poſtea Eminentiſſimi Cardinalis: tum etiam ex Decreto à ſacra Congregatione ſancti Officii emanato, quo Notæ, ſeu animadverſiones, contra hoc meum opus duobus Tomis editæ, damnatæ ſtatim ſunt, & inter libros prohibitos circa annum 1678. relatæ. Tum certè conſilium mihi à ſacræ Congregationis Indicis tunc Secretario datum ſecutus, obtrectatori reſpondere parùm curans, Tractatus de Sacramentis, majori qua potui diligentia, abſolvi: & demùm Decalogum explicui.

Hæc omnia pluries in Gallia

prodierunt, & non paucis doctrinæ ſacrorum Canonum ſtudioſis, etiam in Aventino monte, occaſionem dederunt deſiderandi, ut aliis linguis, & præſertim latina, ederetur hæc Theologia Moralis. Ipſe Eminentiſſimus Marcus Antonius Cardinalis Barbadicus, cujus indefeſſa Paſtoralis ſolicitudo ſanctum Carolum vivis coloribus exprimit, juſſit, ut in ſuo verè mirabili Seminario, ad Montem Faliſcum excitato, prelegeretur illud opus latina lingua, primùm à Doctore Gallo, modò Viterbienſis Eccleſiæ Canonico Theologo, & poſtmodum ab eruditiſſimo fidei confeſſore Hiberno hujuſce Seminarii Præfecto.

Horum hortatu, auxilio, & exemplo, ſucciſivis horis, ſtylo facili & aperto, Moralem hanc latinitate donavi, & Sanctitati Tuæ conſecrare inſtitui: ſperans non injucundam fore, eo ſaltem nomine, quòd de rebus ſæpiùs magna animi contentione inter Doctores agitatis, veritatis, non

pugnæ

pugnæ avidus, pacificè loquor, neminem laceſſens, neminem vellicans, neminem citans ſine laude; quòdque proprio ingenio judicioque meritò diffiſus: *Nihil de ſpiritu meo propheto, ſed micas tantùm colligo, quæ ceciderunt de menſa Dominorum meorum*; Summorum ſcilicet Pontificum, & ſanctorum Patrum. Petrus Bleſenſ.

Patere igitur, Beatiſſime Pater, pro tua ſingulari humanitate, comitateque, qua unumquemque in ſupremo illo dignitatum faſtigio blandè excipis, ut hic liber ſub tui nominis ſummo ſplendore prodeat; & ita omnibus veræ pietatis ſtudioſis gratior, & ſecurior evadat. Dum interim tanto Chriſtiani orbis Paſtori, qui verbo & exemplo mores fidelium ad Euangelicæ Canonicæque perfectionis normam reducere ſatagit; quique in ſuis homiliis, ſacris & Apoſtolicis functionibus diù intermiſſis, fruſtrà reclamante negotiorum mole, perſonaliter obeundis, aliiſque non minùs privatis quàm publicis operi-

bus, magnos Leones, Gregorios, Innocentioſque, exultanti Romæ exhibet, fauſta omnia precabitur,

BEATISSIME PATER,

SANCTITATIS TUÆ,

Humillimus, obſequentiſſimus & fideliſſimus cliens, & ſubditus, FRANCISCUS GENETTUS, Epiſcopus Vaſionenſis.

# EPISTOLA
# PASTORALIS.

STEPHANUS S. R. E. Presbyter Cardinalis LE CAMUS, Epiſcopus & Princeps Gratianopolitanus.

*OMNIBUS ET SINGULIS Curatis, Vicariis, & Confeſſariis noſtræ Diœceſis, Salutem & benedictionem.*

CUM Epiſcopi teneantur in primis depoſitum ſibi creditum cuſtodire, & puritatem doctrinæ, quæ ſecundùm pietatem eſt, in ſuis Diœceſibus contra omnis generis novitates illibatam ſervare: ab eo tempore, quo Divina providentia curam hujus Eccleſiæ nobis commiſit, diligenter elaboravimus, ut contagionem corruptelæ in Moralem Chriſtianam his temporibus invectæ ſiſteremus, & ab hac noſtra Diœceſi laxitatis principia expelleremus, atque opiniones flexibiles & adulatrices, quas ſpiritus mendacii & erroris adinvenit ad obſcurandum Euangelii lumen, & puritatem Moralis

Chriſtianæ exquiſitis cavillationibus depravandam procul abigeremus.

Putabamus prima fronte, pleraſque rationes, quæ ad ſtabiliendas hujuſmodi portentoſas opiniones adhibentur, ita ex ſeipſis corruere, ut illas ſimpliciter referre ſufficeret, ad demonſtrandum, iiſdem opinionibus Religionis fundamenta everti, eaſque planè contrarias eſſe Philoſophiæ Chriſtianæ, & ſapientiæ Crucis. Satis igitur habuimus, publicè contra hæc ſtupenda opinionum figmenta concionari, populumque nobis à Deo commiſſum monere, ut ſibi caveret à fallaci fuco depravatæ doctrinæ, quæ eò periculoſior eſt, quò ſenſibus, & naturæ corruptæ cupiditati adulatur.

Sine ingrati animi nota diſſimulare non poſſumus benedictionem, quam indulſit Deus curis noſtris, & vigilantiæ, qua reſtitimus torrenti illius tam periculoſæ corruptionis, nihil omittentes, ut procul ab hac noſtra Diœceſi hujuſcemodi doctrinas veneno infectas amandaremus, quæ in id tendunt, ut præcepta & regulas à Chriſto poſitas, cupiditati, ambitioni, & voluptatibus carnalium hominum accommodent, non autem ut fidelium vitam ex Jeſu-Chriſti præceptis dirigant.

Sed quacumque tandem cura id egerimus, ut novitates adeò periculoſas reprimeremus, & ut ex Eccleſiæ agro pravum evelleremus granum ab inimico dum dormirent homines ſeminatum; fateri debemus,

mus,neque noſtras Conciones,neque promulgationem Inſtructionum à ſancto Carolo pro Confeſſariis editarum, potuiſſe plenum & efficax remedium huic deplorandæ corruptioni apponere; & quotidie intra nos gemimus ob jacturam multarum animarum, quæ à cæcis ductoribus falluntur, qui non alia Moralis principia adhibentes, quàm vanas, & commentitias proprii ingenii adinventiones, alios ſecum in præcipitium miſerè pertrahunt.

Expectabamus igitur, ut ſuſcitaret Deus hominem verè doctum & pium, qui in id ſedulò incumberet, ut ſigillatim indicaret tutiora, &, adhibita authoritate, firmiora principia Moralis Chriſtianæ; quique nihil aſſereret, quod in ſacra Scriptura, Canonibus, aut ſanctorum Patrum traditione fundatum non eſſet.

Cùm verò, Divina favente providentia, ad hoc conſilium implendum, felicem præclaramque occaſionem nacti ſumus: in animum induximus, magni ponderis obſequium, quo vix aliud utilius reperiri poſſit, Eccleſiæ nos impenſuros, ſi curaremus, ut componeretur opus præcipuas Theologiæ Moralis quæſtiones explicans. Neque nos fefellit eventus; & primi Tractatus de Morali in genere & de Contractibus, & ſubinde alii de Beneficiis, de Sacramentis, & demùm de Præceptis Decalogi, ita ſolidi nobis viſi ſunt, & authoritate ſacrorum Canonum, & ſanctorum Patrum muniti: variæque circa praxim

quæſtiones tam dilucida methodo & ponderoſa diſcuſſæ, ut vix aliud in hac parte nobis deſiderandum ſuperfuerit, quàm ut opus illud Gallica primùm lingua ſcriptum, in Latinam verteretur; quod & modò, magno Eccleſiæ bono, factum eſt.

Neque verò ſatis habuimus, plurium, & quidem Doctiorum Sorbonæ Magiſtrorum examini hanc Theologiam Moralem ſubmittere: illam prætereà diligenter admodùm & ſtudiosè ipſimet perlegimus, & valdè idoneam judicavimus ad inſtruendos Clericos de principiis ſanctæ Divinæque Moralis Euangelicæ, & ad faciliorem reddendam reſolutionem caſuum conſcientiæ, qui veſtris in Parochiis occurrere poſſunt. Idcircò ut in hac Diœceſi in publicam prodiret lucem, permiſimus, jubentes, ut in Seminariis noſtris Eccleſiaſticæ juventuti prælegeretur.

Cùm autem in Eccleſia conſtituti ſitis, ut divinæ legis notitiam populis communicetis, & ut eos puriora Chriſtianæ vitæ principia doceatis: vos, quantùm poſſumus, hortamur, ut aſſiduè legatis librum miniſterio veſtro adeò conveniens, & ex quo uberes fructus colligere in promptu eſt; cùm egregia methodo ſcientiam Sanctorum contineat, iis qui ad dirigendas animas vocati ſunt, apprimè neceſſariam. Datum in noſtra Gratianopolitana civitate, die 15. Februarii, Anno Domini 1702.

Stephanus Cardinalis LE CAMUS,
*Epiſcopus & Princeps Gratianopolitanus*.

*AV-*

## *AUTHORIS DISCIPULUS*

# AD LECTOREM.

S*Ecundò jam in lucem prodit Theologia Moralis Canonica, ex quo in latinam linguam verſa fuit: inſolito plauſu Romæ excepta, cum petentibus ſufficere non poſſent exemplaria, ſtatim cœpit celebris Typographus Venetus de ea recudenda cogitare, annuente etiam ſingulari benignitate Summo Pontifice. Ea occaſione, aliqua adjungere explicationis cauſa viſum eſt, ſed pauca; at crevit opus ſub manu, dumque revolvuntur Italicæ Synodi, Decreta appoſita non pauca ad componendos Chriſtianorum mores & ad rectam Sacramentorum adminiſtrationem, ſtatim occurrerunt, in Synodo præcipuè Farfenſi, anno 1685. à Carolo Cardinali Barberino celebrata; dumque attentiùs legeretur, deventum eſt ad eum Synodi locum, in quo habetur, quòd in illius directione ſtrenuam ac diligentiſſimam operam navavit, dum in minoribus eſſet, ipſe qui clavum Petri fœliciter moderatur, CLEMENS Divina providentia Papa XI. De tam fauſto eventu gratiis Deo habitis, multa, eaque egregia, verèque*

*Apo-*

*Apoſtolica , inde avidiùs excerpſi , & pro capitum varietate, in ſeptem Tomos diſtribui . Tùm accipiens , Synodum Sublacenſem eadem etiam venerabili eruditaque manu ferè exaratam, hanc alacriter adivi, & non pauca, quæ doctrinam hujuſce Theologiæ Moralis egregiè confirmant, ſparſi.*

*Quindecim ſubindè Concilia provincialia Italiæ, parùm nota, & in collectionibus etiam recentioribus nòn appoſita, mihi à pluribus veritatis amantibus ſuppeditata ſunt, & benè multa Synodi Diœceſanæ, præſertim Cardinalium, commodata: Concilium præ cæteris Mediolanenſe ſeptimum, à Federico Cardinali Borromæo, S. Caroli nepote, ſucceſſore, & virtutum imitatore, congregatum, tamquam ſpiritualem theſaurum ſuſpexi, ut & Senenſe Franciſci Mariæ Cardinalis Tauruſii, S. Philippi inter primos ſocii: quæ duo à Sancta Sede fuerunt expreſsè approbata, ut & duo Neapolitana, tria Sanctæ Severinæ, plura Beneventana, Ravennatenſe, Florentinum, Vrbinatenſe, Turritanum in Sardinia, & alia; Italicæ autem pleræque Synodi decretorio Sacræ Congregationis Concilii calculo ſunt comprobatæ. Quæ certè omnia majorem ſaltem in Eccleſia authoritatem, majus pondus apud prudentes habent, quàm quælibet privatorum Theologorum dicta. Hinc igitur plura, breviter quantùm potui, delibata & excerpta, in variis hujuſce Operis partibus,*

*tibus, iiſdem verbis inſerui, ſicut & aliquas Summorum Pontificum Conſtitutiones, & varia Sacrarum Congregationum Decreta, litteraſque circulares: ſperans, fore ut doctrina tot authoritatibus vallata, & veluti è Vaticani hauſta penetralibus, facilem in animis aditum inveniret, & aliquem fructum pro informandis moribus, veritatem enucleando, parturiret.*

*Id agens, intentionem ſecutus ſum Illuſtriſſimi Authoris, qui pro Dei gloria, Sanctæ Sedis authoritate, Eccleſiæ univerſæ utilitate, indefeſſus conſtanſque, uſque ad ultimum vitæ anhelitum laboravit: & oſtium ſibi à Divina providentia apertum magnum & evidens, confidenter ingreſſus, ſuſpirantibus indicavit, adverſarios multos non timens, dum juſtitiæ & veritatis, non pugnæ avidus, neminem lædere, juſque ſuum cuique tribuere ſatagebat.*

Re-

*Reverendiſſimi Patris Raymundi Capiſucchi, Ordinis Prædicatorum, ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, poſtea Cardinalis Eminentiſſimi,*

## CENSURA.

HÆc Theologia Moralis ab eximio Doctore *Franciſco de Genet* exarata, ſanam, ſolidam, ac tutam doctrinam continet, atque ad componendos mores neceſſariam; quam proinde callere debent, qui Chriſtianâ Profeſſione cenſentur, & propriæ ſaluti proſpicere ſtudent. Prodeat igitur in lucem ſalubris hic liber, qui lucem ad errorum tenebras fugiendas, & fugandas eſt allaturus. Dat. Romæ in Palatio Apoſtolico Quirinali die 20. Auguſti 1677.

Fr. Raymundus Capiſuccus Ord. Præd. ſacri Apoſtolici Palatii Magiſter.

## NOI RIFORMATORI
Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la fede di reviſione, & approvazione del P. Fr. Vincenzo Maria Mazzoleni Inquiſitore, nel Libro intitolato: *Theologia Moralis ſeu reſolutio Caſuum Conſcientiæ &c. Auctore Franciſco Genetto Avenionenſi*, non eſſervi cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo licenza à Paolo Baglioni, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data 16. Luglio 1704.

( Ferigo Marcello Proc. Riform.
(
( Marin Zorzi Riform.

*Agoſtino Gadaldini Segr.*

I N-

# INDEX
## TRACTATUUM, CAPITUM, & Quæſtionum.

*TOMI PRIMI.*

## TRACTATUS PRIMUS.

### *De Theologia morali in genere.*

### CAPUT PRIMUM.

### *De principiis generalibus Theologiæ moralis.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt Theologia moralis? pag. 1
*Q.* 2. Quid eſt hominum mores dirigere? *ibid.*
*Q.* 3. Quænam ſunt illæ regulæ generales, quas ſequi & obſervare tenemur, ut in quæſtionibus moralibus reſolvendis in errores non incidamus? 2
*Q.* 4. Poſſunt-ne inveniri authoritates in Scripturâ Sacrâ, Conciliis, aut Sanctis Patribus, ad omnes qui poſſunt occurrere, caſus decidendos? 3
*Q.* 5. Quomodo igitur quidam Scriptores novi varias opiniones laxas ſecuti ſunt, ut conqueritur Alexander Papa VII. ita ut pluſquam centum à S. Sede in variis decretis jam damnatæ reperiantur? *ibid.*
*Q.* 6. Sancti Doctores, & Patres ſignificaruntne, ſe novas opiniones proferre nolle, aut quid-

quidquam dicere ex ſolo proprio ſenſu, ſed aliorum potiùs veſtigiis fideliter inhærere velle? 6
*Q.* 7. Quonam modo caſus dubii, & quæſtiones circà mores, difficiles, & intricatæ, retroactis ſæculis apud Catholicos decidebantur? 10
*Q.* 8. Quo pacto diſpoſitum, & animatum eſſe convenit Chriſtianum, dum Doctorem ſuper aliquâ conſcientiæ difficultate conſulit? 15
*Q.* 9. Quomodo poteſt diſcerni bonus director à malo. 17
*Q.* 10. Eſt-ne quædam diverſitas inter obligationes conſcientiæ, & obligationes quæ ex præceptis oriuntur? 18

## CAPUT II.

*De regulis generalibus ad cognoſcendum, quando contra conſcientiam, aut contra præcepta peccetur.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt conſcientia? 19
*Q.* 2. Quomodo dividi poteſt conſcientia? *ibid.*
*Q.* 3. Qualis eſt vera conſcientia? *ibid.*
*Q.* 4. Qualis eſt conſcientia erronea, & falſa? 20
*Q.* 5. Poſſumus-ne ſequi conſcientiam erroneam? *ibid.*
*Q.* 6. Nunquam-ne peccat quis ſequendo dictamen conſcientiæ erroneæ? *ibid.*
*Q.* 7. Quandonam peccati reus fit is, qui conſcientiam erroneam ſequitur? 22
*Q.* 8. Quo pacto error conſcientiæ à tranſgreſſione præceptorum poteſt excuſare? *ibid.*
*Q.* 9. Quo tandem modo ignorantia poteſt eſſe invincibilis? 23
*Q.* 10. Quandonam vincibilis eſt ignorantia juris, & non excuſat à peccato: & quandonam invincibilis eſt, & excuſat? *ibid.*

Q. 11. In quibuſnam caſibus ignorantia juris poſitivi, Divini, & humani, excuſat, aut non excuſat? 25
Q. 12. Quam quæſo ſecuritatem habere debemus, antequam agamus, quòd lumen conſcientiæ noſtræ veritati conformæ ſit, ut illud ſequendo non peccemus? 26
Q. 13. Quæ eſt, & in quo conſiſtit illa certitudo moralis? *ibid.*

## CAPUT III.

### *De Conſcientia probabili.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt conſcientia probabilis? 27
Q. 2. Sumus-ne ſemper ſecuri in conſcientia, quando juxta probabilitatem operamur? 28

## CAPUT IV.

### *Quid agendum, quando quis habet opinionem aut conſcientiam probabilem, quæ à nulla contraria probabilitate minuitur, & impugnatur.*

*Quæſt.* 1. POteſt-ne quis eſſe ſecurus, ſe non peccare contra conſcientiam, quando ſequitur opinionem probabilem, quæ nullam habet opinionem aut rationem quæ illam impugnet? 29
Q. 2. Si quis ignorans jus naturale & divinum, putaret ſe obligari ad aliquid agendum, quod eſt illi juri contrarium, poſſet-ne excuſari ſequendo illam opinionem, quam probabilem credit? 30
Q. 3. Si talis non excuſatur, ſequitur, quòd ille tunc neceſſariò peccat; cùm ſine peccato nec poſſit agere contra dictamen conſcientiæ, nec illam erroneam conſcientiam ſequi. 31

CA-

## Caput V.

*Quid agendum ſit, quando aliqua opinio probabilis concurrit cum alia contraria æquè probabili.*

*Quæſt.* 1. OPinio quæ aliquandiu probabilis fuit, eſt ne ſemper probabilis? 32
*Q.* 2. Quando opinio probabilis concurrit cum opinione contraria æquè probabili, perditne ſuam probabilitatem? 33
*Q.* 3. Quid agendum eſt, dum ſumus ſuſpenſi inter duas opiniones contrarias æquè probabiles? *ibid.*
*Q.* 4. Nonne accidere poteſt, quòd opinio dubioſa in theoria, fiat tamen probabilis in praxi, & ita in illo caſu in praxi una ex his duabus, aut etiam duæ ſint æquè probabiles, ita ut poſſimus quamlibet earum ſequi tutâ conſcientiâ? 36
*Q.* 5. Nonne grandis illa turba ſcriptorum, qui aſſerunt, nos ex duabus opinionibus probabilibus poſſe ſequi eam quæ magis arridet, poteſt eſſe loco circumſtantiæ ſufficientis, ad reddendum probabile in praxi illud, quod erat dubium ſpeculativè? 37
*Q.* 6. Nonne poteſt huic regulæ ſupra relatæ: *In dubiis tutior via eſt eligenda*, opponi alia regula juris Canonici & civilis, in qua habetur, quòd *in pari delicto vel cauſa, potior eſt conditio poſſidentis*? Et ita, &c. 44

## Caput VI.

*Quid agendum, dum ex duabus quæ ſe offerunt opinionibus, una eſt probabilior altera.*

*Quæſt.* 1. QUando opinio probabilis concurrit cum alia contraria probabilio-

biliori, poſſumus-ne ſequi minùs probabilem? 46

*Q.* 2. Nonne videtur, quòd ſi ſemper teneremur ſequi opinionem probabiliorem, vix poſſemus eſſe ſecuri in conſcientia, cùm ſemper dubium eſſe poſſit, utrum pro viribus conati ſimus cognoſcere, quæ eſſet opinio magis probabilis? Et ita videtur dicendum, ad vitandos conſcientiæ terrores, & remorſus, licitum eſſe, ſequi opinionem etiam minùs probabilem? 50

*Q.* 3. Nonne ſumus ſecuri in conſcientia, dum prudenter agimus? Quare igitur non poterimus ſequi opinionem probabilem, etiamſi concurrat cum alia contraria probabiliore, dum ita ſentiunt multi Doctores prudẽtes? 51

*Q.* 4. Agit-ne prudentiùs, & probabiliùs, qui numerum Authorum, quàm qui illorum merita, doctrinam ſcilicet & probitatem, in primis ponderat? 60

*Q.* 5. Si inter duas contrarias opiniones tenemur ſequi probabiliorem, quare non etiam tenebimur tutiorem amplecti? 62

*Q.* 6. Si licitum ſit ſequi opinionem minùs tutam, relictâ tutiori, quare non etiam licebit ſequi minùs probabilem, relictâ probabiliori? 63

*Q.* 7. Quænam eſt differentia inter opinionem probabiliorem, & eam quæ ſecurior eſt? 64

*Q.* 8. Quo modo gerere quis ſe debet in praxi, dum de eligenda & ſequenda una ex duabus contrariis opinionibus agitur? 65

*Q.* 9. Quid agere debet ille, qui ex conſcientia erronea fluctuat, ut ita dicam, inter duo peccata, ita ut neceſſe habeat, unum ex duobus perpetrare: ut ſi juraverit ſe hominem occiſurum; & ei deinde conſcientia ſuadeat ſe perjurii reum fore, ſi non occidat; & ex alia parte homicidii reum, ſi occidat? 77

## Caput VII.

### *De Conſcientia dubia.*

*Quæſt.* 1. QUandonam dubioſa eſt Conſcientia? 78

Q. 2. Quid agendum, quando conſcientia noſtra in tali dubio verſatur? *ibid.*

Q. 3. Quid agendum eſſet illi, qui non diſcerneret inter duas opiniones dubias, quænam ſit tutior? 82

## Caput VIII.

### *De Conſcientia ſcrupuloſa.*

*Quæſt.* 1. IN quo conſiſtit conſcientiæ ſcrupulus? *iaid.*

Q. 2. Quid agendum, quando occurrunt ſcrupuli? 83

## Caput IX.

### *De peccato in generali.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt peccatum generaliter ſumptum? 103

Q. 2. Quot modis peccari poteſt? *ibid.*

Q. 3. Quomodo peccatur ex ignorantia? *ibid.*

Q. 4. Quo pacto peccatur ex infirmitate? *ibid.*

Q. 5. Quomodo ex malitia peccatur? 104

Q. 6. Peccata quæ ex malitia perpetrantur, ſunt-ne illis graviora, quæ ex ignorantia, aut infirmitate committuntur? 105

Q. 7. Quo pacto dividuntur peccata? 106

Q. 8. Quid eſt peccatum mortale? *ibid.*

Q. 9. Quid eſt peccatum veniale? *ibid.*

Q. 10. Unde provenit diverſitas, quæ eſt veniale inter & mortale, & quo pacto poteſt unum ab alio ſecerni? *ibid.*

Q. 11. Illud-ne ſemper efficit levitas materiæ, ut pec-

peccatum quod ex natura ſua mortale eſſet, ſemper fiat veniale? 109
*Q.*12. Poteſt-ne indeliberatio voluntatis, peccatum ex ſe mortale, reddere veniale in materia impudicitiæ, fidei, & ſimilium? 110

## CAPUT X.

### *De differentiis & diverſitatibus peccatorum.*

*Quæſt.* 1. QUot modis peccari poteſt? 112
*Q.*2. Quomodo peccatur per actum internum? *ibid.*
*Q.*3. Quomodo & quibuſnam modis per cogitationem ſimplicem perverſam, & moroſam peccatur; ideſt, per quandam complacentiam, quæ habetur in cogitatione alicujus mali, & negligentiam in illa cogitatione rejicienda, licèt ad opus perverſum devenire quis nolit? *ibid.*
*Q.*4. Ex quo provenit peccatorũ diverſitas? 113
*Q.*5. Quo pacto peccata ſunt diverſa ratione numeri? *ibid.*
*Q.*6. Quonam modo peccata ſpeciẽ mutant? *ib.*
*Q.*7. Quot ſunt circumſtantię peccatorum? 114
*Q.*8. Quot modis circumſtantiæ poſſunt peccatum aggravare? 115
*Q.*9. Quænam circumſtantiæ in confeſſione Sacramentali neceſſariò aperiendæ ſunt, ut integra ſit? *ibid.*

## CAPUT XI.

### *De cauſis quæ à peccato excuſant.*

*Quæſt.* 1. NIhil-ne eſt quod hominem à peccato poſſit excuſare, ita ut verè ſemper peccet, quoties præceptum aliquod tranſgreditur? 117

*Q.*2.

*Q*. 2. Tres illæ cauſæ excuſant-ne ſemper omninò à peccato? *ibid.*

## Caput XII.

### *De Ignorantia*.

*Quæſt.* 1. QUando-nam ignorantia excuſat à peccato, aut non excuſat? *ibid.*

## Caput XIII.

### *De Timore*.

*Quæſt.* 1. TImor poteſt-ne excuſare à peccato? 118

*Q*. 2. Quando-nam metus gravis excuſat à peccato, licèt non tollat omninò libertatem? 119

## Caput XIV.

### *De Indeliberatione*.

*Quæſt.* 1. DEfectus deliberationis poteſt-ne excuſare peccatum? 121

*Q*. 2. Excuſat-ne totaliter à peccato ille defectus deliberationis? *ibid.*

*Q*. 3. Oſtendat, quæſo, in quo caſu defectus deliberationis excuſat à peccato in materia pravarum cogitationum, & quando-nam minuat peccatum, aut veniale reddat? *ibid.*

## Caput XV.

### *De Habitu*.

*Quæſt.* 1. QUid eſt Habitus? 122

*Q*. 2. Habitus excuſat-ne à peccato? 123

*Q*. 3. Habitus non-ne ſaltem minuit gravitatem peccati? 124

Q. 4. Habitus poteſt-ne ita peccatum aggravare, ut illud quod ex ſua natura eſſet tantùm veniale, mortale efficiat? 125

Q. 5. Verum-ne ſemper eſt, peccata ex habitu excuſationem non habere? 126

## Caput XVI.

### *De Intentione.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt intentio in moralibus? 128

Q. 2. Quot ſunt intentionis ſpecies? *ibid.*

Q. 3. Quæ eſt bona intentio? *ibid.*

Q. 4. Quandonam mala eſt aliqua intentio? 129

Q. 5. Poteſt-ne aliquis actus ex ſe bonus, fieri malus ratione intentionis? *ibid.*

Q. 6. Actus malus poteſt-ne per aliquam intentionis directionem fieri bonus? *ibid.*

Q. 7. Licet-ne alicui mulieri ſumptuoſis, & magnificis veſtibus indui, dum ſolùm intendit videri pulchra & benè compta & ornata, ſine ulla alia mala intentione? 131

Q. 8. Licet-ne famulo in negotiis amatoriis domino inſervire, dum intendit tantùm lucrari ea, quæ ſibi ſunt ad victum neceſſaria? 132

Q. 9. Quales conditiones requiruntur, ut intentio ita recta ſit, ut actus noſtri vitam æternam mereantur? *ibid*

Q. 10. Si bona conſcientia ſit abſque operibus bonis, eſt-ne meritoria? 134

## Caput XVII.

### *De Cauſis & rationibus quæ paſſim afferuntur ad excuſandas tranſgreſſiones ſacrorum Canonum & ſtatutorum Eccleſiæ, ob conſuetudinem aliquam contrariam, aut diſpenſationem.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt conſuetudo? 135

Q. 2. Quid eſt Jus Canonicum? *ibid.*

*Q.* 3. Ex quibus rebus conſtat Jus Canonicum, quid-ve in illo continetur? *ibid.*
*Q.* 4. Nonne conſuetudo uſu introducta, Canones tollit, & ab eorum obligatione nos liberat? 136
*Q.* 5. Poteſt-ne aliqua conſuetudo contraria id operari, ut Decretales ſummorum Pontificum, & Conciliorum Generalium Canones, qui ad dirigendos fidelium mores ſtatuti ſunt, ampliùsnon obligent? 141
*Q.* 6. Poſſunt-ne Eccleſiaſtici ab obligatione obſervandi Canones, qui de eorum vitâ & moribus conditi ſunt, ſe eximere, ſub prætextu alicujus deſuetudinis? 143
*Q.* 7. Conſuetudo alicubi introducta, quòd mulieres pectore diſcooperto publicè incedant, illas-nè à peccato excuſare poteſt? 144
*Q.* 8. Ex ſummi Pontificis diſpenſatione, oritur-ne ſemper juſta excuſatio quæ omnem Canonum obligationem tollat, ſaltem dum nihil ei falſum narratum fuit? 145

---

# TRACTATUS SECUNDUS.

## *De Contractibus in Generali.*

## CAPUT PRIMUM.

### *De Definitione & diviſione Contractuum.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt contractus? 148
*Q.* 2. Quomodo dividuntur contractûs? *ibid.*

## CAPUT II.

### *Vtrum contractus per errorem factus, validus ſit.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt error in contractu? 151
*Q.* 2. Quot errorum ſpecies poſſunt in contractibus reperiri? *ibid.*
*Q.* 3. Poſſunt-ne reperiri in contractibus aliæ errorum ſpecies? 152
*Q.* 4. Contractus, in quo eſt aliquis circa ſubſtantiam error, eſt-ne validus? *ibid.*
*Q.* 5. Si error conſenſum tollit, quomodo in Scriptura ſacra, Lia, uxor Jacob, cap. 29. Geneſis appellatur, cum Jacob non putaſſet matrimonium cum Lia, ſed cum Rachele contrahere? 153
*Q.* 6. Validine ſunt illi contractus, in quibus intervenit aliquis error circa qualitates & alia accidentia? *ibid.*
*Q.* 7. Contractus, in quo fuit aliquis error concomitans, validus-ne eſt? *ibid.*

## CAPUT III.

### *Vtrum contractus, in quo aliqua intervenit fraus, ſit validus.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt dolus, aut fraus? 154
*Q.* 2. Quot modis fraus & dolus poteſt in aliquo contractu intervenire? 155
*Q.* 3. Contractus, in quo prima doli ſpecies intervenit, quæ ſcilicet dedit cauſam contractui, eſt-ne validus? *ibid.*
*Q.* 4. Contractus, in quo ſecunda doli ſpecies intervenit, quæ ſcilicet non fuit talis contractus cauſa, eſt-ne validus? 156
*Q.* 5. Si dolus non fuit contractus cauſa, & à nullo ex contrahentibus cognitus ſit, ſed po-

potiùs illorum ignorantiâ acciderit: ille qui ex tali mutua ignorantia lucratus eſt, teneturne aliquid parti læſæ reſtituere? *ibid.*
*Q. 6.* Eſt-ne validus contractus, cùm à tertia perſona provenit dolus? 157

## Caput IV.

### *Vtrum Contractus per metum factus, validus ſit.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt metus? 158
*Q.* 2. Quomodo dividitur metus? *ib.*
*Q.* 3. Metus gravis tollit-ne libertatem & liberum conſenſum? 159
*Q.* 4. Metus gravis excuſat-ne à peccato? 160
*Q.* 5. Metus gravis diſpenſat-ne ſemper ab obſervatione præcepti. *ibid.*
*Q.* 6. Tenemur-ne implere illud, quod ob timorem incuſſum promiſſum eſt? 162
*Q.* 7. Tenemur-ne adimplere, quod ob timorem injuſtum promiſſum eſt, cum juramento promiſſionem firmavimus? 163
*Q.* 8. Quid agere debet is, qui metu gravi compulſus, ſe aliquid latroni daturum cum juramento promiſit? 164
*Q.* 9. Licet-ne jurare cum intentione petendi diſpenſationem à juramento? 165
*Q.* 10. Qui matrimonium contraxit, aut aliquod votum fecit ex metu gravi cadenti in conſtantem virum, obligatur-ne ad implendum tale votum, aut ad vivendum in matrimonio? 166
*Q.* 11. Si quis matrimonio conſentiret ob ſolam reverentiam Patris, & ne illius indignationem experiatur, aliter non facturus, eſſet-ne validum tale matrimonium? 167
*Q.* 12. Si quis ob metum gravem Ordinationi ſuæ conſenſiſſet, eſſet-ne validè Ordinatus? 168

## Caput V.

### *De iis, qui poſſunt, aut non poſſunt contrahere.*

*Quæſt.* 1. Qui ſunt illi, qui poſſunt contrahere? 169

*Q.* 2. Qui ſunt illi, qui contrahere non poſſunt? *ibid.*

*Q.* 3. Qui ſunt illi, qui dicuntur pubertati proximi? 170

*Q.* 4. Poſſunt-ne filii familias ante ætatem pubertatis contrahere? *ibid.*

*Q.* 5. Pupillus qui, ſine conſenſu tutoris, pecuniam mutuò accepit, tenetur-ne in conſcientiâ ad ſolutionem talis pecuniæ ſibi mutuatæ? 171

## Caput VI.

### *De Contractibus, in quibus omnes ſolemnitates à jure requiſitæ, obſervatæ non ſunt.*

*Quæſt.* 1. Contractus, in quibus non obſervatæ ſunt omnes ſolemnitates à jure requiſitæ, ſunt-ne validi in foro conſcientiæ, & tenemur-ne implere, quod in his promiſſum eſt? 173

*Q.* 2. Leges civiles obligant-ne in conſcientia? 174

*Q.* 3. Hæres, qui in Teſtamento aliquo legato oneratus eſſet, teneretur-ne ad illud ſolvendum, ſi Teſtator ſolemnitates à jure ad legati validitatem requiſitas non ſervaſſet? *ibid.*

# TRACTATUS TERTIUS.

## *De contractibus in particulari, & primo de emptione & venditione.*

### CAPUT PRIMUM.

*De emptione definitionis.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt emptio? 176
*Q.* 2. Quando-nam cenſetur perfectus contractus emptionis & venditionis, & ita translatum dicitur dominium rei venditæ in emptorem? 177

### CAPUT II.

*De pretio quo fieri debet emptio & venditio.*

*Quæſt.* 1. LIcet-ne rem emere infra juſtum illius pretium, aut vendere ultra idem pretium juſtum? 178
*Q.* 2. In quo conſiſtit juſtum cujuslibet rei pretium? 179
*Q.* 3. Poteſt-ne quis licitè emere infra pretii infimi limites, aut ultra ſummum pretium vendere? 180
*Q.* 4. In quibus caſibus licet emere infra pretii infimi limites, aut emere ultra ſummum pretium? *ibid.*
*Q.* 5. Nullus-ne alius poteſt aſſignari caſus, in quo liceat res infra juſtũ pretium emere? 182
*Q.* 6. Poteſt-ne emi cenſus, aut penſio conſtituta minori pretio, quàm ſit capitale, propter quod talis cenſus conſtitutus eſt? 183
*Q.* 7. Nonne dici poſſet, quòd is qui ut ſupra capitale centum aureorum, pretio octuaginta aureo-

aureorum, emit, poteſt tamen totam illam centum aureorum ſummam in caſu ſolutionis & extinctionis cenſus retinere, propter periculum quod ſubiit perdendi ſummam ſic traditam? 185

*Q.* 8. Quo pacto intelligi debent legis verba, quòd ſcilicet: *Res tantùm valet, quantùm vendi poteſt;* ex quibus inferri poſſe videtur, licere rem quamlibet vendere majori pretio, quo vendi de facto poteſt, cum liceat vendere quantùm valet; & ut ait S. Thomas, res tantùm valet, quantùm ſine fraude vendi poteſt? *ibid.*

## Caput III.

### *Vtrum liceat minori pretio & infra infimum rem emere, quando tale pretium anticipatò ſolvitur.*

*Quæſt.* 1. Licet-ne mercatori emere, exempli gratiâ, lanam minori pretio, quàm reverâ valeat, dum pecuniam per anticipationem ſolvit? 187

*Q.* 2. Nonne poteſt eſſe aliquis caſus, in quo liceat minori pretio emere ob anticipatam ſolutionem? 188

*Q.* 3. Nonne, præter rationem lucri ceſſantis, vel anticipatam ſolutionem, eſt alius caſus, in quo liceat viliori pretio emere? *ibid.*

*Q.* 4. Nonne dici poſſet, mercatoribus licere viliori pretio emere, dùm anticipatò ſolvunt, quia periculo perdendæ pecuniæ ſe exponunt, aut etiam, quia aliquoties illi, à quibus, exempli gratiâ, lanam emunt, eos fallunt eam aquâ aſpergendo, aut in loco humido conſervando, ut illius pondus augeatur? 189

*Q.* 5. Nonne dici poſſet in gratiam mercatorum qui viliori pretio emunt ob anticipatam ſolutionem, illud eis licere, quia mercium mi-

minuitur pretium, quoties ob emptorum penuriam venditor ad offerendas merces cogitur? 190

Q. 6. Quidnam de his dici poteſt, qui e g. ante olivarum collectam, menſuram olei decem aureis emunt, dum probabiliter quatuordecim, aut quindecim aureis valituram tempore collectæ putant: & conſequenter venditor ſe ad dandas tres olei menſuras obligat, aſſerens ſe illas ab emptore accepiſſe, licèt non oleum, ſed pecuniam acceperit? 191

Q. 7. Illa quæ jam olim introducta eſt conſuetudo, emendi viliùs cum anticipatione ſolutionis pretii, ut & venditores poſſint ſibi conſulere, & variis neceſſitatibus ſubvenire; & emptores poſſint compenſare & reſarcire expenſas, quas ad habendam anticipatam pecuniam facere convenit, poteſt-ne verè mercatores in tali caſu à peccato excuſare? 192

Q. 8. Debet-ne tanquam uſurarius conſiderari mercator, qui regulariter cariùs ob dilatam ſolutionem vendit, quàm dum ſtatim pretium ſolvitur; quique potiùs eligit minori pretio in pecunia numerata vendere, quàm majori, dum ſolutio expectanda eſt? *ibid.*

## Caput IV.

*De illis qui res furto ſurreptas, aut aliis modis injuſtis acquiſitas, emunt.*

*Quæſt.* 1. Tenetur-ne ad reſtitutionem, qui rem aliquam furto ſurreptam emit? 193

Q. 2. Qui bonâ fide emit, non putans rem fuiſſe furto ſurreptam, tenetur-ne rem reſtituere? & poteſt-ne illius verum dominum adſtringere ad reddendum pretium furi bonâ fide ſolutum? 194

*Q.* 3. Qui rem furto ſurreptam ignorans & bonâ fide emit, tenetur-ne ad reſtitutionem, ſi furtivam eſſe neſciens, illam vendidit, aut alio modo alienavit, aut etiam ſi caſu aliquo fortuito periit? 195

*Q.* 4. Si ille, qui rem furtivam bonâ fide neſciens emit, tractu temporis cognoſcit eſſe furtivam, tenetur-ne ad reſtitutionem, ſi ſciens non eſſe ſuam, illam aliquo modo alienavit, aut caſu fortuito perdidit? 196

*Q.* 5. Licet-ne panni lacinias à ſartoribus emere? *ibid.*

## Caput V.

### *De illis qui merces ſummo pretio vendunt, & eaſdem mox infimo pretio emunt.*

*Quæſt.* 1. Licet-ne mercatori vendere, exempli gratiâ, aliquam mercem centum nummis poſt annum ſolvendis, ſciens eandem ſibi mox ab eodem, pretio nonaginta nummorum præſentium, dandam eſſe? 197

*Q.* 2. Licet-ne fundum cum hâc conditione vendere, ut ſi venditor pretium intra certum tempus reſtituat, emptor fundum pariter reſtituere teneatur, fructibus perceptis non computatis? 198

*Q.* 3. Aurifices poſſunt-ne vaſa aurea aut argentea, non computato artificio, emere, dum illa facilè ita reſarcire poſſunt, ut vaſa nova appareant, & ut talia vendantur, ita ut ſæpiùs pretium, quod dederant, duplicetur? 199

*Q.* 4. Licet-ne frumentum meſſis, aut vinum vindemiæ tempore, modico pretio emere, cùm in-

intentione revendendi eo ſolùm tempore, quo majus erit illorum pretium? *ibid.*

## Caput VI.

### *De Emptione fructuum, & proventuum.*

*Quæſt.* 1. Licet-ne emere proventum certum, exempli gratiâ, qua tuor annos alicujus proventus & penſionis annuæ centum aureorum, pro præſenti pecuniâ trecentorum aureorum? 201

*Q.* 2. Si creditor à debitore petat, ut ſibi per anticipationem centum aureos, qui poſt annum ſolvendi erant, ſtatim ſolvat, ob idque quinque aureos remittat; poteſt-ne acquieſcere debitor, & hoc modo à centum aureis intra annum ſolvendis ſe redimere, octuaginta aureos ſtatim ſolvendo? 202

*Q.* 3. Licet-ne alicui communitati debita minori pretio emere, ob expenſas, quæ ad procurandam ſolutionem faciendæ ſunt? 203

## Caput VII.

### *De illis, qui cum pecunia, & nomine alterius emunt.*

*Quæſt.* 1. Qui ex pecuniâ alterius & ejus nomine rem aliquam emit, poteſt-ne aliquid pro ſuo labore retinere? 204

*Q.* 2. Ille, qui mandatum accepit aliquid emendi, poteſt-ne lucrum aliquod ex tali emptione adipiſci ratione amicitiæ venditorum, aut authoritatis cujuſdam exemptionis frequentiâ provenientis, &c. 205

*Q.* 3. Nonne dici poſſet, ſartores, dùm alicujus veſtis affinia & acceſſoria emunt, poſſe aliquid ſuper pretio lucrari & retinere, ut damnum, quod ex inſumptione temporis ob talem emptionem ſentiunt, aliquo modo reſarciant? 207

*Q.* 4. Dùm ſartor ab aliquo adhibetur in emptione alicujus panni, peccatne, & obligatur-ne ad reſtitutionem, ſi ob reverentiam mercatoris, ſciens permittit, ut merces tali perſonæ ultra debitum vendantur, aut malæ pro bonis, aut unius qualitatis pro alia? 208

## Caput VIII.

### *De Definitione venditionis, & de rebus vendibilibus.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt venditio? 209

*Q.* 2. Quæ ſunt res vendibiles. *ibid.*

*Q.* 3. Quæ res vendi non poſſunt? *ibid.*

*Q.* 4. Licet-ne facere, aut vendere tabellas depictas, quæ vulgò Cartæ dicuntur, aut taxillos? 210

*Q.* 5. Poſſunt-ne juxtè condemnàri omnes illi, qui cartas, aut taxillos vendunt? 211

*Q.* 6. Tabernarii & macellarii poſſunt-ne tutâ conſcientiâ dare aut vendere carnes in quadrageſima, aut aliis diebus, quibus illarum comeſtio prohibita eſt? 212

*Q.* 7. Poſſunt-ne Tabernarii tutâ conſcientiâ parare, aut miniſtrare cœnam illis, quos à jejunio excuſari non putant, dum tenent cum aliquo fundamento, ne ſi parare cœnam nolint, eorum tabernæ non frequententur, & ita lucrum ex quo ſuſtentantur pereat? *ibid.*

*Q.* 8. Tenetur-ne Tabernarius inquirere, utrum

illi, quibus in tempore quadrageſimali cœnam præparat, à jejunio excuſentur? & peccat-ne, ſi nihil tale inquirens, cænam parat? 213

*Q.* 9. Quale peccatum committunt illi, qui res vendunt, quibus ementes ad peccandum utuntur, dum vendentes habent fundamentum ſufficiens judicandi, ementes in uſus malos talibus rebus uti velle? *ibid.*

## CAPUT IX.

*De Fraudibus quæ à mercatoribus in venditionibus committuntur, quæque illos ad reſtitutionem obligant.*

*Quæſt.* 1. QUæ eſt prima fraus, quæ à mercatoribus vendentibus adhibetur, quæque ad reſtitutionem adſtringit? 214

*Q.* 2. Qualis eſt ſecunda fraus, quæ à mercatoribus in vendendo aliquando committitur? 215

*Q.* 3. Quæ eſt tertia mercatorum vendentium fraus? 216

## CAPUT X.

*De venditione rerum quæ aliquo vitio vitio aut defectu laborant.*

*Quæſt.* 1. REdditur-ne injuſta venditio ob defectum qui reperitur in re vendita? 217

*Q.* 2. Tenetur-ne venditor rei venalis vitium emptori manifeſtare? *ibid.*

*Q.* 3. Ad quid tenetur ille, qui rem quampiam habentem vitium. & defectum occultum ſciens vendidit ignoranti emptori? 219

*Q.* 4. Ad quid tenetur venditor, dum defectus occultus rei venditæ, emptori cauſam damni dedit, illius uſum perículoſum & nocivum reddendo? *ibid.*

*Q.* 5. Quando venditor emptori proteſtatus eſt, quòd in caſu cujuſcunque defectus occulti ad nihil teneri vult; & ita monuit, ut antequam conſentiat, rem attentè conſideret: tenetur-ne aliquid præſtare, ſi deinde talem rem vitio occulto laborare comperiatur ab emptore? 220

## CAPUT XI.

### *De mercatorum monopoliis.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt monopolium? 221

*Q.* 2. Quot ſunt monopoliorum ſpecies? 222

*Q.* 3. Monopolium quod authoritate publicâ fit, eſt-ne prohibitum? *ibid.*

*Q.* 4. Eſt-ne grave delictum in monopolio, quod authoritate privatâ fit? *ibid.*

*Q.* 5. Quot modis fieri poteſt monopolium authoritate privatâ. 223

---

# TRACTATUS QUARTUS.

## *De mutuo & uſura.*

## CAPUT PRIMUM.

### *De definitione & natura mutui.*

*Quæſt.* 1. QUid intelligitur per vocabulum mutui? 225

*Q.* 2. Quo pacto definitur mutuum? *ibid.*

CA-

## CAPUT II.

### *De definitione, & diviſione uſuræ.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt uſura? 227
*Q.* 2. Quid ex hac mutui definitione inferendum eſt? 229
*Q.* 3. Quonam modo dividitur uſura? *ibid.*

## CAPUT III.

### *De peccati uſuræ gravitate.*

*Quæſt.* 1. PEccatum uſuræ eſt-ne valdè grave? *ibid.*
*Q.* 2. Oſtende, quæſo, quo pacto uſura contraria ſit juri naturali? *ibid.*
*Q.* 3. Quonam modo uſura eſt contra jus divinum? 230
*Q.* 4. In verbis ſupra relatis, quæ in Euangelio ſecundùm Lucam reperiuntur, continetur-ne præceptum, aut ſolummodò conſilium? 231
*Q.* 5. In quo caſu tenemur, ſub pœna peccati, mutuum dare? *ibid.*
*Q.* 6. Quo modo uſura jure eccleſiaſtico & canonico prohibetur? *ibid.*
*Q.* 7. Si uſura jure divino prohibita eſt, quo pacto intelligenda ſunt hæc Deuteronomii verba cap. 23. *Non fæneraberis fratri tuo, ſed alieno?* 232
*Q.* 8. Cùm non ſolùm non prohiberetur Judæis dare mutuo cum uſura, ſed etiam id eis tanquam præmium promitteretur, juxta verba Deuteronomii cap. 28. *Fæneraberis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies:* videtur, verum non eſſe, quòd illud toleratum ſolummodò fuerit ob duritiam cordis? *ibid.*

C A-

## CAPUT IV.

### *De rationibus & titulis, propter quos poteſt aliquid, ultra ſortem principalem mutuò datam, accipi.*

*Quæſt.* 1. QUot ſunt tituli qui jus tribuunt accipiendi aliquid ultra ſortem? 233

*Q.* 2. Quid intelligitur per lucrum ceſſans? *ibid.*

*Q.* 3. Quale eſt damnum emergens? 234

*Q.* 4. Quæ conditiones requiruntur, ut excuſatio lucri ceſſantis valida & juſta ſit? *ibid.*

*Q.* 5. Quales conditiones requiruntur in damno emergenti? 235

*Q.* 6. Qui mutuo dedit pecuniam, quâ reverà in aliquo negotio lucrativo uti decreverat, ſed tamen aliam quoque tunc habebat pecuniam: erat-ne in caſu lucri ceſſantis, & poterat-ne illud à debitore exigere? 236

*Q.* 7. Oſtendat, quandonam verum eſt lucrum ceſſans, aut damnum emergens in praxi, & quandonam utrumque eſt tantùm palliatum & fictitium? *ibid.*

## CAPUT V.

### *De quibuſdam aliis rationibus quæ afferuntur, ut poſſit aliquid in mutuo exigi ultrà ſortem principalem.*

*Quæſt.* 1. NOn-ne juſtus habetur titulus, aliquid ultrà ſortem principalem exigendi, ex eo quòd quis ad certum tempus pecuniâ ſuâ privetur, ſeque obliget ad non repetendum durante illo termino? 238

*Q.* 2. Nonne ille, cui beneficium mutui datione præſtatur, obligatur viciſſim ad beneficium referendum? cur ergo non poterit cum eo fieri conventio, ut gratum ſe exhibeat, dando talem ſummam ultrà ſortem principalem? 239

*Q.* 3. Si ille, qui mutuo accipit, motu proprio aliquid creditori offert, poteſt-ne accipere ſine uſura? 240

## Caput VI.

*De caſibus, in quibus plus quàm datum eſt, poteſt ſine uſura recipi.*

*Quæſt.* 1. PRimus caſus eſt, dum dominus, & Toparcha à proprio emphiteota cui pecuniam mutuo dat, accipit proprium feudum in pignus, &c. 241

Secundus caſus eſt, dum ſocer dotem filiæ promiſſam Genero non tradit; tunc enim poteſt gener fundos pignoris loco accipere, nec illorum fructus ſuper uxoris dote tenetur imputare. *ibid.*

Tertius caſus eſt, cum impoſita eſt de conſenſu partium aliqua pœna debitori, ſi pecuniam ſtatuto tempore non reſtituerit: tunc enim exigitur ab eo talis pœna conventionalis. 243

## Caput VII.

*De periculo ſortis.*

*Quæſt.* 1. QUot ſunt periculi ſpecies? 244

*Q.* 2. Licet-ne aliquod intereſſe percipere propter pericula facti, quibus pecunia mutuo data exponitur? *ibid.*

*Q.* 3.

*Q.* 3. Licet-ne aliquod intereſſe & lucrum exigere, aut ſperare, ratione periculi juris? 246

*Q.* 4. Ratio periculi tribuit-ne juſtum titulum recipiendi aliquid ultra ſortem principalem? Et quid de illo, qui e. g. quingentos aureos alicui maritimo negotiatori tradit cum hâc conditione, ut ſi navis ad portum feliciter perveniat, teneatur negotiator capitale cum intereſſe reſtituere? 248

*Q.* 5. Nonne dici poſſet, quòd talis eo caſu licitam ſocietatem contrahat cum illo maritimo mercatore, & ita, &c. 251

*Q.* 6. Eſt-ne licitum commercium maritimum, quod communiter in emporiis inſtituitur, ita ut juxta varietatem periculi quod imminet navibus, minori aut majori pretio emantur pecuniæ, aut merces illius negotiationis causâ expoſitæ? 253

*Q.* 7. Nonne reſponderi poſſet authoritati, quæ habetur in cap. *Naviganti*, quòd ſupplenda eſt negatio, ita ut legatur *Vſurarius non eſt cenſendus?* 254

## CAPUT VIII.

*Vtrum Principis conſtitutiones poſſint tribuere juſtum titulum accipiendi aliquid in mutuo ultra ſortem principalem & de montibus pietatis.*

*Quæſt.* 1. Licet-ne exigere intereſſe ex pecunia mutuo data, poſito quòd adſit aliqua Principis ſupremi conſtitutio, quæ illud intereſſe aſſignet? 256

*Q.* 2. Conſtitutio in qua habetur, quòd Judices obligent debitores ad ſolvendum intereſſe in mutuo, quando ſunt in mora, nonne juſta eſt, & ita nonne juſtum titulum dat creditori? *ibid.*

*Q.* 3. Si uſura, ut ſæpè dictum fuit, legè divinâ, & humanâ prohibetur, quo pacto licitè in montibus pietatis accipitur aliquid in mutuo ultra ſortem principalem? 157

*Q.* 4. Quid agendum, cum in fine anni poſt compenſationem omnium expenſarum, quæ in monte pietatis factæ ſunt, ſupereſt aliqua ſumma ex intereſſe, quod exactum fuit? 158

*Q.* 5. Uſuram committit-ne, qui mutuum gratuitò dat, ſed tamen cum intentione, quamprimùm juridicè petendi ſortem principalem à debitore ſuo, ut hoc modo poſſit deinde exigere intereſſe à die petitionis & moræ. *ibid.*

## CAPUT IX.

*Vtrum Tutores, pupilli, nobiles, & hujuſmodi poſſint exigere intereſſe juxta decretum Principis.*

*Quæſt.* 1. Poſſunt-ne Tutores exigere aliquod intereſſe ex pecunia pupillis debita? 259

*Q.* 2. Quid agendum Tutoribus, qui ſemper à judice condemnantur, cum pupillorum pecunias ſine fructu eſſe paſſi ſunt, ſi eis non licet intereſſe ex illis exigere? 260

*Q.* 3. Tales modi utendi pecuniis pupillaribus, variis periculis expoſiti ſunt, &c. 261

*Q.* 4. Nonne dici poſſet, licere Tutoribus exigere aliquod intereſſe ex pecuniis pupillaribus, ratione damni emergentis: quandoquidem ſemper obligantur tutores ad ſolvendum ære proprio illud intereſſe in favore pupillorum, & ita verum damnum ratione mutui ſuſtinent? 262

*Q.* 5. Poſſunt-ne viduæ ex pecuniis dotalibus intereſſe exigere. *ibid.*

*Q.6.* Poſſunt-ne nobiles & hujuſmodi, quibus commercio attendere non conceditur, exigere intereſſe ex mutuo. 263

## CAPUT X.

### *Quo pacto reſponderi poſſit rationibus quæ in favorem uſuræ & intereſſe afferuntur.*

*Quæſt.* 1. QUales proponuntur rationes ab his, qui pro uſuris & intereſſe pugnant? 264

*Q.* 2. Quo modo huic objectioni reſponderi poteſt? *ibid.*

*Q.* 3. Quales ſunt hi modi liciti? 265

*Q.* 4. Hi cenſus perpetui, ſeu loci montium, videntur eſſe eodem modo uſurarii, ac intereſſe ex mutuo, cùm in utriſque habeatur idem lucrum annuum juxta Principis taxam? *ibid.*

*Q.* 5. Quales conditiones requiruntur, ut contractus cenſus nullâ uſuræ ſuſpicione laborent? 266

*Q.* 6. Quam ſecundo loco rationem aſſignant, uſuræ, ſub intereſſe nomine, fautores? *ibid.*

*Q.* 7. Quid tandem hujuſmodi rationibus reſponderi poteſt? 267

*Q.* 8. Qualis eſt tertia ratio, quæ à multis, tamquam lucro ex mutuo favens, proponitur? 270

*Q.* 9. Quid huic rationi reſponderi poteſt? *ibid.*

## CAPUT XI.

### *Quo pacto gerere ſe debeat Confeſſarius cum his, qui ex pecunia mutuo collocata lucrum percipiunt, aut perceperunt.*

*Quæſt.* 1. QUid aget confeſſarius, dum ad eum in tribunali ſedenrem vene-

venerint, qui ex pecuniâ mutuo datâ, lucrum quolibet anno vel menſe percipiunt, aut perceperunt? 271

*Q.* 2. Quo pacto poterit Confeſſarius præteritis culpis mederi? *ibid.*

*Q.* 3. Quales requiruntur circumſtantiæ, ut cenſeatur fuiſſe juſta & valida talis donatio & remiſſio? 272

*Q.* 4. Sufficit-ne ad abſolvendum uſurarium publicum, ut obligetur ad ſecretò reſtituendum? 273

*Q.* 5. Requiritur-ne neceſſariò, ut antequam Confeſſarius uſurarium abſolvat, contractus uſurarios reſciderit, & reſtituerit malè parta, ſi poſſit? 274

*Q.* 6. Quo pacto Confeſſarius in futurum providere poterit? *ibid.*

*Q.* 7. Quid agere debet Confeſſarius cum uſurario morti proximo, qui reſtituendi tempus non habet? 275

## CAPUT XII.

### *De definitione, diviſione, & conditionibus ſocietatis.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt ſocietas? 276

*Q.* 2. Quot ſunt ſocietatis ſpecies? 277

*Q.* 3. Quales conditiones in ſocietate requiruntur ad hoc, ut ſit juſta & licita in conſcientia? *ibid.*

*Q.* 4. Nonne poteſt promitti certum & determinatum lucrum ei qui ſolam induſtriam confert? 279

## CAPUT XIII.

### *De ſocietate animalium.*

*Quæſt.* 1. QUales conditiones in pecorum ſocietate requiruntur? *ibid.*

*Q.* 2. Quidnam ex ſupradictis concludendum eſt? 281

*Q.* 3. Qui multas poſſidet paſcuales terras, poteſt-ne inquilino animalia æſtimata dare cum hâc conditione, ut inquilinus teneatur poſt certum tempus illa reſtituere juxta priorem æſtimationem, & interim unoquoque anno aut menſe certam quantitatem lactis, caſei, butiri, aut lanæ ſolvere? 282

*Q.* 4. Debet-ne uſurarius cenſeri, qui fundum inquilino colendum tradit, ita ut teneatur ex illius fructibus quingentos aureos annuatim ſibi ſolvere, eo quòd fundo adjuncta ſunt animalia ſecundùm æſtimationem data, quæ talem fundum melioris conditionis reddunt, qui fundus ſine animalibus quadringentos aureos tantùm annuatim domino redderet? 283

*Q.* 5. Quare non poteſt percipi lucrum certum ex animalibus quæ fundo adjunguntur, cum animalia perinde ac fundus ex natura ſua fructifera ſint? *ibid.*

*Q.* 6. Nonne dici poſſet, dominum animalia inquilino locaſſe, & ita licitè poſſe aliquid ultra ſortem principalem exigere, ſicut aliquid exigi poteſt pro locatione equi, & ſimilium? 284

*Q.* 7. Quomodo ſe gerere debet dominus, dum boves aut vaccas, fundi ſui melioris efficiendi causâ, tradit, ſubminiſtrando paſcua ad eos alendos neceſſaria? *ibid.*

*Q.* 8. Nonne excuſari poteſt contractus, in quo animalia æſtimata in ſocietatem traduntur

ut pecora ruſtico, eo pacto ut reddere teneatur, finitâ ſocietate, eundem pecorum numerum ejuſdem æſtimationis & valoris, modò tradens, rationabili ter ruſtico compenſet periculum animalium, quod in ſe recipit ruſticus, &c. 285

*Q.* 9. Quonam modo licitè fieri poſſunt contractus & ſocietates circa animalia? 287

## Caput XIV.

### *De contractu Societatis pecuniariæ, & utrum poſſit, aſſecurata ſorte principali, aliqua ſpes lucri remanere per viam trium contractuum.*

*Quæſt.* 1. Peccat-ne qui mediante Societatis contractu, pecuniam mercatori, negotiationis causâ, tradit? 288

*Q.* 2. Nonne poſſet in Societate, aſſecuratio ſortis principalis, & alicujus lucri per viam triplicis contractus, fieri? *ibid.*

*Q.* 3. Nonne huic Conſtitutioni reſponderi poteſt, in ea non damnari aſſecurationem capitalis & intereſſe, tanquam juri naturali & divino contrariam, ſed ut de uſura ſuſpectam, & ita contrariam ſoli juri eccleſiaſtico; ac proinde talem conſtitutionem obligare ſolummodò in illis regionibus, in quibus publicata & uſu recepta fuit? 291

*Q.* 4. Nonne pariter reſponderi poteſt, Pontificem tantùm intendere contractum ſocietatis damnare, in quo unus è ſociis ſecuritatem habet de ſorte principali & intereſſe, in vim ſolius contractus ſocietatis: non autem ſi fiat aſſecuratio per ſecundum contractum, in quo compenſatur periculum, quod in ſe recipit ſocius? 292

*Q.* 5. Quo modo dici poteſt, pactum, quòd quis non

non teneatur participare in ſortis principalis damno, eſſe contra ſocietatis naturam; cùm Ulpianus dicat in leg. *Si non fuerit, ff. pro ſocio*, fieri poſſe ſocietatem ita, ut unus è ſociis de damno non teneatur, & tamen de lucro participet? 293

*Q.* 6. Si dum induſtria eſt æquè æſtimabilis, ac ipſa pecunia in ſocietate collata, licet percipere partem lucri, etiamſi de damno quis non teneatur: Nonne etiam dici poteſt, quòd in ſocietate in qua induſtria parùm æſtimabilis eſt, & in qua nullum ferè reperitur periculum, ille qui pecuniam confert, poteſt mediam lucri partem percipere, licèt de nullo damno teneatur? 294

*Q.* 7. Nonne dici poſſet, quòd ſervatur æqualitas inter ſocios, quando æquè eſt æſtimabile lucrum, quo primus ſe ſpoliat, ac periculum quod ſecundus in ſe recipit? 295

*Q.* 8. Quo pacto reſponderi poteſt objectioni ſumptæ ex decretali Innoc. III. in cap. *Per veſtras, de donationibus inter virum & uxorem?* in qua vult Pontifex, ut maritus qui non eſt ſolvendo, fidejuſſorem inveniat, & cautionem det de reddenda dote; aut certè illam alicui mercatori tradat, ut ex honeſto lucro, quod ex ea percipiet, onera matrimonii ſuſtentare poſſit, &c. 297

*Q.* 9. Quare in ſocietate non poterit transferri periculum ſortis ſine ejus dominio ad mercatorem, fieri cum hoc poſſit in contractibus depoſiti, commodati, & locationis, &c. 298

*Q.* 10. Nonne dici poſſet, aſſecurationem ſortis principalis in ſocietate factam, rei traditæ dominium non transferre, ſicut illud in depoſito, commodato, aut locatione non transfert, & ita, &c. 300

*Q.* 11. Nunquid objici poſſet, quòd in contractu ſocietatis, in quo vult quis habere aſſecurationem ſortis principalis, medio ſecundi con-

contractus, poteſt etiam apponi pactum, ut mercator pecuniâ, modo tantùm præſcripto, uti poſſit: & ita de ea liberè, & abſolutè diſponere non poterit, ſicque non erit illius dominus? 301
*Q.* 12. Poteſt-ne aliquâ aliâ authoritate probari injuſtitia ſocietatis, quæ cum triplici hujuſmodi contractu conjuncta eſt? *ibid.*
*Q.* 13. Si aſſecuratio poteſt haberi ab aliquo tertio, quare non etiam ab eodem mercatore, cum quo contracta eſt ſocietas, haberi poterit? 304

## Caput XV.

### *De Vſurariorum pœnis.*

*Quæſt.* 1. Qui habendi ſunt tanquam uſurarii publici, & manifeſti? 306
*Q.* 2. Qualibus pœnis uſurarii publici feriuntur? *ibid.*
*Q.* 3. Quales pœnas incurrunt Notarii, aut Cancellarii, qui cōtractus fabricant uſurarios? 307

---

# TRACTATUS QUINTUS.

## *De cambio, locatione, dote, depoſito, & precario.*

## Caput Primum.

### *De cambio.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt Cambium? 308
*Q.* 2. Quo pacto dividitur cambiū? 309
*Q.* 3. Quale cambium eſt reale & verum? *ibid.*
*Q.* 4. Quale eſt cambium fictum & ſiccum? *ibid.*
*Q.* 5. Quomodo dividi poteſt reale & verum cambium? 310

*Q. 6.* Quale eſt cambium minutum? *ibid.*
*Q. 7.* Quale eſt cambium per litteras factum? *ibid.*
*Q. 8.* Quale eſt cambium ad certum conſtitutum diem, & terminum? 311
*Q. 9.* Poteſt-ne licitè recipi aliquod lucrum ex cambio minuto? *ibid.*
*Q. 10.* Cambium quod per litteras fit, eſt-ne licitum? *ibid.*
*Q. 11.* Aliquando campſor, ſeu Bancarius, nullum damnum patitur, nullum periculum ſubit, nullumque laborem apponit in procurando, quòd pecunia ſibi tradita alio in loco ſolvatur. His poſitis, licet-ne campſori lucrum aliquod exigere? 312
*Q. 12.* Si cambium illicitum non ſit, quare Chriſtus campſores è templo ejecit? 314
*Q. 13.* Quales requiruntur conditiones, ut campſores, ſeu Bancarii, poſſint licitè, & tutâ conſcientiâ exigere aliquod intereſſe ex pecuniâ, quâ in litteris cambii ſolvendis utuntur? *ibid.*
*Q. 14.* Licitum-ne eſt cambium ad certum conſtitutum diem, & terminum? 315
*Q. 15.* Licet-ne mercatori, qui pecuniam hoc modo ſibi intra certum tempus & terminum ſolvendam tradit, lucrum conſequi, ſolummodò ob cambium monetæ? &c. 317
*Q. 16.* Si quis habens pecuniam, cujus pretium valdè brevi minuendum putat, illam idcircò alteri mutuam det, cum ea conditione, ut remaneat obligatus ad reddendam eamdem ſummam, perinde ac ſi monetæ traditæ valor non fuiſſet imminutus, eſt-ne uſurarius? *ibid.*
*Q. 17.* Peccat-ne qui pecuniam cum pacto dandi aliquod lucrum, à mercatore recipit? 318
*Q. 18.* Mercator poteſt-ne ſine peccato mutuo pecuniam ſub uſuris accipere ſine aliqua neceſſitate, & ſolummodò ad majus exer-

cendum commercium, & majori cum decore vivendum? ... *ibid.*

## Caput II.

### *De Locationis definitione, & de rebus quæ locari poſſunt.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt locatio? 319
*Q.* 2. Quæ res locari poſſunt? 320
*Q.* 3. Quæ res locari prohibentur in corpore juris canonici aut civilis? *ibid.*
*Q.* 4. Prohibetur-ne jure civili aliquarum rerum locatio? *ibid.*
*Q.* 5. Poteſt-ne locari pecuniâ? 321

## Caput III.

### *De Obligationibus & peccatis illius qui rem ſuam alteri locat.*

*Quæſt.* 1. Quales obligationes contrahit locator? 322
*Q.* 2. Si quis ignoranter locavit dolia vitioſa & corrupta, putans eſſe bona, & idcircò vinum effundatur aut corrumpatur: tenetur-ne in conſcientia ſolvere & reparare damnum conductoris? 323
*Q.* 3. Qui v. g. alteri dolia vitioſa inſciens commodavit, tenetur-ne reſarcire damnum, quod inde ſecutum eſt, prout dictum eſt de locatore? 324
*Q.* 4. Propter quam culpam locator tenetur ad reſtitutionem damni quod conductor paſſus eſt? 325
*Q.* 5. Nullus-ne poteſt reperiri caſus, in quo conductor, ob culpam leviſſimam, ad reſtitutionem obligetur? 326
*Q.* 6. Quæ ſunt aliæ locatoris obligationes? *ibid.*

## Caput IV.

*De Peccato quod in locatione domus facta in favorem meretricis aut Concubinarii committitur.*

*Quæſt.* 1. PEccat-ne qui domum ſuam meretrici, aut concubinario ſcienter locat, dum intendit ſolummodò penſionem recipere, nullum alium eodem pretio inveniens conductorem? 328

*Q.* 2. Non-ne licet alimenta & veſtes meretrici vendere, modò id cum perverſa intentione non fiat, etiam ſi talis fœmina nullo modo peccare poſſet, niſi alimenta, aut veſtes ei venderentur? 330

*Q.* 3. Quid agere debet confeſſarius, dum ſcit pœnitentem locaſſe aut locare velle domum ſuam alicui meretrici, vel lenoni? 331

## Caput V.

*De obligationibus & peccatis locatarii ſeu conductoris.*

*Quæſt.* 1. AD quæ obligatur conductor? 333

## Caput VI.

*De locatione famulorum, & operariorum.*

*Quæſt.* 1. QUi operarium conduxiſſet, & deinde illius operâ non fuiſſet uſus: teneretur-ne ſolvere mercedem conventam, & poteſt-ne aliquid ex ea minuere, eò quòd artifex non laboraſſet? 335

*Q.* 2. Regula generalis, quòd qui operam ſuam alteri locat, nullam mercedem conſequi debet, cum caſu aliquo fortuito in locatoris perſona contingente, non poteſt id quod

promiſerat præſtare, debet-ne extendi ad omnes qui operas ſuas locant? *ibid.*

*Q.* 3. Cùm locatione factâ à domino, rei locatæ dominium legitimè in alium transfertur, ceſſat-ne omninò locatio? 336

*Q.* 4. Si Petrus operam Pauli locaverit ad ædificandam domum, aut faciendam ſtatuam, navem & alia hujuſmodi, & deinde, re infectâ, moriatur Paulus: tenentur-ne hæredes Pauli ad faciendum per ſe aut per alios id, quod facere promiſerat Paulus? aut ſi è converſo, Petrus moriatur, tenentur-ne illius hæredes conventiones, quas cum Paulo fecerat, obſervare? 337

*Q.* 5. Qui rem aliquam à domino locat, poteſt-ne rem locatam dimittere, dum illius proprietas ad alium dominum tranſit? *ibid.*

*Q.* 6. Si famulus vili pretio neceſſitate compulſus ſe locaverit, tenetur-ne dominus in tali caſu conſuetum ſervitii & laboris ſui ſalarium in foro conſcientiæ famulo ſolvere, aut tantummodò mercedem conventam? 338

*Q.* 7. Cùm herus famulum dimittit ante tempus conventum, tenetur-ne integrum totius temporis conventi ſalarium ſolvere: aut ſufficit-ne, ut ſalarium pro ſervitii præſtiti ratâ ſolvat? 339

*Q.* 8. Apparitores, lictores, curſores & ſimiles, qui res judiciarias contra varias perſonas unâ die foris exequuntur, poſſunt-ne exigere à ſingulis pretium taxatum, perinde ac ſi unicâ tantùm executionem feciſſent? *ib.*

*Q.* 9. Cùm artifex quilibet modico nimiùm pretio aliquod facere imprudens promiſit, tenetur-ne dominus tale pretium augere, cũ illius nimiam modicitatem cognovit? 340

*Q.* 10. Nonne dici poſſet, eam legem debere ſolummodo intelligi, dum adeſt læſio, ultra dimidium juſti pretii; quandoquidem leges illam tantùm læſionem in contractibus prohibent,

hibent, ut videre eſt in leg. *Rem majoris, cod. de reſind. vendit. & cap. cùm cauſa, de emptione & venditione?* 341

## Caput VII.

### *De Contractu dotali.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt contractus dotalis? 342
*Q.* 2. Quomodo dividi poteſt dos, ſeu contractus dotalis? 343
*Q.* 3. Tenetur-ne Pater filiam dotare? *ibid.*
*Q.* 4. Pater tenetur-ne dotare filiam, quæ ſine illius conſenſu nupſit? *ibid.*
*Q.* 5. Si Pater, ob paupertatem, filiæ dotem conſtituere non poſſit, mater tenetur in illius ſubſidium conſtituere, ſi poſſit? 344
*Q.* 6. Tenetur-ne frater ſororem dotare, cùm id pater aut mater facere non poſſunt? *ibid.*
*Q.* 7. Si virgo nubere nolit, ſed monaſticam vitam ducere cupiat; in hoc caſu tenetur-ne pater illam dotare, ut etiam patrimonium filio Ordines ſacros recipere volenti conſtituere? 345
*Q.* 8. Quonam tempore tenetur maritus dotem reſtituere? *ibid.*
*Q.* 9. Tenetur-ne maritus totam dotem reſtituere? *ibid.*
*Q.* 10. Cùm maritus ſine timore inopiæ dotem reſtituere poteſt, eamque revera per ſe aut per hæredem reſtituit: poteſt-ne retinere id, quod ad conſervanda bona dotalia expendit? 346

## Caput VIII.

### *De Depoſito.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt depoſitum? 347
*Q.* 2. Quonam modo dividitur depoſitum? *ibid.*

*Q.* 3. Depoſitarius poteſt-ne uti re, quæ apud ſe depoſita eſt? 348
*Q.* 4. Ad quid tenetur depoſitarius, dum res depoſita, in ſuis manibus minuitur aut perit? 349
*Q.* 5. Qualis eſt illa culpa gravis in depoſito? *ibid.*
*Q.* 6. Depoſitarius tenetur-ne quandoque reſtituere ob aliquam culpam, quæ lata & gravis non eſt? 350
*Q.* 7. Teneri-ne poteſt ad reſtitutionem depoſitarius, etiam ob culpam leviſſimam? *ibid.*
*Q.* 8. Tenetur-ne aliquando depoſitarius reſarcire damnum, quod caſu aliquo fortuito rei depoſitæ accidit, ſine illius culpa. 351
*Q.* 9. Si dominus rem ſuam depoſitam petat, ut eâ utatur ad aliquod ſcelus perpetrandũ, tenetur ne tunc depoſitarius rem depoſitam tradere? 352
*Q.* 10. Si fur rem Cajo ſurreptam apud Titium deponat, deinde tractu temporis agnoſcat titius, talem rem ad Cajum pertinere: debet-ne illam Cajo aut furi reſtituere? *ibid.*
*Q.* 11. Si quis depoſitâ re aliquâ, grave ſcelus committat, in cujus pœnam bona illius publicantur & fiſco addicuntur: tunc tenetur-ne depoſitarius rem deponenti reddere, aut eam judicibus tradere? *ibid.*
*Q.* 12. Si v. g. famulus apud Sejum heri ſui Pomponii annullum deponit, & Sejus talem herum non cognoſcens, annullum Titio bona fide reſtituit, putans quòd eſſet illius dominus; tenetur-ne in hoc caſu Sejus Pomponio annuli valorem reſtituere? 353

## CAPUT IX.

### *De Commodato.*

*Quæſt.* I. QUid eſt commodatum? 354
*Q.* 2. Ille qui rem ſuam alteri ad tempus aliquod determinatum commodavit, poteſt-ne ejus reſtitutionem exigere ante tempus conventum? 355
*Q.* 3. Ad quid tenetur commodatarius, ſeu ille cui res aliqua commodata fuit? *ibid.*
*Q.* 4. Ob qualem culpam ad reſtitutionem tenetur commodatarius? 356
*Q.* 5. Commodatarius tenetur-ne reſarcire damnum, quod rei commodatæ caſu aliquo planè fortuito ſine culpa accidat, ut ſi incendio, naufragio, latrocinio pereat? *ibid.*

## CAPUT X.

### *De Precario.*

*Quæſt.* I. QUid eſt Precarium? 357
*Q.* 2. Quot modis precarii contractus finitur? *ibid.*
*Q.* 3. Nonne aliæ difficultates ſuper precarii materia excitari & agitari poſſunt? 358

---

# TRACTATUS SEXTUS.

## *De Fidejuſſoribus, promiſſione, & ludo.*

## CAPUT PRIMUM.

### *De Fidejuſſoribus.*

*Quæſt.* I. QUid per Fidejuſſores intelligitur? 359
*Q.* 2. Quot ſunt fidejuſſionum ſpecies? 360

*Q.* 3. Po-

Q.3. Poteſt-ne ita ſe obligare fidejuſſor, ut plura teneatur ſolvere, quàm ipſe debitor principalis? *ibid.*

Q.4. Qui alteri pecuniam mutuo dat, poteſt-ne aliquid exigere, eo quòd abſtineat à petendo fidejuſſore, quem petere potuiſſet? 361

Q.5. Qui pro Titio fidejubet, poteſt-ne ab eo aliquid, ratione talis fidejuſſionis, exigere? *ibid.*

Q.6. Ille, qui requiſitus à creditore, fidejubet pro aliquo debito in illius favorem ab altero contracto, poteſt-ne aliquid pro tali fidejuſſione à creditore exigere? 362

Q.7. Ille qui pro altero fidejuſſor eſt, poteſt-ne ita cum creditore convenire, ut pro certâ ſummâ illius fidejuſſioni renunciet, illumque ab obligatione liberet? 363

Q. 8. Tenetur-ne principalis debitor omnia damna, quæ illius causâ fidejuſſor paſſus eſt, reſtituere? 364

Q. 9. Fidejuſſionis onus tranſit-ne ad hæredes, ita ut fidejuſſoris hæres ſit etiam fidejuſſor, quemadmodum defunctus? *ibid.*

Q.10. Licet-ne alicui pro alio fidejubere, dum ſcit ſe non habere, unde ſolvat? *ibid.*

Q. 11. In quibus caſibus ille, qui pro alio fidejuſſit, contra debitorem in judicio agere poteſt, ut ſe à fidejuſſionis onere liberet, & omne damnum ex ea ſecutum reſarciat? 365

## Caput II.

### *De Promiſſione.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt promiſſio? *ibid.*

Q.2. Tenetur-ne quis in conſcientiâ promiſſa implere? 366

Q.3. Quandonam ab obligatione implendi promiſſa liberi eſſe poſſumus? *ibid.*

Q.4. Ille qui aliquid recepit, quod ſibi pro re illicita promiſſum fuerat, tenetur-ne reſtituere? 369

Q.5.

*Q. 5.* Qui aliquid pro re prohibita promiſit, & ita promiſſioni ſtare non tenetur; poteſt-ne tutâ conſcientiâ, id quod promiſerat, retinere, ſine ulla obligatione pauperibus diſtribuendi? 370

## Caput III.

### *De definitione & diviſione ludi.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt Ludus? 371
*Q.* 2. Quot ſunt ludi ſpecies? 372

## Caput IV.

### *De Ludis prohibitis.*

*Quæſt.* 1. LUdi qui à ſorte tantummodò pendere videntur, ſunt-ne prohibiti Clericis? *ibid.*
*Q.* 2. Nonne nimis durè & rigorosè aſſeritur, clericis non licere talibus ludis, qui ut diximus à ſorte tantummmodò pendere videntur, operam dare; etiam ſi non notabilem pecuniæ ſummam, ſed exiguam exponerent, relaxandi animi gratiâ? 373
*Q.* 3. Sunt-ne aliæ ludorum ſpecies Eccleſiaſticis prohibitæ? 374
*Q.* 4. Quales ludi Clericis licent? 376
*Q.* 5. Quales ludi Laicis prohibentur? *ibid.*
*Q.* 6. Laici peccant-ne ſemper mortaliter, quoties tales aleatorios ludos exercent? *ibid.*
*Q.* 7. Quales circumſtantiæ ludum aleatorium illicitum reddunt, & cauſam dederunt prohibitionibus, quæ in Jure Canonico & civili continentur? 377
*Q.* 8. Peccant-ne illi qui domum ad ludendum chartaceis, aut taxillis paratam habent? 378

## Caput V.

### *De caſibus in quibus adeſt obligatio reſtituendi illud, quod quis in ludo aleatorio lucratus eſt.*

*Quæſt.* 1. QUando-nam tenetur quis reſtituere, quod in ludo qui à fortunâ pendebat, lucratus eſt? 379
*Q.* 2. Quomodo id intelligi debet, quod aſſerit S. Thomas in ſecundo reſtitutionis caſu ſuprà quæſt. prima relato, quòd ſcil. teneatur quis reſtituere, ea quæ lucratus eſt, dum alium ad ludendum attraxit? 381
*Q.* 3. Nulli-ne ſunt alii caſus, in quibus adſit obligatio reſtituendi ea quæ quis in ludis à fortuna pendentibus lucratus eſt? *ibid.*

---

# TRACTATUS SEPTIMUS.

## *De donatione, & teſtamento.*

## Caput Primum.

### *De Donatione.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt Donatio? 383
*Q.* 2. Quot ſunt donationũ ſpecies? *ib.*
*Q.* 3. Quales ſolemnitates in jure requiruntur ad donationis validitatem? 384
*Q.* 4. Quis donare poteſt? *ibid.*
*Q.* 5. Quis donare non poteſt? 385
*Q.* 6. Poſſunt-ne Beneficiarii bona ex redditibus eccleſiaſticis provenientia conſanguineis donare? 386
*Q.* 7. Quibuſnam donare poſſumus? *ibid.*
*Q.* 8. Quibuſnam donare prohibemur? *ibid.*
*Q.* 9. Poteſt-ne pater filiis in poteſtate ſua exiſtentibus donare? 387

*Q.* 10. Eſt-ne valida donatio, à marito in favorem uxoris facta, vel ab uxore in favorem mariti? *ibid.*
*Q.* 11. In quibuſnam caſibus valida eſſe poteſt ſimilis donatio inter conſortes facta? 388
*Q.* 12. Donatio inter vivos poteſt-ne quibuſdam de cauſis revocari? *ibid.*

## CAPUT II.
### *De Teſtamento.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt Teſtamentum? 389
*Q.* 2. Quot ſunt teſtamentorum ſpecies? *ibid.*
*Q.* 3. Quænam ſolemnitates ad teſtamenti validitatem requiruntur? 390
*Q.* 4. Eſt-ne ſemper neceſſaria illa ſolemnitas? *ib.*
*Q.* 5. Nonne reperiuntur alii caſus, in quibus ſolemnitates non requiruntur? *ibid.*
*Q.* 6. Eſt-ne validum teſtamentum coram Parocho, & duobus aut tribus teſtibus factũ? 391
*Q.* 7. Tenetur-ne hæres ſolvere legata facta in teſtamento, in quo obſervatæ non ſunt ſolemnitates à Jure civili requiſitæ ad legatorum validitatem? *ibid.*

## CAPUT III.
### *De his qui teſtamentum facere vel non facere poſſunt.*

*Quæſt.* 1. QUinam teſtamentum facere poſſunt? 393
*Q.* 2. Quinam teſtamentum facere nequeunt? *ib.*
*Q.* 3. Licet-ne Clericis ſæcularibus teſtamentum condere? 394

## CAPUT IV.
### *De his quibus bona per Teſtamentum relinqui poſſunt.*

*Quæſt.* 1. QUinam in teſtamento poſſunt hæredes inſtitui? 395

*Q.* 2.

Q. 2. Quinam hæredes, aut legatarii in teſtamento inſtitui non poſſunt? *ibid.*
Q. 3. Qui inſtitutus fuit hæres, hoc pacto, ut redderet hæreditatem ſpurio teſtatoris, teneturne hanc hæreditatem huic puero reſtituere, an illis qui ſuccederent ab inteſtato defuncto teſtatori? 396
Q. 4. Spurius, ſeu qui natus eſt ex illegitimo concubitu, ſeu illegitima conjunctione, poteſt-ne in conſcientia retinere, quod à Patre ſibi relictum eſt contra prohibitionem legis? 397

## Caput V.

### *De Legatis*.

*Quæſt.* 1. Quid eſt legatum? *ibid.*
Q. 2. Si quis legatum aliquod pium inſtituiſſet, e. g. fundationem alicujus Eccleſiæ, hac conditione, ut quotidie miſſa celebretur pro requie animæ ſuæ, aut alia ſimili conditione; & legatarius nollet acceptare legatum hac conditione, poſſet-ne hæres ſibi illud retinere, aut teneretur-ne impendere legatum in aliquod opus pium? *ibid.*
Q. 3. Eſt-ne grave peccatum diferre ſolutionem legatorum piorum? 398
Q. 4. Si Legatarius ante mortem teſtatoris rei legatæ dominium acquiſiviſſet, tenetur-ne hæres rei pretium legatario reſtituere? 399
Q. 5. Ad quem pertinere debet legatum ad pias cauſas, cùm teſtator non expreſſit, cui illius debeat fieri ſolutio? *ibid.*
Editto contro l'uſure & altri contratti illeciti: publicato nella Sinodo d'Albano dall'Eminentiſs. Card. Flavio Chigi, pag. 249. 401

# TRACTATUS PRIMUS
## *DE*
# THEOLOGIA
## MORALI
## *IN GENERE.*

### CAPUT PRIMUM.

### *De Principiis generalibus Theologiæ Moralis.*

*Quæſtio* 1. QUID eſt Theologia Moralis?

*Reſponſ.* Eſt ſcientia quæ hominum mores dirigit.

*Quæſt.* 2. Quid eſt hominum mores dirigere?

*Reſp.* Nihil aliud eſt, quàm rectè vivendi regulas docere, quarum auxilio poſſint homines præcepta, & ea omnia, ad quæ quiſque pro ſuâ conditione obligatur, adimplere, actuſque ſuos ad Deum, & æternam gloriam tanquam ad finem dirigere, ut loquuntur Inſtituta Juris Canonici. Inſtitut. Jur. Canon. lib. 1. tit. 1. §. Si igitur.

*Quæſt.*3. Quænam ſunt illæ regulæ generales, quas ſequi & obſervare tenemur, ut in quæſtionibus moralibus reſolvendis in errores non incidamus?

Can. omnes Pſallétes, diſt. 38. *Reſp.* Duæ ſunt omninò regulæ, Scriptura ſcilicet Sacra, unde, ut dicitur in Canone, *Subſtantia Sacerdotii noſtri ſunt eloquia divina*: & Traditio, quæ potiſſimùm in Sanctorum Patrum ſcriptis continetur, ut egregiè docet Gelaſius Papa, dum ait: *Vbi eſt quod ſcriptum eſt*: TERMINOS PATRUM TUORUM NON TRANSGREDIERIS, ET INTERROGA PATRES TUOS, ET ANNUNTIABUNT TIBI, SENIORES TUOS, ET DICENT TIBI. *Quid ergo tendimus ultrà definita majorum, aut cur nobis non ſufficit, ſi quid ignorantes diſcere cupiamus, qualiter ab orthodoxis Patribus ſingula quæque vel vitanda, vel præcepta ſunt, vel aptata Catholicæ veritati, cur non his probantur eſſe decreta? Nunquid aut ſapientiores illis ſumus, aut poterimus firma ſtabilitate conſtare, ſi ea quæ ab illis conſtituta ſunt, ſubruamus?* Ex quibus tanti Pontificis verbis facilè concluditur, quòd in diſciplinâ morali, illi errandi periculo ſe committunt, qui ſuas omnes concluſiones, deciſioneſve authoritate Sacræ Scripturæ, aut Traditionis, quæ in Sanctis Patribus reperitur, non firmant. *Numquid enim Patribus doctiores aut devotiores ſumus?* inquit Sanctus Bernardus: *periculosè præſumimus quidquid ipſorum in talibus prudentia prætervivit; nec verò id tale eſt, quod niſi prætereundum fuerit, Patrum quiverit omninò diligentiam præteriiſſe*.

Gelaſius Ep. 5. ad Honoriũ Dalmatiæ Epiſc.

S. Bernard. Epiſt. 174.

S. Anton. part. 2. Tit. 4. cap. 5. ante §. Et quod pejus eſt, Sæpiùs, ut ait Sanctus Antoninus, *Vadunt ad inferos per vitium præſumptionis novitatum rectores, adinveniendo novas vias ultrà conſuetas ad regendum populum, ſive ut extorqueant à ſubditis*

*tis ſubſtantias, quod pertinet ad cupiditatem: ſive ut laudentur ab hominibus de modo regiminis tanquam ſapientiores antiquis, recedendo ſine cauſa à ſemitis eorum, contrà illud Proverb.* 22. NON TRANSCREDIERIS TERMINOS ANTIQUOS, QUOS POSUERUNT PATRES TUI. *Vadunt doctores in adinventionibus ſuis, qui non ſequuntur dicta Sanctorum: ſed opiniones novas, ſubtiles & curioſas, non utiles, ad pruriendum aures.*

*Quæſt.*4. Poſſuntne inveniri authoritates in Scripturâ Sacrâ, Conciliis, aut Sanctis Patribus, ad omnes qui poſſunt occurrere casûs decidendos?

*Reſp.* Nullus eſt caſus, ut in hujuſce operis proſecutione facilè videbitur, qui non ſit expreſsè deciſus, aut ſaltem cujus deciſio per legitimas, & nullo modo violentas conſequentias, non poſſit erui, & haberi ex principiis à Conciliis, aut Sanctis Patribus in materiâ morum conſtitutis.

*Quæſt.*5. Quomodo igitur quidam Scriptores novi varias opiniones laxas ſecuti ſunt, ut conqueritur Alexander Papa VII. ita ut pluſquam centum à Sanctâ Sede in variis decretis jam damnatæ reperiantur?

*Reſp.* Dubitandum non eſt, multas tantæ cecitatis fuiſſe cauſas. Attamen certum eſt, eam præcipuè proceſſiſſe ex eâ temeritate, cum quâ multi difficiliores quæſtiones ex ſemetipſis & ex proprio ſenſu & ingenio decidere auſi ſunt, dicta Sanctorum Patrum & Canonum requirere, & ponderare non curantes: non ſatis conſiderarunt, ingenii humani cæcitatem eò in quæſtionibus moralibus majorem eſſe, quò voluntas noſtra in malum poſt peccatum Adami inclinata, tenebras intellectûs in his materiis plurimùm auget; & ita vix, ac ne vix quidem errores vitari poſſe ab eo qui ſolâ ratione hu-

humanâ nititur, aut qui verba Scripturæ Sacræ aut Canonum explicare præſumit, non cum eodem ſpiritu, cum quo prolata & ſcripta fuerunt, neque eò modo quo à Sanctis fuerunt expoſita, ſed potiùs cum ſpecie quadam humani luminis & diſcurſu temerario multùmque alieno ab eâ humili reverentiâ, cum quâ Chriſtiani ſacris illis morum noſtrorum regulis ſubmittere ſe debent. Demùm prophetaverunt plures novi doctores de corde ſuo, contrà illud Ezechielis: *Dices prophetantibus de corde ſuo: Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus Deus: Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur Spiritum ſuum.*

Ezechiel. cap.13.

*In hanc inſipientiam cadunt*, ut ait Sanctus Leo, *qui ad cognoſcendum veritatem, cùm aliquo impediuntur obſcuro, non ad propheticas voces, non ad Apoſtolicas Litteras, non ad Evangelicas authoritates, ſed ad ſe recurrunt; & ideò magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuere.* Idem Sanctus Pontifex ſe contrariam planè viam ſecutum eſſe luculenter oſtendit, dum inquit: *Frequenter quidem in diverſarum quæſtionum ambiguo, fratrum corda titubantia, Spiritu Dei inſtruente, ſolidavimus, reſponſionum formas, vel ex Sanctarum Scripturarum diſciplina, vel ex Patrum regulis colligentes.*

S. Leo Papa, Epiſt. 10. ad Flavian. Conſtantinop. Epiſc. c.1.

S. Leo Epiſt. 37. ad Leonem Ravennæ Epiſcop.

Demùm Sanctus Gregorius Papa VII. *Videntes*, inquit, *ordinem Chriſtianæ Religionis multis jam labefactatum temporibus, & principales, ac proprias lucrandarum animarum cauſas diu prolapſas, & ſuadente diabolo conculcatas: concuſſi periculo, & manifeſta perditione Dominici gregis, ad ſanctorum Patrum decreta doctrinamque recurrimus, nihil novi, nihil adinventione noſtra ſtatuentes; ſed primam & unicam Eccleſiaſti-*

S. Greg.7. li.3. Epiſt. 10. ad Hericum Regem.

cæ

*cæ diſciplinæ regulam, & tritam Sanctorum viam relicto errore repetendam, & ſectandam eſſe cenſuimus. Neque enim alium noſtræ ſalutis & æternæ vitæ introitum Chriſti ovibus eorumque paſtoribus patere cognoſcimus, niſi quem ab ipſo monſtratum, qui dixit:* EGO SUM OSTIUM, PER ME SI QUIS INTROIERIT SALVABITUR, ET PASCUA INVENIET: *Et ab Apoſtolis prædicatum, & à Sanctis Patribus obſervatum, in Euangelica, & in omni Divinarum Scripturarum pagina didicimus.*

Quidam hujuſce Sæculi Doctores, Sacris Moralis Chriſtianæ regulis non æquè ac ſupradicti Sancti Pontifices detulerunt, & parùm fœlici ſucceſſu, confiſi ſunt propriæ rationi, & ſenſui, contrà ſacræ Scripturæ ſententiam: NE INNITARIS PRUDENTIAE TUAE; *nam ille prudentiæ ſuæ innititur,* ut ait Sanctus Hieronymus relatus in Canone, *qui ea quæ ſibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis præponit.* Licèt enim ratio in ſe conſiderata, ſit veluti quædam effuſio & emanatio divini luminis; attamen fallax admodùm eſt, & quibuslibet erroribus expoſita, ſi conſideretur in particulari, & ut eſt in Petro, aut Jacobo, quia unuſquiſque ratiocinatur in praxi prout affectus eſt, & facilè in quoslibet abſurdos errores prolabitur, dum rectam rationem ſequi putat; ut videre eſt in tam multis non ſolùm religionibus, ſed etiam legibus & conſuetudinibus, quæ ab hominibus, propriæ rationis lumini confidentibus, tanquam bonæ & rationabiles introductæ ſunt. Hinc tam variæ de rebus omnibus opiniones. Sed nihil meliùs fallaciam rationis particularis probat, quàm tanti, iique graviſſimi errores, in quos varii hujuſce ævi doctores in moralibus prolapſi ſunt, dum ſe maximè rationem ſequi

S. Hieron. in Parab. refertur in c. Ne innitaris, De Conſtitut.

profitebantur; ita ut de illis quodammodo
Rom.c.1. dici poſſe videatur, *quòd evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.*

*Aliud eſt enim, cum authoritati credimus,* inquit Sanctus Auguſtinus, *aliud cum rationi: authoritati credere, magnum compendium eſt, & nullus labor; quod ſi te delectat, poteris multa legere, quæ magni, & divini viri de his rebus, neceſſaria quæ videbantur, ſalubriter imperitioribus, quaſi nutu quodam locuti ſunt, credique ſibi voluerunt ab his, quorum animis, vel tardioribus vel implicatioribus, alia ſalus eſſe non poſſet; tales enim homines, quorum profectò maxima multitudo eſt, ſi ratione velint verum comprehendere, ſimilitudinibus rationum facillimè decipiuntur, & in varias noxiaſque opiniones ita labuntur, ut emergere inde ac liberari, aut nunquam, aut ægerrimè queant.*

S.Aug De Quantitate animæ c.7.

Ne igitur in rebus ad noſtram, & aliorum ſalutem pertinentibus à veritate aberremus, *Non afferamus*, inquit Sanctus Auguſtinus, *ſtateras doloſas, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus, pro arbitrio noſtro dicentes: Hoc grave, hoc leve eſt: ſed afferamus divinam ſtateram de Scripturis Sanctis, tanquam de theſauris Dominicis, & in illa quid ſit gravius appendamus; imò non appendamus, ſed à Domino appenſa recognoſcamus.*

S.Aug.lib. 2. de Baptiſ.cap.6. refertur in Can. Non afferamus, 24.q.1.

*Quæſt.6.* Sancti Doctores, & Patres quos Deus Eccleſiæ ſuæ in variis Sæculis dedit, ſignificarunt ne, ſe novas opiniones proferre nolle, aut quidquam dicere ex ſolo proprio ſenſu, ſed aliorum potiùs veſtigiis fideliter inhærere velle?

*Reſp.* Is agendi modus in totâ multorum ſæculorum traditione valdè perſpicuus, &

con-

conſtans eſt; ſanctique Patres ad unum omnes profeſſi ſunt, ſe doctrinam, & ſensũ antiquiorum ſequi velle, neque quidquam ex proprio judicio proferre. Hanc regulam didicerant Apoſtoli ab ipſomet Jeſu-Chriſto, qui ut exemplo ſuo doceret, neminem præſumere debere ex ſemetipſo, & ex propro ſenſu opiniones in rebus ſacris expromere, in variis Euangelii locis ait: *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me. Ego ex me ipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et ſcio quod mandatum ejus vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor*. Dumque Spiritûs Sancti Miſſionem jiſdem Apoſtolis pollicetur: *Cùm venerit*, (inquit) *ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet, loquetur*. Humilem illam, fidelemque ſubjectionem, & reverentiam erga ſanctorum Patrum opiniones, & Canonum decreta nobis neceſſariam eſſe declarare quodammodo videtur Sanctus Paulus, dum dicit: Quod *Deus dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti..... Vt jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris*. Et alio in loco: *Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci*, ait idem Apoſtolus.

Jo.7.v.16.

Jo.12.v.44.

Jo.16.v.13.

ad Epheſ. c.4.v.11.

ad Hebr.c. 13.v.9.

Et cum Tertulliano dicere poſſumus: *Apoſtolos Domini habemus authores, qui nec ipſi quidquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent elegerunt, ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus aſſignaverunt*.

Tertull. de præſcription.

Can. Relatum, diſt. 37. Hinc eſt quòd Sanctus Clemens, Sancti Petri diſcipulus & ſucceſſor, in Canone qui illi tribuitur, ſic diſſerit: *Relatum eſt nobis, quòd quidam in veſtris partibus commorantes adverſantur ſanis doctrinis, & prout eis videtur, non ſecundùm traditionem Patrum, ſed juxta ſenſum ſuum docere videntur: multas enim quidam, ut audivimus, veſtrarum partium ingenioſi homines, ex iis quæ legunt, veriſimilitudines capiunt. Et ideò diligenter obſervandum eſt, ut lex Dei cùm legitur, non ſecundùm propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in Scripturis divinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi unuſquiſque ſponte præſumpſit: ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſecùs adulteretis, alienum, & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipſum Scripturarum authoritate confirmare, ſed ex ipſis Scripturis ſenſum capere veritatis; & ideò oportet ab eo intelligentiam diſcere Scripturarum, qui eam à majoribus ſecundùm veritatem ſibi traditam ſervavit, ut ipſe poſſit ea quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere.*

Conc. Cõſtant. 3. in Trullo, Can. 19. Sancti Patres in Concilio Conſtantinopolitano congregati, maximi momenti ponderiſque monitum iis dant, qui de moribus tractant, & ea ad quæ Chriſtiani obligantur, oſtendere profitentur: *Si* (inquit Concilium) *ad Scripturam pertinens controverſia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quàm quomodo Eccleſiæ luminaria, & Doctores ſuis ſcriptis expoſuerunt: & majorem ex iis laudem aſſequentur, quàm ſi quæ à ſe dicuntur componant, ne dum quandoque ad id hæſitant, ab eo quod convenit excidant.*

Videmus præterea, id perpetuò profeſſos eſſe Sanctos Patres, & Eccleſiæ Doctores, ſe

ſe nolle à traditione vel minimùm declinare, nihilque novi, & ex proprio ſenſu ſtatuere, ſed antiquiorum opiniones ſequi velle; ut eo modo ſumendo ab antiquis, quod illi ab aliis ſumpſerant, doctrinæ ab Apoſtolis, & ipſomet Jeſu-Chriſto, per continuæ, fidelisque traditionis concatenationem propagatæ, ſecuriùs adhærerent. Id jam ſatis dilucidè probatum fuit ex iis quæ in præcedenti quæſtione de Sanctis Leone, Hieronymo, & Gregorio dicta ſunt: Conſtat præterea ex verbis Gelaſii Papæ, ſancti Bernardi, & ſancti Antonini ſupra relatis. Attamen non inutile erit, illud ex abundanti attexere, quod ſanctus Auguſtinus docet non minùs exemplo quàm verbo. Summus ille Eccleſiæ Doctor deciſiones ſanctorum Patrum, qui illum præceſſerant, fideliter in ſuis variis, & multiplicibus operibus ſequitur; ſed id præcipuè apparet in libris quos contra Julianum edidit, in quibus authoritate Cypriani, Ambroſii, Hieronymi, Joannis Chryſoſtomi, Gregorii Nazianzeni, Baſilii, Hilarii, & aliorum conſtanter nititur: *Illorum*, inquit, *ſecutus ſum veſtigia, quod ſentiunt ſentio, quod tenent teneo, quod prædicant prædico: quis te non videat in me apertum jactare convitium, de illis occultum quidem, ſed ſimile habere judicium?* Ibidem in fine, *Facturum me promiſi, ut Catholicorum qui fuerunt ante nos Epiſcoporum ſententiis, quaſcumque rebus de quibus agitur, congruentes potero reperire, vitreas argutias tuas, & fragilia, quibus tibi multum videris acutus, & nitidus, argumenta confringam.* S. Aug. lib. 1. contra Julianum.

Alii Eccleſiæ Doctores eamdem planè viam ſecuti ſunt. *Dignum eſt*, inquit ſanctus Fulgentius, *ut in ſingulis quibuſque ſententiis, in quibus nubilo cujuſdam obſcu-* S. Fulgent. lib. de veritate prædeſt. & gratiæ, c. 15.

*ritatis ambigimus, ſanctorum Patrum definitionibus hæreamus, quos præveniens miſericordia Dei gratis illuminavit ut crederent, & ſequens inſtruxit ſpiritaliter ut docerent. Non quærimus pugnas verborum*, inquit ſanctus Bernardus, *novitates quoque vocum juxta Apoſtolicam doctrinam evitamus: Patrum tantùm opponimus ſententias ac verba proferimus, & non noſtra; nec enim ſapientiores ſumus, quàm Patres noſtri.*

S.Bern. Epiſt.77. ad Hugon.

Conc. Cōſtan.4. Action. 10. Can.1.

Hic de rebus ſacris tractanti modus à variis Conciliis, & commendatur, & jubetur. Legimus ſiquidem in Concilio generali Conſtantinopolitano quarto, quòd *ut rectam regiamque divinæ juſtitiæ viam ſine erroris offenſa teneamus, ſanctorum Patrum decreta velut inextinctæ quædam semperque lucentes faces ſequenda ſunt. Et obſervandum nobis magnopere eſt ante omnia, & ſuper omnia*, ut ajunt Patres in Concilio Lemovicenſi congregati, *uti mandatum Dei, & non noſtras traditiones populo obſervandas tradamus, & nihil niſi Scripturarum divinarum auctoritate fultum ſtatuamus agendum. Nihilque de cordibus, nihil extra præceptum Domini, & ſanctorum Patrum, quod abſit, conſtituere, docere, vel jubere præſumamus.* Et ita cum ſancto Hormiſda Pontifice concludendum eſt, quòd: *Prima Salus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenùs deviare.*

Conc. Lemov.2.an. 1034.

Can. Prima Salus, 25. q. 1.

*Quæſt.* 7. Quonam modo caſus dubii, & quæſtiones circà mores, difficiles, & intricatæ, retroactis ſæculis apud Catholicos decidebantur?

*Reſp.* In hujuſmodi caſibus, tota controverſia deferebatur ad Epiſcopum, cui peculiarem gratiam, & majus lumen, ad eas difficultates, quæ ad regimen animarum pertinent, decidendas, largitur Deus. Quod

Quòd ſi quæſtio nimis ardua, & extraordinaria videbatur, eam Epiſcopus terminabat in Synodo Diœceſanâ, in quâ omnes Sacerdotes conveniebant, ut videre eſt in Concilio à ſancto Leone Papa quarto Romæ congregato, in quo ſic legitur: *Presbyteri, qui in diverſis locis, baptiſteriis, vel quibuſcumque ſacris oratoriis ordinantur, inſtanter, ac inexcuſabiliter ad Concilium Diœceſis Epiſcopi occurrere, ſecundùm ſtatuta ſanctorum Patrum decernimus.* Conc. Roman. ſub Leone 4. Can. 40.

In his Synodis Presbyteri de adminiſtratione baptiſmi, & aliorum Sacramentorum rationem reddere debebant; quandoquiquidem, ut dicitur in Concilio Arelatenſi, *à ſanctis Patribus inſtitutum eſt, ut quando ad Concilium venerint, rationem Epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officium vel baptiſmum celebrent.* Et ibidem reſolutionem requirebant illorum caſuum, qui in eorum Parochiis accidebant: quòd ſi quæſtio ita ardua, & tanti ponderis erat, ut illius deciſionem in Synodo Diœceſanâ fieri non conveniret, Concilio provinciali reſervabatur; & ideò unus ex Canonibus Apoſtolis adſcriptis, vult, ut *bis in anno Synodus Epiſcoporum fiat, & inter ſe dogmata religionis inquirant, & incidentes Eccleſiaſticas controverſias diſponant.* Idem planè decernere videtur Concilium Nicænum his verbis: *Habeatur ſemel conſilium ante dies quadrageſimæ, ut omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum jejunium, & ſolemne Deo poſſit offerri: ſecundum verò agatur circa tempora autumni.* *Cenſuimus*, inquiunt Patres in Concilio Antiocheno congregati, *propter Eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt controverſias diſſolvendas, ſufficere bis in anno per ſingulas provincias Epiſcoporum Concilium fieri.* Et ne talia Concilia finirentur

Conc. Arelat. c. 6. an. 813. Can. 4.

Can. 37. Apoſt. Conc. Nic. 1. c. 5. refertur in Can. Habeatur, diſt. 18.

Conc. Antioch. cap. 20. refertur, ibid.

antequam omnes ad animarum ſalutem ſpectantes controverſiæ, & difficultates deciſæ fuiſſent, Arvernenſe ita decernit: *Quoties ſecundùm ſtatuta Patrum, ſancta Synodus congregatur, nullus Epiſcoporum aliquam prius cauſam ſuggerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ, ad ſeveritatem regulæ, ad animæ remedia pertinent, finiantur .*

Conc. Arvernen. 1. ann. 535. Can. 1.

Demùm Concilium Troslejanum omnem talium decidendarum quæſtionum modum declarat his verbis: *Sanctum, & Deo autore celebratum, generaliter, & ſine ulla exceptione Nicænum præcepit Concilium, ut omnibus ſimul Epiſcopis Provinciæ congregatis diſcutiantur quæſtiones neceſſariæ, & quod regulariter omnibus placuerit in commune, hoc omnes tam Metropolitani quam cæteri ſequantur Epiſcopi, ita tamen ut in omnibus quid antiqua habeat autoritas, requiratur .*

Concil. Troslejanum ann. 909. in princip.

In caſibus verò difficilioribus, & majoris momenti, Summus Pontifex conſulebatur; iſque tales caſus, aut per ſemetipſum definiebat, aut in Concilio à ſe convocato . Illius ſalubris diſciplinæ obſervantiam videmus in Decreto à Pelagio Papa promulgato his verbis : *Majores, & difficiles quæſtiones, ut ſancta Synodus ſtatuit, & beata Conſuetudo exigit, ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur .* Et ſanctus Innocentius primus reſpondens Epiſcopo, qui eum ſuper variis caſibus conſuluerat, *Mirari non poſſumus*, inquit, *dilectionem tuam ſequi inſtituta majorum, omniaque quæ poſſunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quaſi ad caput atque ad apicem Epiſcopatus, referre, ut conſulta videlicet ſedes Apoſtolica, ex ipſis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronuntiet : Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem Canonum approbamus .*

Pelagius 2. Epiſt. 8. refert. in Can. Multis, diſt. 17.

Innocent. 1. Epiſt. 4.

Idem

Idem prætereà ſanctus Pontifex, dum difficultates ſibi ab Exuperio Toloſano antiſtite propoſitas ſolvit: *Conſulenti tibi*, *frater chariſſime*, inquit, *quid de propoſita ſpecie unaquaque ſentirem; pro captu intelligentiæ meæ, quæ ſunt viſa reſpondi, quod ſequendum vel docilis ratio perſuaderet, vel autoritas lectionis oſtenderet, vel cuſtodita ſeries temporum demonſtraret: & quidem dilectio tua, inſtitutum ſecuta prudentium, ad ſedem Apoſtolicam referre maluit, quid de rebus dubiis cuſtodire deberet, potiùs quàm uſurpatione præſumpta, quæ ſibi viderentur de ſingulis obtinere*. Innocent. 1. ad Exuperium, Epiſt. 3. c. 1.

Eodem planè modo reſpondens Alexander tertius Archiepiſcopo Senonenſi: *Sicut*, inquit, *Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum, diſponente Domino, mater eſt, & Magiſtra: ita & nos, qui eidem Eccleſiæ, licèt immeriti, ſupernæ diſpoſitionis providentia preſidemus, prout Dominus nobis miniſtraverit, conſultationibus reſpondere cogimur ſingulorum, & quæ videntur dubia, Apoſtolicæ circumſpectionis providentia declarare*. Can. Sicut, de Reſcriptis.

Major Juris Canonici pars ex his reſponſionibus, ſeu reſcriptis, conſtat, quibus ſummi Romani Pontifices varias ſibi quæſtiones, & difficultates à totius orbis Epiſcopis, & ſuper pluribus materiis propoſitas, ſolvebant. Videmus inſuper, Cardinalem Borbonium Archiepiſcopum Rotomagenſem, & Legatum Avenionenſem, ſummum Pontificem Gregorium XIII. dum idem Cardinalis Archiepiſcopus Concilio in ſua Provincia convocato præſideret, conſuluiſſe, timens ſcilicet, ne proprium aut certè ſuffraganeorum ſenſum in decidendis variis difficultatibus ſequens, veritatem fortaſſe non aſſequeretur, Pontificem eni- Conc. Rotomagenſe an. 1581. in fine.

enixè precatus eſt, ut quid in his caſibus agendum eſset, aperiret.

Sed dum hanc diſciplinam, & agendi normam fideliter in Eccleſiâ per multa ſæcula obſervatam intuemur, quis non ingemiſcat, videns multos privatos Scriptores, qui nullam in Eccleſiâ authoritatem, aut juriſdictionem habebant, audacter, & ſine ullo vel minimo ſcrupulo, his noſtris temporibus, variarum quæſtionum deciſiones ex proprio ſenſu dediſſe, & inſuper publicaſſe, non curantes opiniones ſanctorum Patrum, & decreta ſacrorum Canonum inquirere, illiſque fideliter adhærere: quod in cauſa fuit, ut evaneſcerent in cogitationibus ſuis, & ſe alioſque multos in varia conſcientiæ pericula incautè projicerent.

Cardinalis Laurea, in Epitome Canonum, in præliminar.

*Cogitanti mihi ſeriòque indaganti*, inquit eruditiſſimus Cardinalis Brancatus de Lauræa, *undenam haud multis abhinc annis, tanta circa morales doctrinas, necnon & judicia, in Chriſtianum Orbem irrepſerit laxitas, effreniſque in privato quolibet opinandi, & ad utrumque ſaltitandi libido: fæliciter occurrit, id inde ſumpſiſſe exordium, quòd Spiritus Sancti contempto magiſterio, narrationes Patrum noſtrorum prætereuntes, propriæ innixi prudentiæ, noſtris nimiùm indulgeamus affectibus; nec amplius ad amuſſim lapidem, juxta Philoſophi præceptum, ſed ad lapidem amuſſim aptare contendamus: non, inquam, legi voluntatem ſubjicimus, ſed legem ipſam ad voluntatem trahere non formidamus. Eoque proinde res devenit, ut in permultis (ne omnia ut pareſſet complectar) quid ſequendum, quidve fugiendum, ob garrulitatem opinantium penitus ignoretur: talique inſuper probabilitatis involucro cohoneſtentur ſingula, ut nullum jam ſuperſit agibile, in cujus gratiam bivium non ſit paratum certiſ-*

*ſimum:*

*ſimum : & quæ perpetuò hucuſque pugnantia prædicata fuere contradictoria , concordi connubio veri honeſtique paritate , opinatorum beneficio , gaudeant coiviſſe.*

*Quæſt.*8. Quo pacto diſpoſitum, & animatum eſſe convenit Chriſtianum, dum Doctorem ſuper aliquâ conſcientiæ difficultate conſulit?

*Reſp.* In animo habere debet, diſcere ab illo viam ſalutis, quæ in ſacra Scriptura , & traditione deſignata eſt, & Deum enixè rogare, ut non patiatur ſe duci per latam illam viam , quæ, ut in Euangelio dicitur, *ducit ad perditionem* , cujuſque cavendæ gratiâ, multæ propoſitiones laxæ à ſummis Pontificibus reprobatæ ſunt; ut videre eſt in præambulo Decreti ab Alexandro ſeptimo editi: *Ne, inquit, ullo unquam tempore viam ſalutis , quam ſuprema veritas Deus, cujus verba in æternum manent , arctam eſſe definivit, in animarum perniciem dilatari , ſeu verius perverti contingeret , idem ſanctiſſimus D. N. ut oves ſibi creditas ab ejuſmodi ſpatioſa, lataque, per quam itur ad perditionem, via , pro Paſtorali ſolicitudine in rectam ſemitam evocaret.* Alex.7. in Decreto dato ann. 1665. die 24. Sept.

Hinc eſt, quòd Apoſtolici zeli egregius imitator ſanctus Carolus , oves ſuæ curæ commiſſas ſic affatur : *Longè abſint à nobis voces illorum qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas . Ne iſti ſuis adulationum vocibus , vocumque blanditiis cùm nos fallere ſtudent , tum iſtis etiam illecebris populos noſtros decipiunt; dicunt enim bonum malum, & malum bonum. O Popule meus , quis poterit omnia mala, quæ te undique premunt , enumerando recenſere? audent tamen iſti à ſalutis via te adulationibus longiùs abducere : Popule* D. Carol. in Orat. hab. in Conc. provinc. 6.

*meus,*

*meus, qui te in tanta malorum colluvione beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.*

B. Joan. à Cruce in ſentent. ſent. 72. Demùm Beatus Joannes à Cruce aſſerit, quòd *ſi quis tibi perſuadere conetur doctrinam laxam, tametſi miraculis eam confirmet, ei credendum non eſt.*

Itaque qui volunt revera præferre cuicumque rei ſalutem animæ, debent in primis vitare Confeſſarios aut directores palpantes, & adulatores. *Cor ſapientis*, in-

S.Hier.ho. 12. quit ſanctus Hieronymus, *vadat ad domum talis viri, qui ſe corripiat delinquentem, ut adducat ad lacrymas: qui provocet propria lugere peccata: & non eat ad domum lætitiæ, ubi doctor adulatur, & decipit: ubi non converſionem audientium, ſed plauſus quærit, & laudem.*

Demùm verum Chriſtianum decet, ut

Jer. cap.6. animæ ſuæ miſereatur, hæc Jeremiæ verba meditari: *Hæc dicit Dominus: State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus veſtris.* In hac unica viâ in Euangelio deſignatâ, plenam ſecuritatem conſequi poſſumus, & ſi ab ea declinemus, non multùm proderit in judicio ſupremo excuſationem captare, quòd ſcilicet putaverimus nos in via recta ambulare; quòd invenerimus confeſſarios, qui cupiditati noſtræ obſecundantes, ſecuritatem nobis falsò adulantes, aut etiam errantes promiſerint. *Ecce dat tibi ſe-*

S. Auguſt. Hom. 12. *curitatem procurator*, inquit ſanctus Auguſtinus, *quid tibi prodeſt, ſi pater familias non acceptet? Procurator ſum, ſervus ſum: vis dicam tibi: Vive quomodo vis, Dominus te non perdet. Securitatem tibi procurator dedit, nihil valet ſecuritas procuratoris. Vtinam tibi Dominus ſecuritatem daret, &*

ego

*ego te ſolicitum facerem ! Domini enim ſecuritas valet etiam ſi nolim : mea verò nihil valet, ſi ille noluerit. Quæ eſt autem ſecuritas, Fratres, vel mea, vel veſtra, niſi ut Domini juſſa intentè diligenterque audiamus, & promiſſa fideliter expectemus ?* Docente præſertim Domino in Euangelio, quòd *cæcus, ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt*. Videri poteſt, Tom.4. Tract.6 cap.6. n.10. in fine, & cap.10. num.2. Matth. c. 15.

*Quæſt.9.* Quomodo poteſt diſcerni bonus Director à malo, qui dat occaſionem multiplicandi peccata, qui veram, & utilem peccatorum converſionem potiùs impedit, quàm procurat?

*Reſp.* Falſi pravique Directores ſemper in Eccleſia multùm nocuerunt; hinc eſt, quòd Paulus Apoſtolus ita de eis loquitur: *Rogo autem vos, fratres, ut obſervetis eos qui diſſenſiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis*. Tum indicans, quo pacto dignoſci poſſint: *Hujuſcemodi enim*, inquit, *Chriſto Domino noſtro non ſerviunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium*. Et alio in loco dixit, quòd *Ex his ſunt qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis*. ad Rom. c. 16. v. 17. ad Timot. 2. c. 3. v. 6.

Solent enim Directores propriæ utilitati ſervientes, ubique ſeſe ingerere, ſecreta familiarum perſcrutari, variis artibus authoritatem captare, mulierum animos etiam religioſarum ſibi devincire, dum illarum ſecretis cupiditatibus non reſiſtunt: demùm de numero pœnitentium ſibi inaniter & periculosè gratulari, ſolemne habent.

E contra veri probique animarum Recto-

ctores gloriam Dei tantummodò quærunt in miniſterio, & illorum ſalutem, qui ſponte ad eos accedunt: cùm propria non quærant, nec lucro inhient, nullam veritatem pœnitentibus neceſſariam aut utilem occultant; imò illos in eam introducunt arctam viam, quæ expreſsè tanquam neceſſaria prædicatur in Euangelio: cum magna manſuetudine patientiaque cum pœnitentibus agunt, ſed adulationem fugiunt, nec unquam eos in peccatis palpant, aut obdormire ſinunt ſub umbra falſæ & irritæ pacis, aut Sacramenta perperam ſumere, dum non verè conantur pravis habitibus obſiſtere, & eorum periculoſam vim contrariis actibus obtundere repellereque. Videri poteſt Tom. 4. Tract. 6. cap. 10. n. 2.

*Quæſt.* 10. Eſt ne quædam diverſitas inter obligationes conſcientiæ, & obligationes quæ ex præceptis oriuntur?

Can. Omnes, 28. q. 1. *Reſp.* Eſt certè, cùm poſſit quis peccare contra conſcientiam, non peccando contra præcepta, ut videtur in Canone, qui exponens illa Apoſtoli verba: *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*, dicit quòd, *omne quod contra conſcientiam fit, ædificat ad gehennam*; & author Commentariorum in Paulum, quæ Ambroſio tribuuntur, docet in hæc verba, quòd *omne quod fit, etſi in ſe, & de ſe ſit bonum, ſi tamen non ſit ex fide, id eſt, contra conſcientiam, ut ſcilicet credamus eſſe malum, peccatum eſt*. Idem habetur in cap. *Per tuas literas*, de *ſimonia*. Poſſet etiam quis præcepta violare, & tamen contra conſcientiam non

D.Th. 1. 2. q. 76. art. 3. in corp. peccare: nam, ut ait ſanctus Thomas, *Si ſit talis ignorantia quæ omnino ſit involuntaria, ſive quia eſt invincibilis, ſive quia eſt*

*ejus,*

*ejus, quod ſcire non tenetur, talis ignorantia omninò excuſat à peccato.* Hìc tamen ſanctus Doctor de ignorantiâ circa præcepta naturalia, & divina non loquitur, ut inferiùs videbimus.

---

## CAPUT II.

### *De regulis generalibus ad cognoſcendum, quando contra conſcientiam, aut contra præcepta peccetur.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt Conſcientia?

*Reſp.* Cum conſcientia ſit *Cordis ſcientia*, ut ait ſanctus Antoninus, *unde dicitur quaſi cum alio ſcientia*; rectè definiri poteſt: Quod dictat, & oſtendit id, quod agere debemus, aut fugere, ut rectè vivamus. Hæc definitio ſumitur à ſancto Thomâ: *dicitur namque conſcientia teſtificari*, ait ſanctus Doctor, *ſecundùm quod per noſtram conſcientiam judicamus aliquid eſſe faciendum, vel non faciendum.* D.Ant. 1. p. tit. 3. c. 10 §. 1. D.Th. 1. p. q. 75. ar. 13. in corp.

*Quæſt.* 2. Quomodo dividi poteſt conſcientia?

*Reſp.* Duæ ſunt tantùm conſcientiæ ſpecies, ad quas cæteræ reducuntur: prima vera eſt, & ea ad quæ obligamur, rectè oſtendit: altera falſa aut erronea appellari poteſt, quia nos in errorem inducit, & falſum pro vero proponit.

*Quæſt.* 3. Qualis eſt vera conſcientia?

*Reſp.* Illa eſt quæ præceptis conformis eſt, & id facere ſuadet, ad quod præcepta nos obligant.

*Quæſt.*

*Quæſt*.4. Qualis eſt conſcientia erronea, & falſa?

*Reſp*. Eſt quædam interior apparens lux, quæ nos ad agendum ea quæ prohibita ſunt inducit, oſtendens, & perſuadens non eſſe prohibita.

*Quæſt*. 5. Poſſumusne ſequi conſcientiam erroneam?

D. Thom. Quodl.9. qu 7.art.2. in corp.

*Reſp*. Primò illud certum eſt, nos non poſſe agere contra dictamen conſcientiæ, etiamſi erronea ſit, & dicat illud malum eſſe, quod in ſe bonum eſt; quia, ut ait ſanctus Thomas, *Error quo creditur eſſe mortale, quod non eſt mortale, ex conſcientia ligat ad peccatum mortale*; quia ex eodem Angelico Doctore, *Ex quo aliquid proponitur à ratione ut malum, voluntas dum in illud fertur accipit rationem mali: Si ergo proponatur ut malum à ratione errante, fertur in hoc ſub ratione mali; unde voluntas erit mala, quia vult malum, non quidem id quod eſt malum per ſe, ſed id quod eſt malum per accidens propter apprehenſionem rationis: ſicut credere in Chriſtum eſt per ſe bonum, & neceſſarium ad ſalutem; ſed voluntas non fertur in hoc niſi ſecundùm quòd à ratione proponitur: unde ſi à ratione proponatur ut malum, voluntas feretur in hoc ut malum, non quia illud ſit malum ſecundùm ſe, ſed quia eſt malum per accidens ex apprehenſione rationis*. Et hoc modo peccat quis contra conſcientiam, etſi contra præcepta expreſsè non peccet.

D.Th. 1.2. q.19. ar.5. in corp.

*Quæſt*.6. Nunquam ne peccat quis ſequendo dictamen conſcientiæ erroneæ?

*Reſp*. Cùm, ut ſupra expoſuimus, poſſit quis duobus modis peccare, aut contra conſcientiam, aut contra præcepta, ſæpè accidit, licèt quis contra conſcientiam non peccet; attamen, quia ea conſcientia erro-

nea

nea eſt, & hic error eſt quodam modo voluntarius, ut explicabitur inferiùs, peccat contra præcepta. Sanctus Bernardus acriter invehitur in Epiſtola, aut potius tractatu ad Hugonem à ſancto Victore miſſo, in neſcio quem doctorem, qui temerè aſſeruerat, non poſſe peccari per ignorantiam: *Veritatis teſtimoniis paucis, & manifeſtis, manifeſtum mendacium confutetur,* inquit idem ſanctus Doctor: *Is forſitan qui aſſerit non poſſe peccari per ignorantiam, nunquam pro ſuis ignorantiis deprecatur, ſed potiùs Prophetam irridet deprecantem, & dicentem:* DELICTA JUVENTUTIS MEAE ET IGNORANTIAS MEAS NE MEMINERIS. *Forſitan, & reprehendet Deum exigentem pro peccato ignorantiæ ſatisfactionem. Si ignorantia nunquam peccatum eſt, cur dictum eſt in Epiſtola ad Hebræos, quia in ſecundo tabernaculo ſemel Pontifex in anno ſolus intraret, non ſine ſanguine quem offerret, pro ſui & populi ignorantia? Si peccatum ignorantiæ nullum eſt, non ergo peccavit Saulus, quòd perſecutus eſt Eccleſiam Dei, quoniam quidem ignorans hoc fecit, manens in incredulitate. Benè itaque faciebat, quòd erat blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus; quòd erat ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini; in hoc ipſo quippe abundantius æmulator exiſtens paternarum ſuarum traditionum. Non ergo debuit dicere: miſericordiam conſecutus ſum, ſed mercedem recepi: quippe quem ignorantia à peccato reddebat immunem, inſuper & æmulatio remunerabilem judicabat. Si inquam ignorantia nunquam peccatur, quid ergo cauſamur adverſus occiſores Apoſtolorum, quoniam quidem non ſolùm malum eſſe neſcierunt interficere illos, ſed inſuper quoque, id faciendo arbitrati ſunt obſequium ſe præſtare Deo; ſed & fruſtra*

S.Bern. Epiſt.77. ad Hugon. à ſanct. Victore.

*ſtra in Cruce Salvator orabat pro ſuis Crucifixoribus, quippe neſcientibus, ipſo teſte, quid facerent, & ita nequaquam peccantibus. Nunquid non ex his ſatis apparet, in quantis jaceat ignorantiæ tenebris, qui ignorat, peccari poſſe interdum per ignorantiam?*

*Quæſt.*7. Quandonam peccati reus ſit is qui conſcientiam erroneam ſequitur?

D.Th.1.2. q 6.ar.8.in corp.

*Reſp.* Reſponderi poteſt ex ſancto Thomâ, peccari ſequendo conſcientiam erroneam, quando talis error eſt aliquo modo voluntarius; & *Ignorantia*, ut docet Angelicus Doctor, *eſt voluntaria dupliciter; uno modo, quia actus voluntatis fertur in ignorantiam. Sicut cùm aliquis ignorare vult, vel ut excuſationem peccati habeat, vel ut non retrahatur à peccando. Alio modo dicitur ignorantia voluntaria ejus, quod quis poteſt ſcire, & debet.* Unde dicitur in Canone, quòd *Non omnis qui ignorat, immunis eſt à pœna (id eſt ut ait Gloſſa, à peccato) ille enim poteſt excuſari à pœna, qui quod diſceret, non invenit.*

Can.Non omnis, diſt.37.

D.Th.ib.

*Quæſt.*8. Quo pacto error conſcientiæ à tranſgreſſione præceptorum poteſt excuſare?

*Reſp.* Quando provenit ex ignorantiâ penitùs involuntariâ; & involuntaria eſt, ut ait ſanct. Thomas, *cùm aliquis homo ignorat aliquam circumſtantiam actus, quam non tenebatur ſcire, & ex hoc aliquid agit, quod non faceret, ſi ſciret: putà cùm aliquis diligentia adhibita, neſciens aliquem tranſire per viam, projicit ſagittam, qua interficit tranſeuntem: & talis ignorantia cauſat involuntarium ſimpliciter.* Et ita propriè loquendo, ignorantia à peccato excuſat, ſi invincibilis ſit, id eſt, cùm quis non potuit ſcire ea, ad quæ obligabatur; & è converſo ignorantia non excuſat, quando vinci potuit,

tuit, id eſt, quando quis poterat eam ſuperare aliquo modo, & deceptus eſt, quia negligens fuit.

*Quæſt*. 9. Quo tandem modo ignorantia poteſt eſſe invincibilis?

*Reſp*. Duæ ſunt ſpecies ignorantiæ, nam alia eſt ignorantia juris, alia facti: per ignorantiam juris ignorantur ea quæ præcepta ſunt, & ita ignorantia juris eſt, neſcire prohibitum eſſe diebus veneris carnem manducare. Ignorantia verò facti ea eſt, quâ quis ſciens præcepta, ignorat tamen illud quod agit, eſſe contra præcepta; ut ſi quis ſciens prohibitam eſse comeſtionem carnis diebus veneris, carnem tamen comedit, putans non eſse carnem, ſed piſcem; talis ignorantia facti eſt, non juris. His poſitis reſpondeo, ignorantiam juris ferè nunquam excuſare omninò, quia tenemur ſcire ea quæ ſunt juris; ignorantia verò facti poteſt eſse invincibilis, & ita poteſt quis errare in facto ſine peccato, ut ſi illud ignoret ſine ulla ſua culpa. Undè concludere poſsumus cum Bonifacio 8. in regulâ *Ignorantia*, quòd generaliter loquendo, *ignorantia facti, non juris excuſat*. Regula: Ignorantia, de regulis juris in 6.

*Quæſt*. 10. Quandonam vincibilis eſt ignorantia juris, & non excuſat à peccato: & quandonam invincibilis eſt, & excuſat?

*Reſp*. Antequam illius quæſtionis ſolutionem demus, ſupponendum eſt, duas eſse ſpecies juris; aliud namque eſt jus naturale, aliud poſitivum, quod poteſt ſubdividi in jus poſitivum divinum, & jus poſitivum humanum. *Lex naturalis*, inquit ſanctus Thomas, *nihil aliud eſt, quàm participatio legis æternæ in rationali creatura, quaſi lumen rationis naturalis, quo diſcernimus quid ſit bonum, & quid malum*; & u D.Th.1.2. q.91.ar.2. in corp.

Can. Turbatur, 1. q 4.

ait ſanctus Ambroſius, *Ignorantia juris naturalis omnibus adultis damnabilis eſt:* quod clariùs explicans ſanctus Auguſtinus: *Ignorantia*, inquit, *neminem ſic excuſat, ut ſempiterno igne non ardeat, ſed fortaſſis ut mitiùs ardeat*. Et licèt objici poſſit, ſanctum Auguſtinum ibi tantùm agere de ignorantia circa ea quæ fidem reſpiciunt; attamen principia, & rationes ejuſdem ſancti Doctoris, eamdem vim habent circa ea quæ ad mores ſpectant; cùm præſertim alibi dicat, quòd *neceſſe eſt ut peccet, à quo ignoratur juſtitia*, id eſt qui ignorat id quod agit eſſe contra legem naturalem; & peccatum ignorantiæ eſſe *voluntarium voluntate facti, non voluntate peccati ...... quod tamen factum peccatum fuit*. Et alio in loco ita diſſerit: *Si quis bonum putaverit, quod malum eſt, hoc putando utique peccat: & ea ſunt omnia peccata ignorantiæ, quando quiſque benè fieri putat, quod malè fit*. Undè *concors eſt ſententia*, ut ait Gerſon, *nullam in his quæ legis divinæ ſunt, cadere ignorantiam invincibilem*. Quòd videtur intelligi debere de lege divina quæ in Decalogo continetur, cujus præcepta ad jus naturale ſpectant; ratio autem, cur talis ignorantia non excuſet, ea eſt, ex ſancto Thoma; quia habemus ſemper in nobis lumen neceſſarium ad cognoſcenda præcepta naturalia, & illa tantùm ignoramus, quia non ſatis curavimus iis uti mediis, quibus ad eorum cognitionem devenire poteramus: *Signatum eſt*, inquit, *ſuper nos lumen vultus tui Domine; quod pertinet ad naturalem legem, quæ nihil aliud eſt, quàm impreſſio divini luminis in rationali creatura*. Quæ doctrina ſaltem debet intelligi de primis, & magis obviis principiis legis naturalis, & concluſionibus ab his principiis non

S.Aug. de gratia, & lib. arbit. ad Valentinum c.3.

Lib.1.operis imperfect.c.106.

Lib.1.Retract. c.15.

Epiſt. 154.

Jo.Gerſon. lib.de vita Spirituali lect.4. Coroll.3.

D.Th. 1.2. q.91.art.2. in corp.

non multùm remotis, ut colligitur ex his quæ dicit idem ſanctus Doctor 2. part. qu. 94. art. 6. in corp. qui de illis juris naturalis præceptis loqui putatur, dum aſſerit, quòd *diverſæ opiniones Doctorum ſacræ Scripturæ, ſi quidem non pertineant ad fidem & bonos mores, abſque periculo auditores utramque opinionem ſequi poſſunt: tunc enim habet locum, quod Apoſtolus dicit ad Roman.* 14. *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. In his verò quæ pertinent ad fidem & bonos mores, nullus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionem alicujus magiſtri; in talibus enim ignorantia non excuſat.* Et eodem modo intelligi poſſe videtur, quod alio in loco dicit: *Illud quod agitur contra legem, ſemper eſt malum; nec excuſatur per hoc quod eſt ſecundùm conſcientiam.*

D. Th. Quodlib. 3. art. 10.

Quodlib. 8. art. 13.

Et etiam ſi contingere poſſet in aliquo extraordinario caſu, ut nullam haberemus culpam in tali ignorantia; attamen quia illud rariſſimum eſt, & difficilè admodùm diſcerni poteſt, deberemus in praxi judicare, quòd à culpa liberi non ſumus, dum re vera aliquid egimus, quod contra jus naturale erat.

Ignorantia verò juris poſitivi divini aut humani, reperitur in eo qui neſcit leges & præcepta, ad quæ ſervanda obligatur, ſive ſint à Deo, ſive ab Eccleſia, aut alio ſuperiori legitimo juſtè præcipiente.

*Quæſt.* 11. In quibuſnam caſibus ignorantia juris poſitivi divini & humani excuſat, aut non excuſat?

*Reſp.* Dicendum eſt cum ſancto Thomâ, quòd *ſi ratio vel conſcientia erret errore voluntario, vel directè, vel propter negligentiam, quia eſt error circa id, quod quis ſcire tenetur; tunc talis error rationis vel conſcientiæ non excuſat, quin voluntas concordans* ratio-

S. Th. 1. 2. q. 19. a. 6. in corp.

*rationi vel conſcientiæ ſit erranti, ſit mala. Si autem ſit error qui cauſet involuntarium, proveniens ex ignorantia alicujus circumſtantiæ abſque omni negligentia, tunc talis error rationis vel conſcientiæ excuſat, ut voluntas concordans rationi erranti, non ſit mala.*

*Quæſt.* 12. Quam quæſo ſecuritatem habere debemus, antequam agamus, quòd lumen conſcientiæ noſtræ veritati conforme ſit, ut illud ſequendo non peccemus?

D. Ant. 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10. *Reſp.* Cum ſancto Antonino, quòd certitudo quæ requiritur in materia morali, non eſt certitudo evidentiæ, ſed probabilis conjecturæ.

*Quæſt.* 13. Quæ eſt, & in quo conſiſtit illa certitudo moralis?

*Reſp.* Idem ſanctus Antoninus ibidem dicit, quòd *non conſurgit certitudo moralis ex evidentia demonſtrationis, ſed ex probabilibus conjecturis groſſis & figuralibus, magis ad unam partem quàm ad aliam ſe habentibus.* Notandum eſt, quòd ſanctus Antoninus loco ſupra citato, loquens, ut ipſemet dicit in eo loco, pro conſcientiis ſcrupuloſis, voluit omnino uti modo loquendi proprio, & apto ad diſpellendos vanos terrores, quibus tales ſæpiùs concutiuntur: & expendens, quòd numquam ferè putant ſe habere certitudinem moralem de bonitate ſuorum actuum, conatus eſt talem certitudinem illis faciliorem reddere quantum poterat, ut illorum infirmitati mederetur: quod utile admodùm eſt obſervare, ut verus dicti ſancti Doctoris ſenſus in hac materia intelligatur diſcernaturque. Sed ut illa difficultas magis dilucidè explicetur & ſolvatur, poſſumus conſiderare hominis conſcientiam in triplici ſtatu: aut enim ſufficienter convincitur ex his quæ ſibi apparent, ſe poſſe agere ſine erro-

ſe po…

re &

re & peccato, & hæc dicitur conſcientia probabilis: aut non ita clarè videt quid ſibi agendum ſit, ſed hæret dubius inter duas opiniones contrarias, non valens diſcernere, quænam ex his verior ſit, & hæc vocatur conſcientia dubioſa: aut denique habet quidem ex una parte rationes fortes quibus convincitur ſe poſſe licitè quid facere, ſed tamen reſtat aliquis timor vanus & nullâ ſolidâ ratione nixus; & hæc eſt conſcientia ſcrupuloſa. De variis illis conſcientiæ noſtræ ſtatibus ſigillatim tractabimus inferiùs.

---

## Caput III.

### *De Conſcientia probabili.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt conſcientia probabilis?

*Reſp.* Conſcientia probabilis nihil aliud eſt, ut modò diximus ex ſancto Antonino, quàm convictio quædam interior proveniens ex certitudine morali, quam de bonitate, & rectitudine noſtræ actionis habemus, ex probabilibus conjecturis magis ad unam partem quàm ad aliam ſe habentibus, quibus ſuadentibus putamus nos non errare. Hæc definitio vel deſcriptio convenit cum illa quæ ex ſancto Thoma habetur, qui aſſerit, quòd *Probabilia dicuntur quæ videntur omnibus, vel pluribus, vel ſapientibus, aut omnibus vel præcipuis & maximè notis*. D.Th. opuſ de fallaciis c. 2.

Hæc certè definitio multùm differt ab ea quam varii neoterici authores paſſim tradunt; imò diſpungere quodammodo videtur multas illorum opiniones, dum rejicit

opinionem minùs probabilem, & eam, quæ cùm non magis appareat probabilis quàm oppoſita, dici & conſiderari in praxi debet potiùs tanquam dubia, quàm tanquam probabilis. Sed exiſtimavi, illam definitionem quam ſanctus Thomas ex Ariſtotele ſumpſit, attendendo maximè praxim, eſſe accurratiorem, & ſtatim ante oculos ponere & indicare, quæ ſit vera probabilitas, & conſcientia probabilis; & ideò præferendam eſſe definitioni, juxta quam illa opinio dicitur probabilis, quæ nititur fundamento ſolido & idoneo ad perſuadendum hominem prudentem; nam in praxi, fundamentum illud ſolidum non eſt, nec dignum cui homo prudens adhæreat, dum concurrit cum alio contrario fundamento, æquè vel magis ſolido & efficaci, quod ſcilicet ſuadet contrariam opinionem: maximè dum in tali electione opinionum de ſalute æterna agitur.

Ariſtoteles lib. 8 Topicor. c. 10.

*Quæſt.* 2. Sumus ne ſemper ſecuri in conſcientia, quando juxta probabilitatem operamur?

*Reſp.* Ut huic quæſtioni, quæ maximi momenti eſt, & quæ majores totius Theologiæ moralis difficultates involvit, dilucidè & ſolidè reſponderi poſſit, ſupponendum eſt, conſcientiam aut opinionem probabilem, in tribus ſtatibus diverſis conſiderari poſſe. Primò dum opinio probabilis nititur rationibus & fundamentis ſupra dictis, nec ulla apparet ratio aut autoritas, quæ nos poſſit movere ad dubitandum de rectitudine & veritate opinionis quam ſequi intendimus. Secundò dum quædam opinio in ſe probabilis, impugnatur rationibus aut authoritatibus contrariis, & æqualis ponderis, & ita concurrit cum opinione contraria æqualiter probabili. Tertiò

tiò cùm opinio in ſe probabilis, habet tamen contra ſe rationes aut authoritates ſolidiores & majoris ponderis, & ita concurrit cum opinione contraria magis probabili.

## CAPUT IV.

### *Quid agendum, quando quis habet opinionem aut conſcientiam probabilem, quæ à nulla contraria probabilitate minuitur, & impugnatur.*

*Quæſt.* I. POTEST ne quis eſſe ſecurus, ſe non peccare contra conſcientiam, quando ſequitur opinionem probabilem, quæ nullam habet opinionem aut rationem quæ illam impugnet?

*Reſp.* Conſtat ex his quæ ex ſancto Thoma, & ſancto Antonino ſupra relata ſunt, quòd dum quædam opinio ita probabilis eſt, ut omnes rationes & autoritates quæ intellectui noſtro ſeſe offerunt, illi opinioni faveant, nec quidquam in contrarium videamus, quod poſſit tales rationes aut autoritates invalidare, in hoc caſu non peccat contra conſcientiam, qui talem opinionem ſequitur; & ratio eſt, quia, ut jam diximus, cum ſancto Antonino, *Certitudo quæ requiritur in materia morali, non eſt certitudo evidentiæ, ſed probabilis conjecturæ*; & ita ſufficit, quòd habeamus certitudinem moralem de bonitate noſtræ actionis, ut ſimus liberi à peccato; at evidens eſt, illum qui habet opinionem hoc modo probabilem de bonitate ſuæ actionis, habere etiam S. Ant. I. p. tit. 3. c. 10. §. 10.

eam certitudinem moralem; quandoquidem neceſſe non eſt, ut oriatur hæc certitudo ex demonſtratione quæ nos evidenter de veritate convincat, ſed ſufficit, ut adſint rationes probabiles, quæ nos potiùs moveant ad illam opinionem ſequendam, quàm eam quæ illi contraria eſt. Et ita concludi poteſt, illum eſſe ſecurum ſe non peccare contra conſcientiam, qui operatur juxta opinionem probabilem, contra cujus veritatem nullam rationem videt.

*Quæſt.* 2. Si quis ignorans jus naturale & divinum, putaret ſe obligari ad aliquid agendum, quod eſt illi juri contrarium, poſſet ne excuſari ſequendo illam opinionem quam probabilem credit?

D. Th. 1.2. q.19.a.6.in corp.

*Reſp.* Reſpondetur ex ſancto Thomâ, talem non excuſari; quia hic error provenit ex ignorantia legis naturalis, quam omnes ſcire tenentur: *Si ratio errans dicebat*, inquit Doctor Angelicus, *quod homo teneatur ad uxorem alterius accedere, voluntas concordans huic rationi erranti eſt mala, eò quòd error ille provenit ex ignorantia legis Dei quam ſcire tenetur*. Prætereà non excuſaretur, quia non poſſumus habere opinionem verè probabilem, quæ præceptis naturalibus contraria ſit; habemus enim ſemper in nobis lumen ſufficiens ad illa cognoſcenda, & ſi velimus uti tali lumine, & mediis quæ ab illo nobis ſuppeditantur ad cognoſcendas tales veritates, ſemper nos inducet ad faciendum ea, quæ præceptis conformia ſunt, potiùs quàm ea quæ illis adverſantur; & ut ex doctrina ſupra relata patet, neceſſe eſt, ut opinio quælibet ſit verè probabilis, quòd quis rationes contrarias perpendens veritatem inquirat, & omnibus penſatis illam potius quàm oppoſitam, veram putet; & illa *Certitudo moralis*,

*lis*, ut ait ſanctus Antoninus, *conſurgit ex probabilibus conjecturis, groſſis & figurabilibus, magis ad unam partem quàm ad aliam ſe habentibus*. Et ita ſi in praxi quis putaret opinionem verè contrariam juri naturali, eſſe probabiliorem; in hoc ſemper eſſet in culpa, & talis error oriretur ex aliqua cæcitate & ignorantia aliquo modo voluntaria, quæ non totaliter excuſat, juxta ea quæ ex ſancto Auguſtino & ex ſancto Thoma diximus ſupra capite ſecundo. S. Ant. p. 1. tit. 3. c. 10. §. 10.

*Quæſt.* 3. Si is, qui ignorans jus naturale & divinum, putat ſe obligari ad agendum aliquid quod illi juri adverſatur, peccit illud agendo; ſequitur quòd ille tunc neceſſariò peccat, ſive operetur, ſive non operetur; nam ex una parte ille non poteſt agere contra dictamen conſcientiæ ſine peccato, & ex alio peccat etiam ſequens illam erroneam conſcientiam.

*Reſp.* S. Thomas illi objectioni quam ſibi propoſuerat, reſpondet: *Dicendum*, inquit, *quòd ſicut in ſyllogiſticis, uno inconvenienti dato, neceſſe eſt alia ſequi: ita in moralibus, uno inconvenienti poſito, ex neceſſitate alia ſequuntur. Sicut ſuppoſito quod aliquis quærat inanem gloriam, ſive propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur, ſive dimittat, ſemper peccabit: nec tamen eſt perplexus, quia poteſt intentionem malam dimittere: Et ſimiliter ſuppoſito errore rationis, vel conſcientiæ, qui procedit ex ignorantia non excuſante, neceſſe eſt quòd ſequatur malum in voluntate; nec tamen eſt homo perplexus, quia poteſt ab errore recedere, cùm ignorantia ſit vincibilis & voluntaria*. Et ita ſequitur ex ſancto Thoma, quòd ratio, propter quam ignorantia juris naturalis non excuſat, ea eſt, quia non eſt invincibilis, & ita aliquo modo vo- S. Th. 1. 2. q. 19. a. 6. ad 3.

luntaria eſt. Vide quæ infrà cap. 6. q. 9. dicta ſunt.

---

## Caput V.

### *Quid agendum ſit, quando aliqua opinio probabilis, concurrit cum alia contraria æquè probabili.*

*Quæſt.* I. Opinio quæ aliquandiu probabilis fuit, eſt ne ſemper probabilis?

*Reſp.* Cùm juxta definitionem ex ſanctis Thoma & Antonino ſupra relatam, opinio probabilis ſit certitudo moralis de rectitudine noſtræ actionis, proveniens ex conjecturis probabilibus, quæ ad eam ſequendam potiùs quàm contrariam nos inducunt, perſpicuum eſt, opinionem quæ probabilis erat, quia magis conformis præcepto videbatur, quàm alia, poſſe tractu temporis fieri improbabilem, & à ſua probabilitate cadere; cum poſſit facilè accidere, quòd ille qui habebat rationes aut authoritates, quæ illum ſufficienter convincebant, ſe habere certitudinem non phyſicam ſed moralem de rectitudine ſuæ actionis, inveniat deindè rationes & autoritates contrarias, quibus moveatur ad credendum cum ſolido fundamento, illam opinionem, quam putabat probabilem, dum nihil illi contrarium videbatur, ſuam probabilitatem his apparentibus rationibus perdidiſſe. Ipſa quotidiana experientia talem veritatem confirmat; nullus enim eſt, qui non ſciat & experiatur aliquando, illud quod moraliter certum viſum erat in qui-

quibuſdam circumſtantiis, videri proceſſu temporis dubium, aut etiam falſum, novo accedente lumine, & re meliùs conſideratâ. Concludamus igitur illum in magno errore verſari, qui putet in materia morali, illud eſſe ſemper probabile, quod aliquandiu probabile fuit.

*Quæſt.* 2. Quando opinio probabilis concurrit cum opinione contraria æquè probabili, perdit-ne ſuam probabilitatem?

*Reſp.* Reſpondeo affirmativè, quia ex hoc dubia efficitur; quod probatur ex ſancto Thoma, qui ſic diſſerit: *Intellectus noſter reſpectu partium contradictionis ſe habet diverſimodè: quandoque enim non magis inclinatur in unam quàm in aliam, vel propter defectum moventium, ſicut in problematibus, de quibus rationes non habemus, vel propter apertam æqualitatem eorum quæ movent ad utramque partem, & iſta eſt dubitantis diſpoſitio*. Ex quo ſequitur, juxta mentem Doctoris Angelici, nos eſſe in dubio, quoties habemus varias rationes, quæ nos æqualiter movent ad credendum unam opinionem eſſe veram, quantùm contraria; & conſequenter dicendum eſt, opinionem probabilem quæ fundatur ſuper rationibus probabilibus, fieri dubioſam, dum eſt in concurſu opinionis contrariæ, quæ æquè ſolidis rationibus nititur. D.Th.q.14. de veritate, art.10.

*Quæſt.* 3. Quid agendum eſt, dum ſumus ſuſpenſi inter duas opiniones contrarias æquè probabiles?

*Reſp.* In hoc caſu, aut adeſt quædam neceſſitas operandi, aut non: ſi nulla ſit neceſſitas, operandum non eſt; quod probatur ex ſancto Antonino, qui dicit, quòd *dubium probabile eſt, cùm ſcilicet rationes ſunt ad utramque partem quaſi æquales*, S. Ant. 1. p. tit. 20. de regulis Juris.

*les*, *& peccatum grave eſt ſe exponere tali dubio*, *ubi eſt mortale*. Quòd ſi quis teneatur operari, tunc non debet ampliùs probabilitati unius ex his opinionibus confidere, quia hujuſmodi probabilitas evanuit, ut ſupra diximus, ſed adhærere debet opinioni tutiori; quia quoties ſumus in dubio, tenemur omninò ſequi opinionem magis tutam, juxta axioma ſæpiùs in jure Canonico repetitum: *In dubiis tutior via eſt eligenda*; quod etiam probat ſanctus Antoninus exponens illud Eccleſiaſtici: *Qui amat periculum*, *peribit in illo*. HINC *eſt*, inquit, *quòd Beatus Thomas & alii dicunt*, *quòd ille qui agit id de quo eſt dubium utrum ſit mortale*, *vel non*, *peccat mortaliter*, *quia periculo ſe exponit mortalis*. *Cum ergo in aliqua materia morali*, *ſunt variæ & contrariæ opiniones*, *ille qui adhæret opinioni latioris viæ*, *videtur ſe exponere periculo mortalis*, *quia eſt in dubio*, *cum poſſit illa opinio eſſe falſa*, *& contraria vera*: *ſed ad hoc reſpondetur*, *quòd utique ille qui agit ſcienter id de quo dubitat eſſe mortale*, *permanente dubitatione*, *mortaliter peccat*, *etiamſi illud in ſe non eſſet mortale*, *ſumendo propriè & ſtrictè dubitationem*, *prout rationes ſunt æquè ponderantes ad utramque partem*, *nec magis quis declinat ad unam*, *quàm ad aliam*. Unde ſequitur, quòd, juxta mentem ſancti Antonini, ille peccat mortaliter, qui in concurſu duarum opinionum contrariarum æquè probabilium, ſequitur latiorem. *Quia*, ut decernit Eugenius Papa in Canone, *in his quæ dubia ſunt*, *quod certius exiſtimamus*, *tenere debemus*. Ideò Innocentius tertius conſultus ſuper quæſtione magni momenti, in qua pro affirmativa, ut & pro negativa, variæ inveniri poterant rationes probabiles, omnibus penſatis: *Nos*, inquit, *in hoc dubitabili*

Cap. ad audientiam. De homic. voluntario.

D. Ant. 2. p. rit. 1 c. 10. §. 10.

Cap. Juvenis, de Sponſalib.

*tabili caſu, quod tutius eſt, ſequentes, mandamus, &c.* Quod idem planè eſt, ac ſi dixiſſet Pontifex, quòd in tali caſu amplecti omninò debemus illam opinionem quæ tutior eſt. Cap. Veniens, de Presbyt. non baptizato.

Nec minùs evidens eſt ex ſancto Thoma, quòd inter duas opiniones æquè probabiles, debemus ſequi tutiorem: *Ille*, inquit, *qui in quamdam dubitationem inducitur contrarietate opinionum, ſi manente dubitatione plures præbendas habet, periculo ſe committit, & ſic procul dubio peccat: utpotè magis amans beneficium temporale, quàm propriam ſalutem*. Quod certè dici poteſt de his omnibus, qui ex duabus opinionibus æquè probabilibus, tutiorem non eligunt; quia hæc cæcitas provenit ex eo quòd magis eligunt propriæ cupiditati inſervire, quàm ſalutem in tuto ponere. D. Th. quodl. 8. art. 13.

Unde ſanctus Antoninus exponens regulam illam Juris, in qua dicitur, quòd is qui ſe exponit periculo peccandi mortaliter, reverà mortaliter peccat: *Exponere*, inquit, *ſe periculo mortalis peccati, eſt peccatum mortale: vel ſic agere incertum, & dimittere certum, quod ſit mortale: ſed intelligitur dum tale eſt vehementer & probabiliter incertum, eſtque ſicut oppoſitum, vel magis; tunc enim illud quod agit, non carebit mortali culpa, aliter non*. D. Ant. 1. p. t. 9. c. 1. §. 3.

Poſſumus adjungere his authoritatibus illud quod habetur in Epiſtola R. P. Mutii Vitelleſchi Generalis præpoſiti Soc. Jeſu ad Superiores ejuſdem Societatis: *Quartò*, inquit, *nonnullorum ex Societate ſententiæ in rebus præſertim ad mores ſpectantibus plus nimio liberæ, non modò periculum eſt ne ipſam evertant, ſed ne Eccleſiæ etiam Dei univerſæ inſignia afferant detrimenta. Omni itaque ſtudio perficiant, ut qui docent, ſcribunt ve-* Epiſt. 1. Patris Mutii Vitelleſchi Romæ 4. Jan. 1617. ad Superiores Societatis Jeſu.

*minimè hac regula & norma in delectu ſententiarum utantur: tueri quis poteſt, probabilis eſt, autore non caret: verùm ad eas ſententias accedant, quæ tutiores, quæ graviorum, majoriſque nominis Doctorum ſuffragiis ſunt frequentatæ, quæ bonis moribus conducunt magis; quæ denique pietatem alere & prodeſſe queant, non vaſtare, non perdere.* Vide quæ diximus Tom. 4. tract. 9. de matrim. c. 10. q. 27.

*Quæſt.* 4. Nonne accidere poteſt, quòd opinio dubioſa in theorica, ſeu ſpeculativè, fiat tamen probabilis in praxi, & ita quòd in caſu propoſito, licèt concurſus probabilitatum contrariarum dubias efficiat ſpeculativè duas opiniones æquè probabiles, ut probatum eſt; attamen in praxi una ex his duabus, aut etiam duæ ſint æquè probabiles, ita ut poſſimus quamlibet earum ſequi tutâ conſcientiâ?

*Reſp.* Verum quidem eſt, opinionem ſpeculativè dubiam, poſſe fieri probabilem in praxi, ſi occurrat aliqua circumſtantia, quæ dubitationem amputet, & efficiat quòd auxilio alicujus novæ rationis eadem opinio quæ ex probabili facta fuerat dubioſa, fiat ex dubioſa probabilis: ſed ſi nullæ adſunt novæ circunſtantiæ, aut rationes quæ dubium tollant, opinio ſemper remanet dubia, & conſequenter tenemur ſequi tutiorem, ut ſupra dictum eſt. Nam nullo modo dici poteſt, quòd etiam ſi ſimus dubii de rectitudine alicujus actus, verbi gratiâ, utrum liceat pingere diebus feſtivis, poſſumus tamen in praxi id agere, de quo ſpeculativè dubitavimus, quamvis nulla adſit in praxi circumſtantia diverſa ab his quas in Theorica perpendimus, quod eſt manifeſtè contrarium autoritatibus ſancti Thomæ & ſancti Antonini modò relatis:

dicit

dicit enim expreſſis verbis ſanctus Antoninus, quòd *cùm in aliqua materia morali ſunt variæ & contrariæ opiniones, ille qui adhæret opinioni latioris viæ, videtur ſe exponere periculo mortalis, quia in dubio.* Et ita vult dubium practicum oriri ex dubio ſpeculativo de veritate opinionis; & ita illud quod eſt dubium in ſpeculatione, eſſe ſemper dubium in praxi, niſi occurrat in praxi aliqua circumſtantia quæ efficiat, ut nullum ſit ampliùs dubium, etiam ſpeculativum: exempli gratiâ, ſi velimus ſupponere dubium eſſe ſpeculativè loquendo, utrum licitum ſit pingere diebus feſtivis, verè dicetur, quòd is qui pingit in die feſtivo, eſt in dubio, niſi ſuperveniat in praxi aliqua circumſtantia, ut neceſſitas extrema, quæ efficiat, ut id quod dubium erat, dubium ampliùs non ſit ratione illius novæ circumſtantiæ. D. Ant. 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10.

*Quæſt. 5.* Nonne grandis illa turba ſcriptorum, qui aſſerunt, nos ex duabus opinionibus probabilibus poſſe ſequi eam quæ magis arridet, poteſt eſſe loco circumſtantiæ ſufficientis, ad reddendum probabile in praxi illud, quod erat dubium ſpeculativè?

*Reſp.* Nequit prorsùs ille numerus conſcientiam noſtram in tuto ponere, dum ex duabus opinionibus probabilibus, ſequimur eam quæ minùs tuta eſt; quia, ut jam probavimus, certum eſt, nos tunc eſſe in dubio, quia habemus æquales rationes pro una opinione, quàm pro oppoſita: & indubitatum eſt, & definitum in multis Canonibus, & à ſanctis Patribus non paucis, nos in dubio ſequi debere id quod tutius eſt: & ita cum ex conſenſu unanimi omnium etiam probabiliſtarum, opinio quorumdam doctorum non poſſit facere opinionem probabilem contra determinationem expreſ-

ſam

ſam Eccleſiæ, concludendum eſt, opinionem omnium illorum Doctorum & ſcriptorum, qui aſſerunt licere ſequi quamlibet ex æquè probabilibus, non poſſe conſcientiam noſtram in tuto ponere.

Prætereà opinio illorum Doctorum, qui probabiliſtæ dici poſſunt, à multis aliis rejicitur & impugnatur, quorum potiùs pondus & authoritas conſiderari debet, quàm numerus. Et cùm non poſſimus dubitare, quin probabiliſtæ in multis opinionibus moralibus erraverint, quæ opiniones à ſancta Sede damnatæ ſunt, meritò ab illis diſcedere debemus, & illorum ſententiam non ſequi in hacce de probabilitate quæſtione; quæ certè haberi debet tanquam maximum principium totius doctrinæ moralis, & illud ex quo tales autores falſa & pernitioſa admodùm conſectaria hauſerunt: quod reverà mirum quantum minuit autoritatem, quam dicti probabiliſtæ aliundè ſibi conciliare poſſent.

Sed ſi non ſolùm ponderentur, verùm etiam numerentur hodie Doctores qui probabiliſmum rejiciunt, poſtquam hæc quæſtio fuit maturè diſcuſſa, dubitari vix poteſt, quin multùm prævaleant. Doctrina & pietate celeberrimus Cardinalis de Aguirre, cujus recens memoria in benedictione eſt, non in Urbe tantùm, ubi præſertim luxit, ſed etiam in toto orbe Chriſtiano; in Synopſi iterùm Romæ excuſa, poſtquam Bellarminum, Palavicinum, Cajetanum, Toletum in prima editione Romana, Paleotum, Lauream, & alios Cardinales enumeravit laxæ probabilitatis impugnatores: *Nimirùm*, inquit, *hic fuiſſe* videtur ſemper ſpiritus Eccleſiæ, tam in Pontificibus Ro-
» manis, Cardinalibus & Epiſcopis, quot-
» quot Canones Conciliorum ediderunt,
» quàm

Cardinalis Joſeph Sa.

quàm in iis qui pietatis & doctrinæ laude " illos uſque modò imitati ſunt. Unde ante " & poſt Pontificatum laudati Alexandri " VII. mirum eſt quo zelo, quâ eruditione " & conſtantiâ, quamplurimi Epiſcopi præ- " ſtantiſſimi nominis, partim vitâ functi, " partim ſuperſtites, probabiliſmum luxu- " riantem repreſſerint. Quot Concilia ab eo " tempore in Gallia contra illum uſque mo- " dò celebrata ſunt, unanimi Patrum con- " gregatorum ſuffragio à Merbeſio & aliis ex- " ſcripta? quot conventus Epiſcoporum, " Doctorum clariſſimæ Sorbonæ, ac Paro- " chorum Pariſienſium, Rhotomagenſium, " aliorumque, ad illum exterminandum, & " ad proſcribendam famoſam illam Apolo- " giam Caſuiſtarum, conſpirarunt? "

ens de Aguirre. In Synopſi Collectionis Conciliorum Hiſpaniæ. Nu. 25. & ſeqq.

Quin & antea, tempore Urbani VIII. " quatuor Galliarum Archiepiſcopi & duo- " decim Epiſcopi, die quintâ Aprilis anno " milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo- " quarto, ſcripſere doctiſſimam illam Epi- " ſtolam ad eundem Pontificem quę omnium " ferè manibus teritur: in qua ita lamentan- " tur laxitatem morum ſuo tempore graſ- " ſantem ex licentia opinionum: *Divinorum* " *Sacramentorum uſus, qui ſacer omnino ac ſa-* " *lutaris eſſe debet, in pernicioſum ac piis om-* " *nibus deplorandum abuſum ſæpiſſimè conver-* " *titur. Depravatis denique ac corruptis mori-* " *bus, blandimenta potius, atque operimenta,* " *quàm ſalubria remedia comparantur: Vt ex* " *ſententiis ex libris illorum fideliter excerptis* " *nemini non apertum atque exploratum eſſe* " *poteſt.* Deinde ſuum vehemens deſiderium " ſignificant: *Ad corruptelas morum expurgan-* " *das, effrænatamque illam quorumlibet flagi-* " *tiorum, quæ nunquam tanta fuit, licentiam,* " *augentibus eam in dies novitiis quibuſdam* " *caſuum conſcientiæ Architectis.* "

Simi-

,, Similiter Octavius Archiepiſcopus Se-
,, nonenſis in litteris eodem anno ac die datis
,, ad Eminentiſſimum Cardinalem Franciſ-
,, cum Barberinum, inquit: *Eò mollities ani-*
,, *morum, ac diſciplinæ elangueſcentis diſſolutio*
,, *proceſſit, ut jam de vera pœnitentia, ac ſin-*
,, *cero amore Dei loqui, penè ſit nefas. Hoc vi-*
,, *delicet artificium humani generis hoſtis exco-*
,, *gitavit, quo fatiſcentis religionis degenerem*
,, *illam laxitatem pro ipſa religione obtruderet,*
,, *quaſi à diverticulis ad viam regredi, à via*
,, *aberrare ſit .... Ita alitur quorumlibet licentia*
,, *flagitiorum, ita Crux Chriſti evacuatur: jam*
,, *enim crimen ludus eſt, & pœnitentia crimini*
,, *datur*. Hæc ille & plura ſimilia alii Epiſco-
,, pi in Epiſtola alia ad Innocent. X. data an-
,, no ſequenti milleſimo ſexcenteſimo qua-
,, drageſimo quinto, die vigeſima prima Ju-
,, lii adverſus prædictam laxitatem.
,, Quibus verbis, zelo & ſeveritate plenis,
,, illam damnaverint inter plurimos alios
,, præſules, Eminentiſſimus Cardinalis de
,, Janſon, tunc Dinienſis Epiſcopus, & Illu-
,, ſtriſſimus Archiepiſcopus Pariſienſis de
,, Harlai, tunc Rhotomagenſis, ſatis notum
,, eſt, & ego poſſem hoc loco utriuſque ver-
,, ba ac judicia κατὰ πόδας exprimere, ſi ne-
,, ceſſum eſſet. Quot laudes audiuntur *Sum-*
,, *mæ illius Moralis*, ſex brevibus tomis com-
,, prehenſæ, & toties recuſæ, hortatu aut
,, juſſu Eminentiſſim. DD. Cardinalium Gri-
,, maldi Archiepiſcopi Aquenſis & de Camus
,, Epiſcopi Gratianopolitani, quamvis mihi
,, hactenus non fuerit otium pervolutandi il-
,, lam, ſed ſolùm partem libandi? In ea ve-
,, rò paſſim ferè ex puris Sacrorum Cano-
,, num ac SS. Patrum fontibus theſes morum
,, adverſus probabiliſtarum commenta pro-
,, ferunt: id ipſum cernere eſt in *ſumma Chri-*
,, *ſtiana* citati Merbeſii, duobus magnis vo-
lumi-

luminibus comprehenſâ, & editâ ſub “
auſpiciis Illuſtriſſ. D. Tellier Archiepiſco- “
pi ac Ducis Rhemenſis: quæ (ſolùm obi- “
ter à me lecta) videtur catena ferè conti- “
nua Moralis Chriſtianæ, ex Canonibus “
Conciliorum, & locis ſanctorum Patrum “
contexta, adverſus laxiores quoslibet. Ne- “
minem prodo, neminem nomino: gene- “
ratim loquor de iis, quicumque demum “
ſint, ſive communi aura fruantur adhuc, “
ſive jam diem obierint. “

Sed & laudandus eſt maximè inter regu- “
lares clariſſimus Ordo ſancti Dominici, qui “
hortatu laudati Alexandri VII. vexillum “
extulit adverſus moralem laxam, per do- “
ctiſſimos alumnos ſuos, Joannem Marti- “
nez de Prado, Julium Mercorum, Vincen- “
tium Baronium, Vincentium Contenſo- “
num, Pichinardum, Gonetum, alioſque “
ſimiles. Inter quos nuperrimè Natalis Ale- “
xander idipſum promovit decem volumi- “
nibus editis *Theologiæ Dogmaticæ & Mora-* “
*lis*, præſertim hauſtæ ex SS. Patribus. Et “
meritò quidem ita ſe geſſit prędictus Ordo; “
cùm nihil aliud diſcere potuerit ab incom- “
parabili magiſtro ſuo Doctore Angelico, “
imò & ab Auguſtino, ac cęteris SS. Patribus “
quorum germanam mentem circa fidem ac “
mores, ille divino ingenio & admirādâ cla- “
ritate explanavit, atq; in methodū redegit. “

Idem ferè dixerim de multis Religioni- “
bus, præſertim militantibus ſub regula ejuſ- “
dem S. Auguſtini, S. Franciſci & Carmelita- “
rum, aliiſque. Multi enim viri doctiſſimi ex “
iis intra, & extra urbem, in lucubrationibus “
ſuis, partim ſcriptis, partim editis, ſtudent, “
ac ſtuduerunt, probabiliſmo frænum im- “
ponere, abjecta regula illa lesbia, & male “
fida, quâ plerique à fine ferè ſæculi præ- “
cedentis abducebantur, & feruntur adhuc, “

*Nunc*

„ *Non quò eundum eſt, ſed quò itur*, ut Sene-
„ cæ verbis utar. Ex ſolo Ordine ſancti Au-
„ guſtini, nunc Romæ habemus Illuſtriſſi-
„ mos duos Epiſcopos, Ignatium de la Zer-
„ da Aquilanum, & Lambertum le Drov
„ Porphyrienſem, ac Reverendiſſimum M.
„ Henricum de Noris Bibliothecæ Vaticanæ
„ præfectum: ut mittam Magiſtrum Franciſ-
„ cum Fervaques, celebrem olim profeſſo-
„ rem Lovanienſem, & Joannem Schvvei-
„ zerts, Doctorem Colonienſem: qui verbo
„ ac ſcriptis refellunt eamdem licentiam opi-
„ nandi. Idipſum accidit pleriſque Patribus,
„ ne dicam omnibus, Præmonſtratenſibus,
„ & Congregationis Oratorii in Gallia ac
„ Belgio, ſicut & Patribus Miſſionis.
„ Id etiam curarunt hoc tempore nonnulli
„ celebres ſcriptores, aut Doctores Benedi-
„ ctini: veluti in doctiſſima & obſervantiſſi-
„ ma Congregatione ſancti Mauri Galliarum
„ Joannes Mabillon, Tractatu *de Studiis Mo-
„ naſticis*, parte ſecunda, cap. 7. Gabriel
„ Gerberon, toto ferè libro *De vero Pænitenti*.
„ In Congregatione Helvetica Illuſtriſſ. D.
„ Cœleſtinus Sfondratus, Abbas ſancti Galli,
„ & S. R. I. Princeps, in diſputatione Juri-
„ dica *De lege in præſumptione fundata*, quam
„ edidit Salisburgi anno 1681. dum eſſet pu-
„ blicus ſacrorum Canonum in ea Benedicti-
„ na Academia Profeſſor ( quæ plurium Do-
„ ctorum conſenſu Probabiliſmum refel-
„ lit ) pariter illum impugnavit pag. 15. &
„ ſeqq. Sunt & alii plures ejuſdem ſenten-
„ tiæ in diverſis Congregationibus Benedi-
„ ctinis Italiæ, Galliæ, ac Germaniæ.
„ Quantum verò ſtudii collocaverit lauda-
„ tus Princeps Sfondratus, non modò in
„ Theologia, ſed in ſacris Canonibus, un-
„ de doctrina morum ſolida eruitur, ſatis
„ oſtendunt celeberrimi ipſius libri qui præ
mani-

manibus eruditorum omnium ſummâ cum “
laude verſantur. “

Verùm longe antea in Congregatione “
Benedictina Hiſpaniæ non defuit, qui Do- “
ctrinis Caſuiſtarum laxis antidotum para- “
ret: ac primus quidem (quantum capio) “
Reverendiſſimus D. Facundus de Torres “
ejus Generalis, & poſtea Archiepiſcopus “
Inſulæ S. Dominici ac Primas Novæ Hiſ- “
paniæ, in ſua Philoſophia morali edita cir- “
ca annum 1629. atque in alio libro mſ. ad- “
versùs laxas Recentiorum opiniones, ex- “
tante nunc in inſigni Bibliotheca Regis ac “
celeberrimi Monaſterii ſancti Facundi, ubi “
Abbas fuit. Anno 1653. fuit electus Epiſ- “
copus Eccleſiæ Calagurritanæ, eodem “
tempore quo præerant Oxmenſi D. Joan- “
nes de Palafox, & Placentinæ D. Ludovi- “
cus Creſci Treſii, præſules doctiſſimi pari- “
ter & vitæ exemplariſſimæ, famâ ac ſcri- “
ptis inſignes, hortatu Eminentiſſimi Car- “
dinalis Duc. Balthaſaris de Moſcoſo & San- “
doval, Archiepiſcopi Toletani (cujus “
memoria pariter in benedictione eſt) cœ- “
perunt communi conſilio exagitare proba- “
biliſmum tunc longè ac latè graſſantem. “
Hontiveros ſpeciatim ſcriptis ſuis ea de re “
titulum dederat: *Lacrymæ militantis Eccle-* “
*ſiæ*. Verùm anno 1662. initio Novembris “
fractus mortificationibus, ſtudiis ac labo- “
ribus, circumſtante, ac flente toto Clero “
illius Eccleſiæ, & pauperibus ejulantibus “
tam pii Patris obitum, immortuus fuit “
opere nondum perfecto, quod proinde in “
lucem edi non potuit. Idem ferè acciderat “
Palafoxio, qui triennio antè ſanctiſſimè “
obierat: id eſt anno 1659. die triceſima “
Septembris. Unde licèt tot libris antea edi- “
tis, ſparſim pernicioſas ac laxas quorum- “
dam recentiorum opiniones impugnaſſet, “

non

„ non potuit perficere volumen aliquod ex
„ inſtituto in eundem ſcopum. Denique
„ Epiſcopus Creſpius diſtentus occupationi-
„ bus variis, & legatione Majeſtatis Catho-
„ licæ in Urbem pro cauſa Conceptionis,
„ ſolùm potuit edere diſputationes Morales
„ ſelectas adverſus Caſuiſtas & laxos, pru-
„ rientes auribus, & nominatim præcipuè
„ adversùs D. Caramuelem. Obiit verò ma-
„ gnâ ſanctitatis opinione relictâ eodem cir-
„ citer an. 1662.

„ Unde inferre licet, magnum certè eſſe
„ numerum Authorum maximi ponderis
„ qui probabilitatem explodunt, ut etiam
„ videri poteſt cap. 6. n. 8.

De regulis Juris in 6. Regula 65.

*Quæſt.* 6. Nonne poteſt huic regulæ ſupra relatæ: *In dubiis tutior via eſt eligenda*, opponi alia regula juris Canonici & civilis, in qua habetur, quòd *in pari delicto vel cauſa, potior eſt conditio poſſidentis*? Et ita videtur, quòd cùm homo ſit in poſſeſſione ſuæ libertatis, poteſt eligere pro libito unam ex duabus opinionibus; dum non videt majores rationes pro una, quàm pro oppoſita.

*Reſp.* Hæc juris regula locum non habet, niſi quando judicandum eſt, ad quem pertinere debeat aliquis fundus, aut alia res temporalis, & poſſeſſio æquilibrium in favorem poſſidentis tollit, dum rationes ſunt æqualis ponderis pro una parte quàm pro alia, ſicque dubium removet, & inducit ad adjudicandam illam rem litigioſam ei qui poſſidet; quia ex ea oritur juſta præſumptio, quòd poſſeſſor rei, ſit etiam illius dominus, ex eo quòd ut plurimum non habetur poſſeſſio alicujus rei ſine proprietate, & vix quis proprietati & dominio fundi renuntiat, quin etiam poſſeſſione illius ſe ſpoliet. Sed illa regula nullo modo poteſt

poteſt extendi ad alias quæſtiones & materias, nec eâ uti poſſumus, dum ſumus in dubio, utrum talis actio ſit contra legem Dei, aut non; primò quia falſum eſt, hominem poſſe eſſe in poſſeſſione ſuæ libertatis, in præjudicium legis quæ publicata erat antequam viveret, & ad quam obſervandam neceſſariò omnes homines obligantur, eo ipſo quòd uſum rationis attigerunt; & ita hæc ſpecies poſſeſſionis potiùs legi quàm libertati faveret. Præterea illa quæ prętenditur poſſeſſio in favorem libertatis, nullam producit præſumptionem adverſus legem & obligationem illi obtemperandi; quod aliter ſe habet in alicujus rei verâ, reali, & corporali poſſeſſione, ex qua oritur præſumptio veri dominii, quæ juſtè meliorem poſſidentis conditionem facit. Concludamus igitur, regulam illam in quæſtione ſupra relatam, non poſſe locum habere in dubio, utrum poſſimus tutâ conſcientiâ quid facere, an non; cum etiam lex jam diu promulgata in Decretali Clementis Papæ tertii nos obliget, & decernat, quòd *in dubiis ſemitam debemus eligere tutiorem*, & ita ſequi opinionem tutiorem, quando duæ æquè probabiles & contrariæ occurrunt; quod eo certius eſt, quòd conſtat ex Conciliis, ſanctis Patribus, & communi ſenſu Theologorum, non licere id facere, de quo dubium eſt, an ſit contra legem; quia ut docet ſanctus Thomas, *Qui aliquid committit vel admittit, in quo dubitat eſſe mortale peccatum, peccat mortaliter, diſcrimini ſe committens*. Unde præclarè Guillelmus Epiſcopus Pariſienſis: *Si dubium eſt, inquit, an liceat, an non; ipſa dubietas certitudo eſt, & determinatio, quia procul dubio non licet*. Videatur quod dictum eſt fuſiùs, ad varia aliter ſentientium

S. Th. in 4. diſt. 21. q. 3. art. 3. ad 3.

Guilhelmus Pariſienſ. lib. cōtra plural. be

ſub-

ſubterfugia obtundenda tom. 4. tract. 9. de matrim. cap. 10. q. 27.

## Caput VI.

### *Quid agendum, dum ex duabus quæ ſe offerunt opinionibus, una eſt probabilior altera.*

*Quæſt*. 1. QUANDO opinio probabilis concurrit cum alia contraria probabiliori, poſſumus ne ſequi minùs probabilem?

*Reſp*. Niſi minùs probabilis eſſet tutior, quia magis nos removet à peccato, aut ad majorem perfectionem ducit, (in quo caſu poſſumus ſine dubio eam ſequi, licèt videatur nos ad id non obligari) debemus neceſſariò adhærere in praxi opinioni probabiliori. Quæ aſſertio probatur ex his quæ diximus ad oſtendendum, quòd in concurſu duarum opinionum, quæ videntur æquè probabiles, tenemur ſequi tutiorem; cum ex eo evidenter ſequatur, nos ſtrictiùs etiam obligari ad rejiciendam opinionem minùs probabilem, & minùs tutam, ut amplectamur illam, quæ & probabilior, & tutior eſt. Sed præter ea quæ ibi dicta ſunt, poſſunt etiam adduci variæ autoritates ſanctorum Patrum & Canonum ad illam veritatem magis ac magis confirmandam; licèt, cum illa promiſcuæ probabilitatis doctrina de novo adinventa ſit, & in Eccleſiam introducta, videretur ſufficere ad illam evertendam, quòd re verà non ſit fundata in aliqua autoritate Scripturæ ſacræ, aut traditionis, & ita veniat rejiciendam

reji-

rejicienda; eò magis quòd ex illa probabilitatis novitate nobis deberet eſſe difficillimum invenire ſanctos Patres aut Canones qui illam damnent, cùm ſint omnes tali doctrinâ antiquiores.

Attamen probabilitatem, ex ſpeciali quâdam Dei providentiâ, aliquo modo rejecerunt Patres; & inter alios ſanctus Joannes Chryſoſtomus, qui ſatis dilucidè oſtendit, nos in concurſu duarum opinionum, teneri ſequi illam quæ eodem tempore & probabilior & ſecurior eſt, dum ſic loquitur: *Si veſtimenta empturus gyras unum negotiatorem & alterum, & ubi meliores veſtes inveneris, & pretio viliori, ab illo comparas: an non oportet populum circuire omnes doctores, & inquirere, ubi ſincera veritas Chriſti venundatur, & ubi corrupta, & veriorem eligere pluſquàm veſtimentum?* Et ne poſſet huic autoritati reſponderi, Chryſoſtomum loqui tantùm de conſilio, & non de præcepto; ſuperiùs dixerat, illos qui talem vivendi modum non ſequuntur, inexcuſabiles eſſe in eorum erroribus; & ratio eſt, quia ignorantia non excuſat, niſi cùm quis fecit id omne quod potuit, ut inveniret, & amplecteretur veritatem: At non poteſt dici, illum qui ſequitur opinionem, quæ illi videtur minùs probabilis, conari & omnem induſtriam adhibere, ut rectè & ſecundùm veritatem operetur, cùm minus probabilis opinio illa ſit, quæ veritati minùs conformis apparet. Nec etiam huic ſancti Chryſoſtomi autoritati reſponderi poteſt, illum locutum fuiſſe de his qui in fide errabant; cùm ut in capite ſecundo diximus, ignorantia non excuſet niſi quando invincibilis eſt, id eſt, cùm quis fecit id omne quod potuit, ut veritatem cognoſceret, ſive veritas ad mores, ſive

D. Chryſ. Homil. 44. in Matth.

ad fidem ſpectet; quod idem planè eſt in hâc parte.

Clemétina fides, de ſũma Trinit. & fide Catholicæ. §. finali.

Adde, quòd Clemens Papa quintus loquens in ſua Decretali de duabus opinionibus controverſis, quia tam ex una quàm ex alia parte multi Doctores ſtabant: *Opinionem ſecundam*, inquit, *tanquam probabiliorem & dictis ſanctorum, ac Doctorum Theologiæ magis conſonam & concordem, ſacro approbante Concilio, duximus eligendam.* Ex quibus verbis poſſumus concludere quòd, cùm ſummus Pōtifex dixerit in Concilio generali Viennenſi, in concurſu duarum opinionum, ſequendam eſſe illam, quæ probabilior eſt, ille qui non ita ſe gerit in praxi, ſalutem ſuam æternam in grandi periculo ponit.

Quod etiam ex ſancto Thomâ probatur, qui docet, neceſſarium eſſe, ut ille qui aliquam opinionem amplectitur, excuſetur à peccato; quòd nihil inveniat, quod poſſit illum inducere ad credendum, id quod agit, eſſe præceptis contrarium; ſed ille qui ſequitur opinionem probabilem in concurſu probabilioris, non ſolùm habet aliquid quod illum inducit ad credendum, illud quod agit eſſe contrarium præceptis, ſed etiam habet rationes ſuadentes id eſſe prohibitum, quæ fortiores ſunt illis, quæ illum movent ad putandum, ſe non agere contra veritatem præceptorum. Hæc ſunt ipſiſſima ſancti Thomæ verba: *Qui non habet conſcientiam de contrario, ſed certitudinem; ſed tamen in quamdam dubitationem inducitur contrarietate opinionum: & ſic ſi manente dubitatione plures præbendas habet, periculo ſe committit: Et ſic procul dubio peccat, utpote magis amans beneficium temporale, quàm propriam ſalutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitatio-*nem

D. Th. quodlib.8. art. 13.

*nem adducitur; & ſic, non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Ex quibus verbis ſequitur, nos non eſſe ſecuros in conſcientia dum ſequimur opinionem minùs probabilem in concurſu probabilioris.

Hæc eadem veritas ex ſancto Antonino probatur, qui ita dilucidè docuit pluribus in locis eam opinionem quam ſequimur, ut valdè mirum ſit, inveniri aliquos hujus ſæculi ſcriptores, qui cùm doceant, quemque poſſe amplecti opinionem minùs probabilem relictâ contrariâ probabiliori, eandem aſſertionem fulcire auſi ſunt autoritate prædicti ſancti Doctoris, prætextu quorumdam conſiliorum, quibus ſcrupuloſis ſuccurrere conatur; licèt in prima ſuæ Summæ parte, in qua de præſenti difficultate ex profeſſo tractat, ſæpiùs dicat, quòd *Cum bona conſcientia poteſt quis tenere unam partem alicujus opinionis, & ſecundùm eam operari, excluſo ſaltem ſcandalo; quæ ſcilicet pars habeat pro ſe notabiles Doctores, dummodo talis opinio non ſit contra autoritatem expreſſam Scripturæ ſacræ, nec contra determinationem Eccleſiæ Catholicæ, & quòd etiam ex contrarietate talium opinionum non inducatur ad dubitandum, ſed bonam ſibi conſcientiam & credulitatem formet de eo quod credit, tanquam de probabiliori parte.*

D. Ant. 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10.

Et cùm idem ſanctus petiiſſet paulò ſuperiùs, in eodem tamen loco, utrum is qui dubitat ob contrarietatem opinionum, poſſit unam ex his tutâ conſcientiâ ſequi, reſpondet, quòd, *Si quis dubitet leviter, & per modum ſcrupuli, ſic agendo contra tale dubium, non peccat, dum adhæret opinioni alicujus Doctoris, & habet rationes probabiles pro ipſa, magis quàm pro oppoſita.* Et ratio eſt, quia ut poſt ſanctum Thomam

mam & ſanctum Antoninum diximus; ut opinio ſit verè probabilis, neceſſe eſt, illam habere rationes & fundamenta, quæ nos moraliter convincant, eandem opinionem eſſe magis conformem præcepto, quàm aliam contrariam, & quòd omnibus penſatis, rationabiliter putemus, rationes, quæ in contrarium adduci poſſunt eſſe valdè leves, & meritò haberi poſſe tanquam ſcrupulos ſolido fundamento deſtitutos.

*Quæſt.* 2. Nonne videtur, quòd ſi ſemper teneremur ſequi opinionem probabiliorem, vix poſſemus eſſe ſecuri in conſcientia, cùm ſemper dubium eſſe poſſit, utrum pro viribus conati ſimus cognoſcere, quæ eſſet opinio magis probabilis: Et ita videtur dicendum, ad vitandos conſcientiæ terrores, & remorſus, licitum eſſe, quando concurrunt duæ opiniones contrariæ, propugnatæ à gravibus autoribus, ſequi quamlibet ex illis, etiam ſi minùs probabilis appareat?

*Reſp.* Certum eſt, quòd tantum abeſt ut hæc aſſertio, quòd tenemur ſequi probabiliorem, fideles in perpetuis ſcrupulis conſtituat, quòd è contrario hic verus modus eſt tollendi conſcientiæ ſcrupulos; nam, ut ait Clemens Papa quintus, *In his quæ ſalutem animæ reſpiciunt, ad vitandos graves remorſus conſcientiæ, pars ſecurior eſt tenenda.* Et quantum ad id quod in quæſtione habetur, quòd ſcilicet ſcrupulus oritur ex dubio, utrum quis ſufficientem diligentiam adhibuerit; reſpondeo quòd cùm nullus dubitet, teneri nos, cùm aliqua difficultas ad conſcientiam ſpectans occurrit, eandem diligentiam ponere ad ejus reſolutionem habendam, quam poneret homo prudens in negotio quopiam tem-

Clem. Exivi de ver. ſignificatione.

temporali magni momenti: eodem planè modo, cùm inter duas opiniones probabiles verſamur, ſimilem diligentiam adhibere debemus ad cognoſcendum, quænam probabilior ſit: quod ſufficit pro ſecuritate conſcientiæ.

Eandem regulam docent omnes Doctores, quando de examinandâ conſcientiâ ante Confeſſionem agitur, cùm in hoc concordes ſint, idem tempus & eandem diligentiam apponendam eſſe ab eo qui confiteri cupit, ad conſcientiam examinandam, quæ apponeretur ab homine prudente in magni ponderis negotio: & tamen nemo unquam dixit, illam regulam quæ ab omnibus admittitur, perpetuos ſcrupulos in animis fidelium parere, quia poſſunt ſemper dubitare, utrum ante Confeſſionem ſufficienti cum diligentiâ conſcientiam examinaverint. Itaque verum eſt, illum, qui dubitat, quam debeat opinionem eligere in conſcientia, teneri eandem adhibere diligentiam ad diſcernendum quæ ſit probabilior, quam homo ſenſatus in negotio alicujus momenti adhiberet: quo facto ſecurus eſt in conſcientia, dum eam quæ verè probabilior apparet, ſequitur. Quin etiam dici poteſt illum non peccaturum, dum agitur tantùm de præcepto poſitivo, etiamſi errans, contra tale præceptum ageret, ſequendo opinionem quæ ſibi probabilior apparuit.

*Quæſt.* 3. Nonne ſumus ſecuri in conſcientia, dum prudenter agimus? Quare igitur non poterimus ſequi opinionem probabilem, etiam ſi concurrat cum alia contraria probabiliore, dum ita ſentiunt multi Doctores prudentes?

*Reſp.* Ille qui opinionem probabilem ſequitur in concurſu probabilioris, non

agit prudenter; certum quippè eſt, quòd ad prudenter operandum, debeamus ad minus habere certitudinem moralem de rectitudine, & bonitate actionis noſtræ: at hanc certitudinem ille non poteſt habere, qui opinionem probabilem ſequitur, ſciens, contrariam eſſe probabiliorem, ut ſatis ſuperque probatum eſt ſuperiùs. Hinc eſt quòd, dum dicitur, illum prudenter agere, qui hominis prudentis conſilium ſequitur, diſtinguendum eſt; nam aut nulla eſt opinio contraria fundata in rationibus majoris ponderis: & in hoc caſu verè prudenter agit, cùm habeat certitudinem moralem de bonitate ſuæ actionis: ſed è contra, ſi appareant rationes aut autoritates majoris ponderis, quæ oſtendant, opinionem contrariam eſſe probabiliorem; tunc nullo modo prudenter ageret, ſequendo minùs probabilem, cùm non habeat ampliùs illam certitudinem moralem, ſed potiùs credere debeat, opinionem illam quam veram putaverat, eſſe potiùs falſam quàm veram.

Sed nihil meliùs & evidentiùs oſtendit, falſum eſſe illud principium, quòd ſcilicet prudenter agat ille, qui ſequitur quamlibet opinionem probabilem, etiam in concurſu probabilioris, quàm conſideratio peſſimarum conſequentiarum, quæ ex illo ſolo principio orirentur: Videmus hoc tempore multas opiniones verè ridiculas, & ratione rationabili planè deſtitutas, viſas fuiſſe probabiles Scriptorum turbæ, & conſequenter his omnibus, qui illos ſecuti & imitati ſunt, putando doctos, pios, & graves eſſe.

Sancta Sedes pluſquam centum ex iſtis laxis opinionibus damnavit, quarum major pars juri naturali contraria erat; declaratæ

ratæ ſunt ad minimum ſcandaloſæ, & in praxi pernitioſæ; attamen ſi ſupradictum probabiliſtarum principium verum eſſet, neceſſariò concedendum eſſet, quòd illæ opiniones non ſolùm non erant in praxi perniciosæ, ſed etiam quòd apprimè utiles & ſecuræ erant; quia ſi ille qui opinionem quæ illi videtur probabilis, ſequitur, prudenter agit: Et ſi qui agit prudenter, ſecurè agit, & ita non peccat juxta principia Probabiliſtarum, concludendum eſſet, quòd illi qui ſequebantur tales opiniones, quas probabiles putabant, utpotè quæ fundatæ erant ſuper autoritate multorum autorum, qui graves paſſim dicebantur, non peccabant, & ita jus naturale & divinum, quod alios obligat, illos qui tales opiniones illis juribus contrarias amplectebantur, non obligabat: & quòd ſummi Pontifices Alexander VII. & Innocentius XI. qui illas opiniones damnarunt, multis hominibus novum impoſuerunt onus obſervandi præcepta, à quibus, medio alicujus opinionis exiſtimatæ probabilis, diſpenſati & immunes erant; quod certè abſurdum omninò eſt: nam rebus ſic ſtantibus, permiſiſſet probabiliſmus violare impunè & ſine peccato leges naturales, divinas, & humanas; uſuras & ſimonias ſine ullo ſcelere exercere; injuſtitias, perjuria, calumnias, homicidia, furta & alia hujuſmodi perpetrare ſine ullâ conſcientiæ labe, quia hæc omnia probabilia credebantur.

Viderat ſanctus Auguſtinus, dum contra Academicos, magnos ſui temporis probabiliſtas, ſcriberet, ex probabiliſmo has omnes conſequentias non minùs pernicioſas quàm abſurdas neceſſariò ſequi. Aſſerebant illi Philoſophi, eum qui juxta opinionem, quam probabilem putabat, opera-

batur, non peccare: idem ſentiunt probabiliſtæ. Sed audiamus, quid de illis ſanctus Auguſtinus dicat: *Cùm agit quiſque quod probabile videtur, non peccat nec errat*. Hæc Academicorum propoſitio erat; cui ſic reſpondet ſanctus Doctor: *Id igitur audiens adoleſcens, inſidiabitur pudicitiæ uxoris alienæ. Quid aliud dicturus es, quàm non tibi eſſe probabile, ut id faciat adoleſcens? At illi probabile eſt. Nam ſi ex alieno probabili vivimus, nec tu debuiſti adminiſtrare rempublicam, quia Epicuro viſum eſt non eſſe faciendum. Adulterabit ergo ille juvenis conjugem alienam. Sed vos me jocari arbitramini: Libet dejerare per omne divinum, neſcire me prorſus, quomodo ille peccaverit; ſi quiſquis id egerit quod probabile videtur, non peccat ... Taceo de homicidiis, parricidiis, ſacrilegiis, omnibuſque omnino, quæ fieri aut cogitari poſſunt, flagitiis aut facinoribus, quæ paucis verbis, & quod eſt gravius apud ſapientiſſimos judices defenduntur: quomodo enim non facerent, quod probabile viſum eſt? Qui autem non putant iſta probabiliter perſuaderi poſſe, legant orationem Catilinæ, qua patriæ parricidium, quo uno continentur omnia ſcelera, perſuaſit ..... Illud eſt capitale, illud formidoloſum, illud optimo cuique metuendum, quòd nefas omne, ſi hæc ratio probabilis erit, cùm probabile cuiquam viſum ſit eſſe faciendum, non ſolùm ſine ſceleris, ſed etiam ſine erroris vituperatione committatur.*

D. Aug. lib. 3. contra Academicos, c. 16.

Hæc ſancti Auguſtini concluſio nimiùm vera apparuit in ſtupendis propoſitionibus, quas varii hujus ſæculi Caſuiſtæ probabiles putarunt, & ſecuras in conſcientia, ſub umbra probabilitatis Doctrinæ, quam eximius ille Doctor damnaverat initio quinti ſæculi, & quam tamen multi in hoc

ſæcu-

ſæculo renovare, magno Eccleſiæ ſcandalo, conati ſunt.

Unde etiam Cardinalis Sfondratus, in Libro cui titulus: *Regale Sacerdotium*, &c. quem ſub nomine Eugenii Lombardi edidit, vocat probabilitatem promiſcuam, *miſerum opinandi præſidium, quo in ſcholis nihil incertius, tantaſque in Eccleſiam, mores, legeſque omnes corruptelas induxit, ut ſepè interdicta* probabilitas, *execrationeſque Romani Pontificis provocaverit, nullamque ferè humanam divinamque legem reliquerit non aliquo abuſu fædè corruptam; & utinam fallat augurium: huic opinandi licentiæ, niſi remedio aliquo Eccleſia occurrat, vix credimus alio malo, elapſis retrò ſæculis graviùs afflictam eſſe, cujus tot indicia & prognoſtica experimur, omni in commerciis, fæderibus, juramentis, judiciis, præceptiſque ſublata ſinceritate; idque opinionem probabilium præſidio, quibus tot æquivocationum, reſtrictionum, tergiverſationum ludibria debemus; in hoc unum laborante ingenio, ut via voluptatibus pateat, & virtutes legeſque honeſto exilio proſcribantur.* Regale Sacerdotium, Lib. 1.§.20. pag. 268.

Sed ſalutare remedium huic malo ſancta Sedes adhibuit, dum reprobavit principale probabiliſtarum fundamentum, quod in ſequenti propoſitione continetur.

3. Propoſitio damnata ab Innocentio XI.

*Generatim dum probabilitate ſive intrinſeca ſive extrinſeca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.*

Non igitur ampliùs dicetur, illum, qui opinionem probabilem ſequitur, etiam in concurſu probabilioris & tutioris, ſemper

prudenter agere, & conſequenter ſine peccato: omnes opiniones probabiles eſſe ęquè tutas, & quòd, modò putemus aliquam opinionem eſſe verè probabilem, eam ſine ullo periculo amplectimur; nam qui non vult penitùs oculos claudere, facilè videt ſummum Pontificem decidiſſe, dum illam opinionem damnavit, illum non ſemper prudenter agere, qui opinionem probabilem, quę probabilitatis fines non egreditur, amplectitur. Et reverà ille valdè imprudens eſt, qui ſequitur opinionem quam putat probabilem & minùs tutam, in concurſu contrariæ exiſtimatæ æquè probabilis, ſed magis tutæ: ſed multò major & craſſior imprudentia reperitur in illo, qui vult ſequi opinionem, quam credit minùs probabilem, & minùs tutam, in concurſu probabilioris & tutioris; & ita poſſumus ſperare nullum propriæ ſalutis amantem ampliùs voliturum confidere in imaginariâ planè certitudine actus, quem probabiliſtæ vocabant reflexum, cujus auxilio ita diſcurrebant: Quandocumque quis prudenter agit, habet certitudinem de bonitate ſuæ actionis: At ille qui operatur juxta opinionem quam probabilem exiſtimat, ſemper prudenter agit: ergo ille qui ſequitur opinionem probabilem, operatur cum certitudine de bonitate ſuæ actionis. Ille etenim actus reflexus nullam poteſt certitudinem producere, cùm ſancta Sedes probabiliſtas docuerit, illum non ſemper prudenter agere, qui opinionem probabilem ſequitur. Vide quæ dixi tom. 4. trac. 9. de Matrimon. c. 10. q. 27.

Archiep. Rhotomagen. in Epiſt. paſtorali edita an. 1697.

Hanc frivolam illuſoriamque probabilitatis ſecuritatem fortiter exagitat Illuſtr. Archiepiſcopus Rhotomagenſis, in Epiſtola paſtorali, his verbis; *Hac doctrina diſcri-*

*ſcrimen omne veri & falſi tollitur è vita Chriſtianorum, ut prudenter animadvertit Eminentiſſimus Cardinalis* (a) *Aguirius, ſcientia non minùs quàm pietate commendabilis, qui quidem fatetur ſe, dum Probabilitatis doctrinam ſectaretur, quam eandem hodie tam validè tamque feliciter impugnat, in id unum intentum fuiſſe, ut quæreret, utrum opinio aliqua eſſet probabilis, minimè verò utrùm vera. Eadem doctrina opiniones contradictoriæ proponuntur tanquam probabiles propter diverſos Auctores qui eas defenderunt, & tanquam æqualiter ſecuræ in praxi, etiam iis qui eas in ſpeculatione falſas judicant: eadem cuivis permittitur à veritate nota abſque prævaricationis ſcelere diſcedere. Scilicet frivolis diſtinctionibus, certitudinis practicæ, & certitudinis ſpeculativæ, ſperant benigni Divinæ legis interpretes placare angores conſcientiæ juſtiſſimos, & pacem animis afferre, quam natura pariter & religio reſpuunt. Denique ope Probabilitatis humana ratio, quantumlibet peccati labe corrupta ſit, chriſtianarum actionum ſit regula;* Via quæ videtur homini recta *nunquam* ducit ad mortem; *Doctores, etiam cum à vero longiſſimè aberrant, ad regendum nos fiunt optimi duces; nec jam timendum eſt ne,* ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadant, *dummodo cæcus ille dux auctoris gravis famam adeptus ſit: Judæi tutò potuerunt falſas Magiſtrorum ſuorum traditiones ſequi; quin & latam à Doctoribus ſuis contra Chriſtum damnationis ſententiam judicare probabilem, atque adeò ipſi, ſalva conſcientia, aſſentiri.*

[a] Præfat. ad 10. Conc. Hiſpaniæ. V. Tract. de recto uſu opinionum probabiliũ P. Thyrſo Gonzalez Diſſ. 13. §. 11.

Proverb. 16. 25. 14. * 12.

Math. 15. v. 14.

*Si hæc, quæ Probabilitatis doctrinam neceſſariò conſequuntur, juſtum vobis horrorem incutiant; ſi vel ſola novitas hujus doctrinæ, quam hactenus Chriſtiano mundo ignotam ultimi ſæculi ignorantia peperit in dedecus &*

*perniciem Religionis, ipſam repudiare cogat; intuenti, quàm indignè homines ea abuſi ſint, clariùs patebit, quàm ſit neceſſarium, ne iſtius contagio doctrinę longiùs ſerpat atque progrediatur, præcavere.*

*Placuit numeroſo recentium Caſuiſtarum gregi, verendam Scripturæ ſacræ & SS. Patrum auctoritatem deſerere, ſuas ut ipſorum privatas adinventiones, vel fabricata recens novorum Doctorum commenta ſequerentur.*

Rom. 1. 21. Evanuerunt *illi* in ſuis cogitationibus, *eòque cæcitatis devenere, ut auſi ſint tueri palàm opiniones, non Religioni ſolùm, ſed ipſi etiam naturæ contrarias; nec puduit Chriſtianos homines pernicioſis hiſce opinionibus, tanquam maximè tutis, ope Probabilitatis pondus & auctoritatem addere, quas cum horrore Ethnicorum hominum ſapientia reſpuiſſet.*

*Proſper Fagnani, doctiſſimus Canoniſta Romanus, in Commentario ſuo ſuper Cap.* Ne innitaris prudentiæ tuæ, *in quo falſam Probabilitatis doctrinam maximè validis argumentis refutat, longam intexuit ſeriem monſtroſarum opinionum, quas hujus pernicioſæ doctrinæ licentia infauſto partu in lucem protulit.*

(à nu. 222. uſque ad 340.)

*Cum Epiſcopi Galliæ, eadem errorum monſtra averſati, damnarunt in ſuis Cenſuris Apologiæ Caſuiſtarum tot ſcandaloſas opiniones, hujus morum corruptelæ tanquam fons & origo viſa eſt iis libertas illa ſequendi opinionem, quæ ſit eadem minùs probabilis, minùſque tuta, & Probabilitati extrinſeca annexa ſingulari privilegio ſecuritas.*

(V. Cēſuras Apologiæ Caſuiſtarū editas ab Archiep. Senonēſi, Rothomagenſi, Bituricenſi, & Epiſc. Bellovacenſi, Catalunenſi, Lexoviēſi, Andegavenſi, Aurelianēſi,)

*Eandem doctrinam pius & eruditus Pater Thyrſus Gonzalez, præpoſitus Generalis Societatis Ieſu, ſic pernicioſam judicavit, ut qui eam Ieſuitis imputarunt, eos graviſſimam putet Societati feciſſe injuriam: & in illo*

*ſuo*

*ſuo perdocto opere, De recto uſu opinionum probabilium, longam Præfationem adhibuit, ut probaret, hanc opinionem non eſſe à Ieſuitis adinventam; imò à plurimis eorum impugnatam fuiſſe, præſertim à Patre Comitolo, cujus, utpote à Probabilitatis doctrina remotiſſimi, Reſponſiones morales valdè abhorrent à laxioribus recentium Caſuiſtarum præceptis.* Apamecſi, Dinienſi, qui nunc Eminent. Card. Janſſon, Niverneſi, aliiſq; permultis. Fundamẽtum Theologiæ moralis; I. E. Tractatus Theologicus de recto uſu opinionũ probabiliũ authore P. Thyrſo Gonzalez Præpoſito Generali Societatis Jeſu.

*Huic noſtræ de graviſſimo argumento ſententiæ priuſquam finem imponamus, duo ſunt, nefanda prorſus & omnibus animas regentibus deteſtanda, Doctorum Probabiliſtarum placita, de quibus monere vos operæpretium duximus.*

*Primum illud eſt, conſultum aliquem aliqua de re poſſe reſpondere ſecundùm opinionem Probabilem, quam ipſe falſam judicat.*

*Ne tam contraria rectæ rationi via perdat animas, attentiùs, quæſo, cogitare conſuli vos tanquam ſinceros & veraces magiſtros, qui debent docere viam Dei in veritate; conſulentibus nihil aliud reſpondere vos oportere,* quàm quod præceperit Deus, *repoſciturum hunc à vobis in die furoris ſui rationem animarum, quas falſarum opinionum blandimentis veluti ſopitas in errorem induxeritis; denique non poſſe indigniùs à vobis violari miniſterium munuſque ſanctiſſimum quod geritis, quàm ſerviliter blandiendo cupiditatibus hominum carnalium, ea mente & voluntate ad vos accedentium, quam Iudæis olim Deus exprobrabat:* Dicunt videntibus, Nolite videre; & aſpicientibus, Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Num. 22. Iſ. 30. 10.

*Alterum dogma iſtud eſt, ſi Pænitens ſequatur opinionem ab aliquot Doctoribus defenſam, abſolvendum eſſe eum à Confeſſore*

*quamvis Confeſſor hanc opinionem falſam judicet.*

S. Cypr. *Ne à vobis temerè concedatur* tam irrita & falſa pax, pernicioſa dantibus, & accipientibus nihil profutura; *memineritis, vos in Tribunali Confeſſionis gerere vices ipſius Chriſti, atque adeò neminem à vobis ſolvendum, niſi quem ſolutum ab eo in cœlis arbitrari fas eſt: memineritis vos, cum de ſalute æterna decidendum eſt, ſuſtinere perſonam Iudicis ac Medici; ab ipſis autem Probabilitatis defenſoribus damnari hodie (quamquam olim aliter ſenſerint) quemlibet & Iudicem qui de negotio temporali judicium ferret ſecutus opinionem minùs veriſimilem, & Medicum qui remedia ad ſanitatem corporis reſtituendam minùs idonea ſciens adhiberet.*

*Falſis hiſce regulis conſtanter à vobis opponatur illud inſigne ſummi Pontificis Felicis III. effatum, quod in regimine animarum veſtris oculis ſemper obſervari præſens cupimus:* Quòd ſe decipit ipſe qui fallit, nihil-

Ep. 7. que per noſtram facilitatem tribunalis excelſi judicio derogari, cui illa ſunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ juſta ſunt.

*Quæſt.* 4. Agit-ne prudentiùs & probabiliùs, qui numerum authorum, quàm qui illorum merita, doctrinam ſcilicet & probitatem, in primis ponderat?

*Reſp.* Debemus ſemper præferre paucos Doctores magni ponderis & autoritatis, multis aliis inferioris notæ, præſertim ſi priores illi, opiniones quas proferunt confirment authoritate Patrum aut Conciliorum; quod facilè probatur ex præfatione Concilii generalis Conſtantienſis, in qua Epiſcopi in Spiritu ſancto legitimè congregati voluerunt aſſignare regulam aliquam generalem, quæ nos docere poſ-

ſet,

ſet, quid agere debeamus, dum variæ ſe offerunt rationes & autoritates, quæ duas contrarias opiniones probare videntur: *Cùm plerumque*, ajunt Patres, *in rebus dubiis, ad utramque partem rationes plurimæ adducantur: ad tollendas lites & contentiones, opportuna cernitur veterum autoritas, & quæ ab antiquo facta legitur ſanctorum definitio Patrum: ſic enim ſcriptum eſt: Interroga generationem priſtinam, & diligenter inveſtiga Patrum memoriam. Iob* 8. *Et iterùm, Interroga Patres tuos, & annuntiabunt tibi: majores tuos, & dicent tibi. Deuter.* 32.

*Cum videris*, inquit S. Auguſtinus, *multos non ſolùm hæc facere, ſed etiam defendere atque ſuadere: tene te ad legem Dei, & non ſequaris prævaricatores ejus; non enim ſecundùm illorum ſenſum, ſed ſecundùm illius veritatem judicaberis.* S.Aug.lib. de Catechizandis rudibus, c.23.n.48. editionis Benedictinor.

Præterea ipſa rerum experientia & diverſa planè variarum perſonarum exiſtimatio, nos de hac veritate convincere poteſt; nullus enim ignorat, magis credi viro cuipiam eximio ingenio prædito, quàm multis aliis communis, ut ita dicam, farinæ hominibus; majoremque adhiberi fidem iis quæ à primariæ autoritatis viro dicuntur, quàm iis quæ in contrarium aſſerre poſſunt alii multi de plebe homines: ſed eò prudentiùs agunt illi, qui numero Autorum hujus ſæculi non multùm deferunt, quòd ii qui Caſuiſtas recentes aliquoties legerunt, ſciunt illos, ut plurimum, quæ ab aliis dicta ſunt, tantùm repetere tranſcribereque, neque multùm perpendere, utrum aliorum, quas ſequi volunt, ſententiæ & opiniones fundatæ ſint ſuper veris Theologiæ Moralis regulis, ſcilicet ſuper Scriptura ſacra & traditione; ſed ſatis

illis

illis eſſe rationum loco aſſerere, alium novum Caſuiſtam hanc opinionem probabilem putaſſe. Et conſequenter illorum numerus non multùm movere debet illos qui veritatem inquirunt, neque unquam præferri poteſt vel unius ſancti Patris autoritati: & re vera videmus, ſummum Pontificem Innocentium XI. verè optimum, verè maximum, multas opiniones morales damnaſſe, licèt eas turba novorum Caſuiſtarum teneret; & magnum talium Autorum numerum id ſolùm effeciſſe, ut ſancta Sedes videret, neceſſariò publicè damnandas eſſe opiniones adeò pernicioſas, quæ à tam multis ſcriptoribus magno cum animarum periculo aſſerebantur.

*Quæſt.* 5. Si inter duas contrarias opiniones tenemur ſequi probabiliorem, quare non etiam tenebimur tutiorem amplecti?

*Reſp.* Ratio, cur non teneamur ſequi opinionem tutiorem, & cur ſufficiat ad rectitudinem actionis noſtræ, quòd probabiliorem ſequamur, ea eſt; quia, ut ex ſancto Antonino probavimus, ad non peccandum ſufficit, ut antequam agamus, habeamus certitudinem moralem de bonitate actionis noſtræ; quæ certitudo non requirit cognitionem evidentem, ſed tantùm cognitionem probabilem, quæ nos ad talem potiùs opinionem, quàm contrariam ſequendam inducat: at quando probabiliorem amplectimur, habemus moralem illam certitudinem, cùm opinio probabilis illa ſit, quæ majores, & fortiores rationes habet, quàm oppoſita. Sumus igitur ſecuri in Conſcientia, dum probabiliorem ſequimur, neque neceſſe eſt amplecti tutiorem. Secundò, quia, ut dicitur in ſupra relato Canone *Non omnis*, & ut docet ſanctus Tho-

Can. Non omnis dist. 37.

Thomas pluribus in locis, ignorantia illum excuſat à peccato, qui fecit quod potuit ut veritatem aſſequeretur; ſed certum eſt, illum qui probabiliorem ſequitur, id feciſſe quod potuit, ut cognoſceret veritatem, & juxta præceptum ageret, cùm omnibus prudenter perpenſis, id egerit quod probabiliùs veritati conſorme eſſe putavit: igitur à peccato excuſatur ſequens probabiliorem, licèt non ſequatur tutiorem, quæ illi probabilis non videtur.

His etiam rationibus addi poteſt id quod à ſancto Antonino dicitur, quòd dum quis dubitat de veritate præcepti, non peccat, modò habeat validiores rationes, quæ illum moveant ad eligendam unam opinionem, quæ tunc verè probabilior eſt, etſi opinio quam ſequitur non eſſet vera: Hæc ſunt ſancti Doctoris verba: *Sic agendo contra tale dubium, non peccat, dum adhæret opinioni alicujus Doctoris, & habet rationes probabiles pro ipſa magis quàm pro oppoſita opinione, etſi ipſa opinio quam tenet non eſſet vera.* D. Ant. 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10.

Quod ſemper intelligi debet, juxta id quod diximus cap. 2. dum agitur de jure poſitivo: cùm actiones quæ per ignorantiam fiunt contra jus naturale, non debeant excuſari omninò & in totum; quia hæc ignorantia eſt aliquo modo voluntaria.

*Quæſt. 6.* Si licitum ſit ſequi opinionem minùs tutam, relictâ tutiori, quare non etiam licebit ſequi minùs probabilem, relicta probabiliori?

*Reſp.* Ratio diſparitatis eſt, quia minùs tuta, in concurſu tutioris, eſt ſemper tuta, quia minùs tuta in probabiliori fundatur; & ita dum illam amplectimur, id agimus

mus, quod veritati præcepti magis conforme eſſe putamus, ſicque à peccato immunes ſumus, etſi erraremus, quia fecimus quod potuimus, ad cognoſcendum veritatem; ut probatum fuit in quæſtione præcedenti. Sed è contra dum opinio minùs probabilis concurrit cum probabiliori, non ſolùm non habet illam certitudinem moralem, ſed etiam à ſua probabilitate decidit, ut probavimus ſupra; quia cùm contraria ſit alteri opinioni, quæ verior apparet, ſit veriſſimiliter falſa; & ratio eſt, quòd cùm veritas indiviſibilis ſit, dum videtur in uno loco, mendacium & falſitas apparet in alio; & illud quod contrarium eſt opinioni, quæ videtur vera, neceſſariò veriſimiliter falſum eſt. Et conſequenter ille qui adhæret opinioni probabili in concurſu probabilioris, non eſt immunis à peccato, cùm non fecerit, quod potuit, ad cognoſcendam veritatem præcepti, & habendam certitudinem moralem de bonitate & rectitudine ſuæ actionis; volens uti medio quem putabat minùs conformem veritati præcepti, ſequendo opinionem minùs probabilem, eo tempore quo poterat alium medium adhibere, qui veritati præcepti magis congruus apparebat, ſequendo probabiliorem.

*Quæſt.* 7. Quænam eſt differentia inter opinionem probabiliorem, & eam quæ ſecurior eſt?

*Reſp.* Differunt in hoc ſolùm, quòd opinio probabilior ea eſt, quæ nobis videtur magis conformis veritati præcepti; & opinio tutior ea eſt, quæ magis nos removet à peccato, & ad majorem perfectionem ducit. Ex quo ſequitur, poſſe in praxi facilè contingere, quòd opinio probabilior, ſit minùs tuta; quod accidit, quoties

ea

ea quæ minùs probabilis eſt, ad majorem perfectionem tendit, & conſequenter tutior eſt. Exempli gratiâ, in omnibus caſibus, in quibus quæritur, utrum quis ad reſtitutionem teneatur, aut ad dandam eleemoſynam, ſemper tutior eſt illa opinio quæ reſtitui debere aut erogandam eleemoſynam dicit, quia magis nos removet à peccato; etſi contraria opinio poſſit eſſe, & ſit ſæpè probabilior; quia adſunt fortiores rationes & autoritates, quæ nobis ſuadent & probant non obligationem reſtituendi, aut dandi eleemoſynam in caſu propoſito.

*Quæſt.* 8. Quo modo gerere quis ſe debet in praxi, dum de eligenda & ſequenda una ex duabus contrariis opinionibus agitur?

*Reſp.* Sæpiùs difficilè cognoſcitur & diſcernitur, quæ ex duabus opinionibus verè ſit probabilior, & conſequenter magis conformis veritati præcepti; multùmque nobis timendum eſt, ne infelix illa in malum propenſio, quam à primo parente hauſimus, & quam propriis peccatis nimiùm auximus, rationes opinionis quæ concupiſcentiæ magis arridet, fortiores & validiores nobis repræſentet, quàm reverà ſint, & ne aliqua culpa noſtra in cæcitatem & peccatum prolabamur. Itaque dum ſumus inter duas opiniones contrarias, quarum una dicit, talem actionem eſſe licitam & aliam eſſe illicitam: in hoc caſu, niſi enixiùs exorato divino numine, ut intellectum noſtrum illuminet, & poſtquam etiam opinionibus & affectibus veteris hominis nos ſpoliare curavimus, clarè videamus per noſmetipſos, aut per directorem aliquem ſpiritualem verè doctum, pium & omni intereſſe humano vacuum, opinio-

nem illam quæ actionem licitam eſſe aſſerit, eſſe valdè probabiliorem, debemus omninò amplecti contrariam quæ tutior eſt, quia nos magis à peccato removet. Et conſequenter, ſi rationes opinionis quæ talem actum licitum eſſe dicit, non ſunt ita potentes, ut fundamenta & rationes opinionis contrariæ deſtruere valeant, & ita reſtet juſta occaſio dubitandi de rectitudine illius actus; cùm de ſalute æterna agatur, & ex altera parte noſmetipſos facilè adulemur; cùm etiam ipſi animæ Directores faciliùs propenſi ſint ad iis qui illos conſulunt, juxta id quod optant, reſpondendum, quàm ad dicendum ea quæ filiorum ſpiritualium deſideriis contraria ſunt, ſequi debemus opinionem tutiorem; quod eo verius eſt, quòd videmus, illos qui Directores conſulunt, eis ſæpè ſæpiùs majori cum claritate, emphaſi, & robore eas circumſtantias & rationes explicare, quæ ſibi favere poſſunt, aut ſaltem majorem eis attentionem conciliare, quàm iis fundamentis quæ contraria ſunt.

Videtur prætereà, doctiſſimum Cardinalem Bellarminum certò credidiſſe, debere quemlibet in praxi neceſſariò ita ſe gerere, dum ad Epiſcopum Theanenſem nepotem ſuum ſcribens, dilucidè damnat doctrinam novorum probabiliſtarum, qui ſe putant ſecuros eſſe in conſcientia, dummodo opinionem quamlibet probabilem ſequantur etiam in concurſu probabilioris: *Si quis*, inquit Bellarminus, *velit in tuto ſalutem ſuam collocare, is omnino debet certam veritatem inquirere, & non reſpicere, quod multi hoc tempore dicant, aut faciant; & ſi rei certitudo non poſſit ad liquidum apparere, debet omnino tutiorem partem ſequi, & nulla ratione, nullius imperio, nulla utilitate tem-*

Bellarminus in admonitione ad Epiſ Thean.

*temporali propoſita, ad minùs tutam partem declinare. Agitur enim de ſumma rei cùm de ſalute æterna tractatur; & facillimum eſt conſcientiam erroneam exemplo aliorum induere, & eo modo, conſcientia non remordente, ad eum locum deſcendere, ubi vermis non moritur & ignis non extinguitur.*

Idem planè ſentire videtur Cardinalis Paleotus Archiepiſcopus Bononienſis, ſancti Caroli amiciſſimus ejuſque imitator fidelis in cura ſua Paſtorali, in præclaro quem ſcripſit libro de ſacri Conſiſtorii conſultationibus: *Cùm*, inquit, *non de rebus, ſed de hominibus, nimirùm de actionibus, ſive de factis ipſorum hominum agitur: ita in his verſari debemus, ut ſi re verà dubitationem habent, & animus in his dijudicandis in contrarias partes diſtrahitur, ſemper in tutiorem partem, ſi ex alterius electione periculum peccati imminet, juxta ſanctorum Patrum ſententiam judicemus*. Ibidem: *Non loquimur de judicandis actionibus alienis, ſed de judicio quod quiſque de rebus ſuis facere debet in foro interiori, quas, ubi dubium eſt de peccato, in tutiorem partem interpretari debemus, ut à pœnæ ſpiritualis periculo longiùs arceamur; & ſapientis enim eſt cum beato Iob dicere*, Verebar omnia opera mea. Parte 5. q. 13.

Sancta Sedes nos in hoc prudenti & verè Chriſtiano agendi modo potenter confirmavit, dum ſequentes propoſitiones damnavit.

Prima propoſitio condemnata ab Innocentio undecimo in Decreto contra 65. propoſitiones 22. Martii 1679.

*Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore, niſi id vetet lex*, con-

*conventio, aut periculum gravis damni incurrendi: Hinc ſententia probabili tantùm utendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.*

Secunda propoſitio damnata.

*Probabiliter exiſtimo, judicem poſſe judicare juxta opinionum etiam minùs probabilem.*

Tertia propoſitio damnata.

*Generatim, dum probabilitate, ſive intrinſeca ſive extrinſeca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi, aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.*

Quarta propoſitio damnata.

*Ab infidelitate excuſabitur infidelis non credens, ductus opinione minùs probabili.*

Damnatio iſtarum propoſitionum à ſanctâ Sede magno Religionis Chriſtianæ bono emanata, varias quorumlibet probabiliſtarum tenebras diſpellere debet, eorum maximè, qui bona fide & ſine pertinacia lucem quærunt. Adſunt hujuſce rei illuſtria exempla, ex quibus adjuvante Dei gratiâ, maximi ſperantur fructus, ut vera ſanctorum Patrum doctrina ſuper principiis moralis Chriſtianæ magis ac magis eluceſcat.

Thyrſus Gonzales, in Fundamento Theologiæ moralis, ſeu Tractatu de recto uſu opinionū probabilium. In introductione, n. 35.

Nullus ignorat, Reverendiſſimum Patrem Thyrſum Gonzales, Societatis Jeſu Præpoſitum generalem, opinionem probabiliſtarum generoſo animo rejeciſſe, licèt illi antea aſſuetus eſſet: *Poſt exactam*, inquit, *totius controverſiæ diſcuſſionem, quamvis fuiſſem contrariæ ſententiæ principiis aſſuetus, meo tamen firmiter inſedit animo manſitque infixum, nemini licitum eſſe aſſumere pro regula ſecundaria, quam ſecurè in operando ſequatur, ſententiam alienam faventem libertati adverſus legem, niſi ex prudenti*

*denti perſuaſione, quòd illa ſit vera, & legi æternæ conformis; ſeu quin illi aſſenſum directum præbeat, judicio abſoluto quo ſibi applicet legem æternam, tanquam regulam primariam totius honeſtatis, cui actiones humanæ conformari debent, ut honeſtæ ſint*.

In hoc Tractatu octavam affert rationem contra laxos probabiliſtas, quòd ſcilicet: Ibidem diſſert. 13. §. 13. in tit.

*Pro oppoſita nullus citatur Cardinalis ſanctæ Eccleſiæ; noſtram autem tenuerunt quinque præſtantiſſimi Theologi Cardinales, nimirum Cajetanus, Bellarminus, Palavicinus, Laurea, & Aguirre, eamque quotidie alii Eminentiſſimi ſectantur in ſacris Congregationibus*.

Subinde refert verba Cardinalis Cajetani & Cardinalis Bellarmini, quæ ſupra numero octavo inſerta ſunt. Diſſert. 13. §. 11. n. 74. 76. & 77.

Quod ad Cardinalem Palavicinum attinet, dictus P. Generalis ſic loquitur: *Cardinalis Sfortia Pallavicinus in tomo de actibus humanis diſputatione 9. q. 4. art. 14. docuit cum ſententia communi inter Doctores hujus ſæculi, poſſe hominem in operando ſequi ſententiam minùs tutam, ſibique minùs veriſimilem, dummodo ſciat eſſe in ſe abſolutè probabilem, relicta tutiore, & ſibi veriſimiliore... Cæterùm Eminentiſſimus ille vir, poſtea re meliùs conſiderata, ſententiam mutavit, ut apparet ex variis ejus epiſtolis. Et omninò ſtatuerat, ſcriptionem aliquam facere, in qua priorem ſuam ſententiam publicè retractaret, ut teſtatus eſt P. Nicolaus Maria Pallavicinus noſtræ Societatis, olim in Collegio Romano primarius Theologiæ Scholaſticæ Profeſſor, ſubinde in eodem Collegio Præfectus generalis ſtudiorum, poſtea verò ex nominatione Innocentii XI. Theologus pænitentiariæ, examinator Epiſcoporum, ſancti*

*Officii qualificator, Romæ totique Italiæ libris editis notus. Is à me de hoc rogatus, quod ſequitur teſtimonium, manu propria ſcriptum mihi tradidit, 29. Martii 1692. Eminentiſſimus,* inquit, *Cardinalis Pallavicinus anno ferè ante mortem, dixit mihi, ſibi eſſe fixum relinquere poſt ſe ſcripturam, in qua retractare intendebat ea quæ ſcripſerat in libro de actibus humanis, nempè poſſe quempiam practicè ſequi opinionem minùs probabilem, & minùs tutam, relicta probabiliori: imò ſibi fixum omnino eſſe, unumquemque teneri ſequi ſententiam illam, quam putat eſſe veram, neque poſſe ullatenùs conformari ſententiæ quam putat eſſe falſam. Hæc olim P. Nicolao Pallavicino affirmabat Cardinalis Sfortia. Hactenus P. Nicolaus Maria Pallavicinus in ſcripto manu ſua exarato. Obiit autem Cardinalis Pallavicinus die 4. Iunii ann. 1667. unde illam retractationem fecit Cardinalis an. 1666. Ipſe P. Nicolaus qui hoc teſtimonium dedit, piè obiit in Collegio Romano 15. Decembris anni proximè præteriti 1692. Hinc validum conficitur argumentum pro majori probabilitate & veritate ſententiæ moderatæ, quam defendimus. Si enim tantus vir, tam ſubtili & profundo ingenio præditus, qui doctrinam benignam ſemper ſecutus fuerat, & typis vulgaverat, eam deſeruit, publicè retractaturus, victus pondere argumentorum, quæ contra illam militant; ſignum hoc eſt falſitatis ſententiæ benignæ, quam deſeruit, & veritatis ſententiæ moderatæ.*

*Ibidem num. 78. 79. 81. & ſequentibus. Quod accidit Cardinali Pallavicino, & ſibi accidiſſe ſæpè mihi teſtatus eſt Cardinalis de Aguirre. Priùs enim per multos annos ſecutus eſt ſententiam benignam de uſu licito opinionis minùs probabilis & minùs tutæ in*

*occur-*

*occurſu tutioris, & operanti probabilioris, ſeu veriſimilioris, nihil ambigens de ejus veritate. At poſtquam animum applicuit hujus controverſiæ ſtudio, eam falſam eſſe comperuit, & oppoſitam doctrinam, ut ſibi certam amplexus eſt, Tomo* 1. *Theol. ſancti Anſelmi. Diſp.* 2. *ſect.* 6. *Idque ipſum mihi accidit aliiſque multis. Quod mihi ſæpè verbis conteſtatus eſt Eminentiſſimus Cardinalis de Aguirre, id ipſum litteris conſignavit in præfatione ad Tomos Conciliorum Hiſpaniæ. Poſtquam enim longum Catalogum contexuit Autorum, & Epiſcoporum, qui ſententiam benignam probabiliſtarum in hoc ſæculo impugnarunt, ſubdit p.* 6. *n.* 33. *Ab iis præſtantiſſimis Epiſcopis & Scriptoribus variis inſtructus, paucis poſt annis cœpi dubitare de ſecuritate illa, quam nobis plurimi alii pollicebantur in uſu opinionum quarumlibet probabilium. Eò uſque enim communi ferè ſenſu, aut præjudicio abductus in probabiliſmo, veluti in pulvino molliter quieſcebam, & plerumque ſtudium meum ( ita ingenuè fateor ) ſitum erat in examinando potius, an aliquid eſſet probabile, quàm inveſtigando, an eſſet verum: Detecta enim probabilitate, nullatenus dubitabam, me poſſe illud in praxi ſequi, aut aliis conſulere.... Cœpi itaque rem maturiùs examinare ab anno circiter* 1671. *uſque modo lectis ac relectis, ultra prædictos, plurimis authoribus recentibus, qui hinc & inde controverſiam hanc graviſſimam profligaverunt ex inſtituto. Deprehendi verò ingens periculum ſalutis in ſectando aut conſulendo aliis probabiliſmo, ſive uſu cujuslibet opinionis minùs probabilis, faventis libertati, in concurſu alterius probabilioris, adhærentis præcepto. Idem mihi altè inſedit, ubi utraque apparet probabilis æquè, aut circiter. Manet enim adhuc res verè dubia & in*

*certum*

*certum omnino, an actio, vel omiſſio ſit contraria legi æternæ, necne, quidquid plerique recentiorum diſtinguant inter dubium ſpeculativum & practicum. Hanc enim diſtinctionem, quoad controverſiam præſentem, plurimi alii à triginta circiter annis uſque modò doctiſſimè rejecerunt. In dubiis autem & ſpectantibus ad æternam ſalutem, eligendam eſſe tutiorem partem, jura clamant, & prudentia ac lex charitatis divinæ de propria & aliorum ſalute palam dictat.*

*Certè nemo prudens vitam corporis ita negligit, ut audeat uti cibo aut pharmaco ſolum probabiliter ſano, quod tamen æquè aut magis probabiliter cenſeatur noxium, & exitiale futurum. Quare ne exponat ſe probabili aut probabiliori periculo mortis, eligit aliud certò innoxium, aut ſalutiferum. Idem ferè accidit circa rem familiarem ſervandam, & honores aſſequendos. Cur ergo vita animæ & ſalus æterna, longè pretioſior, paſſim exponatur probabili periculo opinionum liberiorum? Nec reflexiones aliquæ, ſeu judicia reflexa ad autoritatem alienam, videntur prodeſſe aut ſufficere ad formandum judicium moraliter certum, & neceſſarium de uſu licito opinionis benignæ, quoad bona animi, potiùs quàm corporis aut fortunæ, ubi opinio ſeverior æquè aut magis urget. Non enim voluntas habet vim imperandi intellectui, ut judicio reflexo ſentiat verum, aut certum moraliter id, quod directo judicio æſtimat falſum, aut dubium, aut minùs probabile.*

*Quare reflexiones illæ ad ſummum poſſunt habere locum, & prodeſſe, ubi vir doctus, & prudens, recta intentione placendi Deo, aut ipſum non offendendi, & nullo præjudicio, paſſione aut utilitate abductus, diligen-*

*ter inquirit veritatem pro qualitate materiæ, debitis circumſtantiis, quando occurrunt invicem contrariæ opiniones inter Scriptores Catholicos, doctos & pios. Si poſt rem examinatam, inveniat ſententiam benignam longè ac palàm prævalere opinioni auſteriori, tum autoritate & numero patronorum, tum rationibus, & plenè reſpondere argumentis contrariis, videtur, poſſe formare judicium moraliter certum de illius veritate, & licito uſu, aut nihil curare rigidiorem aliorum opinionem, vel eam reputare ortam ex inani ſcrupulo. Dato enim aut permiſſo, quòd ſententia illa benignior eſſet falſa in re, agens excuſaretur à peccato, ſaltem gravi, ob rectam intentionem, bonam fidem, & ignorantiam venialem ex infirmitate humana. Si autem poſt diligentem inquiſitionem inveniat, opinionem auſteriorem æquale pondus habere, aut etiam majus, ac proinde veritatem rei eſſe ſpeculativè dubiam, non poterit ulla reflexione formare ſibi judicium moraliter certum de illius veritate, aut uſu licito. Quare abſtinendum erit ab opinione benigniore, & adhærendum tutiori ſive ſtanti pro præcepto. Hæc videtur fuiſſe praxis aſſidua ſanctorum Patrum, Pontificum, & Theologorum, doctrinam & pietate inſignium, à tempore naſcentis Eccleſiæ, uſque ad finem ferè ſæculi præcedentis, quo cœpit reputari ſecurus uſus opinionis benignæ probabilis in concurſu opinionis auſterioris æquè probabilis, aut probabilioris, per reflexiones antiquis ignotas; ſequebantur enim veteres illi, quod intra ſignum Eccleſiæ Catholicæ, poſt rem maturè examinatam, oratione, ac ſtudio competenti, videbatur verum, aut moraliter certum. Et licèt ipſi ſancti Patres aut Doctores celebres aliter atque aliter circa varias quæſtiones morum cenſerent, unuſquiſque tamen pius, ac prudens id agebat,*

*bat, vel conſulebat aliis, quod poſt debitum examen judicabat verum, aut ſaltem longè conformius Canonibus ſacris, rationi & æquitati. Neque enim ampliùs exigi putabat ab homine mortali, infirmo, & ignorantiis obnoxio; alioquin ſequebatur tutiorem partem.*

*Hactenus Eminentiſſimus Aguirre, nobis exponens motiva, quibus inductus eſt ad retractandam opinionem benignam, quam priùs ſecutus fuerat. Hoc ſanè eſt magnum argumentum veritatis noſtræ ſententiæ, quòd nullus eam deſeruit, poſtquam ſemel illam amplexus eſt, & in oppoſitam abiit. Ex adverſo quotidie videmus ſententiam benignam deſerentes, qui priùs eam tenuerant; & noſtram amplectentes. Et idcirco, quia poſt Decreta Alexandri VII. & Innocentii XI. contra opiniones laxas, Theologi profundiùs hanc controverſiam examinarunt, quotidie creſcit numerus eorum qui ad uſum licitum opinionis minùs tutæ, requirunt, quod illa ſit probabilior, ſeu veriſimilior operanti; & decreſcit numerus eorum qui cum Caramuele docent, ſatis eſſe, quod opinio favens libertati ſit in ſe probabilis, ut omnes poſſint illa licitè uti, quamvis ipſis appareat minùs veriſimilis, quàm oppoſita favens præcepto.*

*Ibidem, §.13. num.100. quid ſentiat Eminentiſſimus Cardinalis de Laurea, Ordinis ſancti Franciſci, id conſtabit legenti eruditiſſimum Tractatum de recto uſu opinionum probabilium, quem anno 1668. edidit in lucem. Ubi Tomo 2. in 3. ſentent. Diſp. XI. agens de muneribus prudentiæ art. 4. controverſiam hanc copioſè & doctiſſimè tractat. Et num. 242. hanc ſtatuit concluſionem. Quando aliquid agibile non eſt à lege determinatum, ſed eſt ſub opinione, tunc in concurſu opi-*

*opinionis probabilis pro una parte, & probabilioris pro alia, prudentia dictat, ſolam probabiliorem eſſe eligendam; numquam verò minùs probabilem. Eſt Scoti ut ſupra, & D. Thomæ quodlib. 8. art. 13. Colligitur etiam ex D. Bonaventura, & aliis adducendis in probationibus. Hæc concluſio probatur plurimis modis, à priori, ab abſurdis, ab exemplo, ab autoritate. Hæc ibi. Et ſtatim omnibus his mediis concluſionem probat. Et in 4. probatione ſic arguit. Quando opinio eſt dubia, nempè cum eſt æqualis ponderis cum alia, prudentia dictat vel neutram eligendam, vel tutiorem, ſi oportet operari. Ergo multò minus quando concurrit probabilis cum probabiliori, poterit eam dictare; ſed debet dictare probabiliorem, quando eſt tutior.*

*Ibidem num.* 103. *Cardinalis de Aguirre in prologo ad Tomos Conciliorum Hiſpaniæ, num.* 24. *ſubjungit. Verùm prolixus eſſem ſi omnes Dominos Cardinales probabiliſmi illius laxi inimicos, & tutiorum, aut ſaltem palam probabiliorum ſententiarum tenaces tam factis, quàm ſcriptis, jam vita functos nominare vellem. Inter tam multos eorumdem, qui uſque modò ſanctitate, aut doctrina inſigni floruerunt, vix credo invenietur aliquis qui aliter ſenſerit, aut docuerit. Imò & ex iis qui modò ſuperſtites ſunt, tam intra, quàm extra urbem, præſtanti pietate, & eruditione conſpicuis, ac toti orbi Chriſtiano notis, quorum judicia, ac ſententiæ mihi frequenter colloquio, ac variis congreſſibus innoteſcunt, nemo eſt ( quantum capio ) qui tam in Theorica, quàm in praxi non cenſeat, ſequendam omnino eſſe ſententiam tutiorem, vel ſaltem longè veriorem ac probabiliorem. Atque in ſacris hiſce Congregationibus quotidie occurrunt innumeræ cauſæ, quarum deciſio ex ſacris Conciliorum Canonibus pendet: ubi autem*

*variæ autorum occurrunt ſententiæ, illa omnino præfertur, quæ omnibus hinc inde conſideratis, tutior videtur, aut juri & æquitati conformior. Nimirùm hic fuit ſemper Spiritus Eccleſiæ, tam in Pontificibus Romanis, Cardinalibus, Epiſcopis, quotquot Canones Conciliorum ediderunt, quàm in iis, qui pietatis & doctrinæ laude illos uſque modò imitati ſunt. Vnde ab initio ferè Pontificatus laudati Alexandri 7. mirum eſt, quo zelo, qua eruditione, & conſtantia quamplurimi Epiſcopi præſtantiſſimi nominis, partim vita functi, partim ſuperſtites, probabiliſmum luxuriantem repreſſerint.*

Specimen Theol. moral.lib. 1.q.7.nu. 407.

Præpoſito Generali adſtipulatur R. P. Joannes Franciſcus Malatra Societatis Jeſu, dum aſſerit, quòd *è duabus opinionibus inter ſe contrariis, licitum non eſt ſequi minùs probabilem minùſque tutam, ſeu, quod eodem redit, non licet ſequi opinionem minùs probabilem pro libertate, relicta probabiliore pro lege; ei videlicet, qui agnoſcit, magis tutam eſſe magis probabilem*. Et paulò inferiùs: *E duabus opinionibus contrariis & æquè probabilibus, non licet ſequi minùs tutam; ſed eſt obligatio ſequendi tutiorem*.

Ibid. q.8. n.620.

P. Auguſtinus de Angelis.

R. P. Auguſtinus de Angelis, Congregationis Somaſchæ Cleric. Regul. Profeſsor, S. Theol. in Romana Sapientia, & Conſult. S. Congregat. Indicis in Tractatu de recto uſu opinionis probabilis, Lectione 5. ſic habet: *Ex duabus opinionibus, quarum una ſit probabilis, & ſtet pro libertate & commodo: altera probabilior ſeu moraliter certa, quæ ſtet pro præcepto & lege divina; hæc ſequenda eſt viro prudenti & circumſpecto, illa rejicienda.*

Theol. Dogmatica, & moralis,

R. P. Natalis Alexander Ordinis Præd. probabilitatem promiſcuam pleno calamo

eru-

eruditiſſimè excludit, & evertit, Tom. 7. de peccatis part. 1. lib. 3. Regulâ 13. & ſequentibus.

Quod antea eximiè præſtiterat P. Vincentius Contenſonius, in præclaro Tractatu, De Novello probabilitatis commento. Vincent. Contēſon, Ord. Præd. in Theol. mentis & cordis, Tract. de Novello Probabilitatis commento.

Demùm perlegatur Diſputatio Theologica, de opinionum delectu in quæſtionibus moralibus, authore Antonio Charlas S. Theol. Doctore, Romæ edita an. 1695. in quâ celeberrima de probabilitate diſceptatio dilucidè explicatur, & argumentis tractatur ſolidis atque ad omnium captum accommodatis.

*Quæſt.* 9. Quid agere debet ille qui, ut ita dicam, inter duo peccata fluctuat, ita ut neceſſe habeat, unum ex duobus perpetrare; quod non poteſt accidere, niſi ex conſcientia erronea, quia nunquam abſolutè poſſumus eſſe in neceſſitate peccandi. Exempli gratiâ, ſi quis juraverit ſe hominem occiſurum, & ei deinde conſcientia ſuadeat ſe perjurii reum fore ſi non occidat; & ex alia parte homicidii reum, ſi occidat?

*Reſp.* In his anguſtiis deberet quis id agere, quod habetur in Concilio Toletano relato in Canone: *Duo mala*, inquit Concilium, *licèt omninò cautiſſimè ſint præcavenda, tamen ſi periculi neceſſitas, unum ex his perpetrare compulerit, id debemus reſolvere quod minori nexu noſcitur obligare.* Can. Duo mala, diſt. 13. Quod à ſancto Gregorio, appoſitâ ſimilitudine adhibitâ, confirmatur, dum loquitur: *Si omnino nullus ſine peccato evadendi aditus patet, minora ſemper eligantur: quia & qui murorum undique ambitu ne fugiat clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, ubi brevior murus invenitur.* D. Greg. relatus in Can. Nervi, diſt. 13. Videantur quæ diximus ſupra c. 4. num. 3. 4.

ptiſmum recipere, & ex alia parte dubitare, utrum liceat Baptiſmum apud Donatiſtas recipere: in quo caſu aſſerit ſanctus Auguſtinus, quòd, *Si dubium haberet non illic* (ſcilicet apud Donatiſtas) *rectè accipi, quòd in Catholica rectè accipi certum haberet: graviter peccaret in rebus ad ſalutem pertinentibus, vel eo ſolo quòd certis incerta præponeret. Accipere itaque*, ſubdit idem ſanctus Doctor, *in parte Donati, ſi incertum eſt eſſe peccatum, quis dubitet certum eſſe peccatum, non ibi potiùs accipere, ubi certum eſt non eſſe peccatum?* Videmus igitur ſanctum Auguſtinum hoc in loco eos damnare, qui dicunt, illum qui eſt inter duas opiniones æquè probabiles, quarum una aſſerit talem actionem eſſe prohibitam, & alia dicit licitam eſſe, poſſe ſequi in praxi illam ex his duabus opinionibus, quæ minùs tuta eſt; nam in caſu ſupra relato, Donatiſta erat inter duas opiniones æquè probabiles, quarum una Baptiſmum apud Donatiſtas recipere licitum eſſe dicebat, cùm ipſi etiam Catholici faterentur, Baptiſmum ab his hæreticis adminiſtratum validum eſſe; ait enim ſanctus Auguſtinus ibidem cap. 3. *Dicimus eſſe apud Donatiſtas Baptiſmum, non autem illic rectè accipi*: Alia verò opinio aſſerebat, quòd quamvis Baptiſmus ille eſſet validus, tamen recipi non poterat ſine peccato, quia in hoc quis ſchiſmatis Donatiſtarum particeps fiebat; & ita, juxta probabiliſtarum ſenſum & doctrinam, poterat ille homo, auxilio actûs reflexi, ita diſſerere: Ille qui ſequitur opinionem, quam probabilem putat, etiam in concurſu alterius opinionis æquè probabilis & magis tutæ, prudenter & ſine peccato operatur; ſed ego puto probabiliter licere recipere Baptiſmum apud

S. Aug. lib. 1. de Bapt. cont. Donat. c. 3.

Ibid. c. 5.

Donatiſtas, licèt æquè probabile ſit, id fieri non poſſe ſine peccato: Ergo operabor prudenter, & ſine peccato, dum recipiam Baptiſmum apud Donatiſtas.

Illud argumentum demonſtrativum erat, juxta probabiliſtarum principia; ſed cùm illa principia falſa ſint, his rejectis & non obſtantibus, ſanctus Auguſtinus illum condemnat, qui hoc modo diſpoſitus reciperet Baptiſmum apud Donatiſtas, ob eam ſolam rationem, quòd in rebus ad ſalutem pertinentibus, certis incerta præponeret. Nec ad eludendam illam ſancti Doctoris authoritatem, dici poteſt, quòd in hoc caſu de Sacramento agebatur, & quòd probabiliſtæ communiter aſſerunt, teneri quemlibet in illorum adminiſtratione incertis certa præponere, & opinionem tutiorem amplecti in concurſu alterius exiſtimatæ probabilis; nam illa limitatio probabilitatis locum non habet, niſi dum de materia, aut forma Sacramentorum agitur, quia illarum defectus Sacramenta invalida reddit & nulla: Et nunquam dixere probabiliſtæ, nos non poſſe ſequi opinionem probabilem, dum quæritur, utrum liceat, aut non liceat recipere aliquod Sacramentum à miniſtro, qui abſque ullo dubio poteſt illud validè conferre; & re verâ ſi id aſſererent, nullo modo juxta propria principia ratiocinarentur: nam dum quæritur, utrum liceat, an non, recipere Sacramentum ab aliquo, qui poteſt illud validè adminiſtrare, illa quæſtio ad materiam præceptorum, non ad materiam Sacramentorum pertinet: atqui in caſu à ſancto Auguſtino propoſito non dubitabat Donatiſta de validitate Baptiſmi, ſive apud Donatiſtas ſive apud Catholicos reciperetur, cùm ipſi Catholici dicerent

Baptiſ-

Baptiſmum Donatiſtarum validum eſſe, apud illos non poſſe recipi ſine peccato. Et ita dubitabatur tantùm in hoc caſu, utrum liceret an non, recipere Baptiſmum apud Donatiſtas, id eſt, utrum adeſſet aliquod præceptum prohibens recipere Baptiſmum alibi, quàm in Eccleſia Catholica; & evidens eſt, tale dubium ad præcepta, non ad Sacramenta pertinere, cùm neque de eorum materia, neque de forma, neque de validitate agatur. Igitur dum loquens ſanctus Auguſtinus de illo præcepto recipiendi Sacramenta in Eccleſia Catholica, aſſerit, neminem poſſe ſine peccato certis incerta præponere, oſtendit, idem planè in materia aliorum præceptorum dicendum eſſe: quod eò magis conſtat, quòd ratio quâ utitur generaliter, & ſine ullâ exceptione, ad omnia præcepta pertinet, S. Aug. ib. c. 3. cùm dicat, quòd ille: *In rebus ad ſalutem animæ pertinentibus, graviter peccat, qui certis incerta præponit.* Igitur, juxta doctrinam ſancti Auguſtini, quando ſumus inter duas opiniones æquè probabiles, tenemur ſequi in praxi illam quæ tutior eſt, id eſt, quæ nos magis à peccato removet.

Poteſt in hac materia videri, quod diximus infrà Tomo 4. tract. de Sacramento matrim. cap. 10. num. 27. Ibi lector invenire poterit argumentum, quod demonſtrativum videtur contra probabiliſtas. Conficitur autem ex autoritate ſummorum Pontificum, Lucii 3. Innocenti 3. & Clementis 3. Et ex doctrina ſancti Thomæ & ſancti Bonaventuræ in reſolutione caſus, qui expreſſus omninò videtur ſuper hac materia. Videatur etiam, quod dictum eſt in materia voti Tom. 6. tract. 2.

cap. 2. nu. 48. ex ſancto Thomâ, & ſancto Antonino.

*Quæſt.* 3. Quid agendum eſſet illi, qui non diſcerneret inter duas opiniones dubias, quænam ſit tutior?

*Reſp.* In his anguſtiis, qui verè vult peccatum vitare, nullo modo attendere debet ad quodlibet intereſſe temporale, aut ad id ad quod voluntas ſua propendet & inclinat; ſed illud ſequendum eſt, quod regulis conſtitutis ab Eccleſia aut aliis noſtris ſuperioribus magis conforme apparet, & inſuper ſtatuere amplecti conſilium, quod nobis à Directore ſpirituali pio, docto, & ab omni humano intereſſe libero dabitur.

---

## Caput VIII.

### *De Conſcientia ſcrupuloſa.*

*Quæſt.* 1. IN quo conſiſtit conſcientiæ ſcrupulus?

*Reſp.* Sanctus Antoninus docet, nihil aliud eſſe quàm timorem provenientem à levibus & minùs ſolidis conjecturis, qui animum incertum & vacillantem reddit: *Scrupulus*, inquit, *eſt vacillatio quædam conſurgens cum formidine ex aliquibus conjecturis debilibus & incertis:* In quo ſcrupulus à dubio multùm differt; ſcrupulus namque conſiſtit in metu, qui verum fundamentum, aut bonam rationem non habet, quique non impedit, quominùs ſatis ſuperſit luminis ad diſcernendum & judicandum, opinionem quæ ſcrupulo contraria eſt, probabiliorem eſſe; è contra dubium in juſto & benè fundato timore conſiſtit, qui ita animum & intellectum noſtrum

D. Ant. 1. p. tit. 3. c. 10. §. 9.

ſtrum

rum dividit, & fluctuantem reddit, ut non
ıagis probabilis appareat una opinio,
uàm alia contraria; aut ſaltem adeò levis
ifferentia videatur, ut ſuperſit ſemper ju-
ta timendi cauſa?

*Quæſt.* 2. Quid agendum, quando occur-
unt ſcrupuli?

*Reſp.* Poteſt quis, ſpretis omnibus ſcru-
pulis, amplecti eam opinionem quæ no-
tabiliter probabilior apparet; quia, ut ait
idem ſanctus Antoninus: *In humanis agi-* D. Ant. 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10.
*bilibus, quæ tantam habent varietatem, te-
ſte Ariſtotele & experientia, ſufficit talis cer-
titudo, quæ non ſemper ſcrupulos omnes abji-
ciat; ſed ſufficit ut contemnat, & ſuperet eos.*
Et juxta Decretum Innocentii tertii: *Si* Can. Inquiſitioni de ſent. excom.
*quis habet conſcientiam ex credulitate levi &
temeraria, conſcientia levis, & temerariæ
credulitatis exploſa, ad ſui Paſtoris conſilium
licitè agere poteſt.* Ex qua tanti Pontificis
ſententia ſequitur, illum qui aliquo ſcru-
pulo, qui ex levi conjectura oritur, turba-
tur, debere ſolummodo illud bono dire-
ctori aperire, & illius conſilium fideliter &
humiliter ſequi.

Non ingratam neque inutilem, tum ad
inſtructionem tum ad ædificationem Le-
ctoris, operam me præſtiturum credidi, ſi
huic de Probabilitate Tractatui adjicerem,
eique inſererem mandatum ſeu edictum ſo-
lidâ eruditione plenum contra Caſuiſta-
rum Apologiam, & probabilitatis errores
ab Illuſtriſſimo Galliæ Epiſcopo confe-
ctum, multis iiſque egregiis libris pietate
& doctrinâ conſpicuis totâ Galliâ celebra-
tiſſimo.

*Mandatum Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi
Vencienſis Epiſcopi.*

Antonius Godeav, Dei & Apoſtolicæ
Sedis gratiâ, Epiſcopus Vencienſis, omni-

 bus

bus Prioribus, Vicariis, Curatis, & Conſeſſariis noſtræ Diœceſis, ſalutem & benedictionem in Domino.

Quoniam non ſine ſummo noſtro dolore, morum corruptelam inter Chriſtianos ita quotidie creſcere videmus, ut non ſolùm peccatores de criminibus vix cogitent, in quibus vitam ſuam continuò tranſigunt; verùm etiam deplorandâ quâdam cæcitate ita perculſi ſunt, ut eorum deformitatem non agnoſcant, ac ſæpè ſe credant innocentes, cùm tamen coram Deo multùm ſint criminoſi: Summâ igitur curâ & ardenti deſiderio huic tanto malo cenſuimus occurrendum, ut languidis illis Chriſtianis, ſuumque morbum amantibus, quique ſe credunt ſanos, licèt ab omni ſanitate maximè ſint alieni, opem aliquam præſtaremus, eiſque pro poſſe mederemur.

Hanc autem tantam calamitatem Chriſtianis accidere perſpeximus, & hauriri non modò ex prava concupiſcentia quam naſcendo contrahunt homines, aut opera ſeductoris hujus ſæculi principis cui famulantur opes, voluptates, & honores, ad corrumpendos fideles, eoſque à Deo avertendos: verùm etiam hoc malum ab ipſis conſcientiarum medicis, id eſt Confeſſariis proficiſci animadvertimus, qui vel ſufficienti lumine ad animas regendas præditi non ſunt, aut lumen illud ſuum ex Caſuiſtis modernis potiùs haurire volunt, quàm ex divinis Scripturis, ſacris Conciliis, ſanctis Patribus & antiquis Eccleſiæ Doctoribus; novi enim illi autores, zelo quodam, qui certè non eſt ſecundùm ſcientiam, volentes facilem exhibere Chriſtianis mandatorum Dei obſervationem, & expeditam ad cœlum viam tradere, ita infirmarunt, & infelici ſucceſſu Euangelii

præ-

ecepta corruperunt, ſanctamque Eccle-
traditionem & praxim, ut vix ulla ſit
nriſtianæ moralis pars, in quam benè
ultas corruptiones non invexerint.

Dubium non eſt, quin Chriſtus Domi-
ıs, ſicut definiit quæ credenda ſunt, ita
iam definierit quæ ſunt agenda: ipſe vo-
ıtur via, per quam incedere debemus,
uemadmodum vocatur veritas, quam
ebemus credere; & in Euangelio patet,
um non minorem adhibuiſſe curam in
noribus formandis, quàm in fidei doctrina
radenda; nec tantùm dixit: *Qui non cre-
diderit, condemnabitur*; verùm etiam, *Si vis
ad vitam ingredi, ſerva mandata.* In judi-
cio ſuo declarat præcipuam damnationis
Chriſtianorum rationem fore, quòd miſe-
ricordiæ opera non exercuerint. Denique
priùs incepit facere, deinde verò docere:
Primò autem docuit, ut homines pœniten-
tiam agerent. Gentium Apoſtolus in Epi-
ſtolis ſuis myſteria quidem religionis expo-
ſuit, verùm non minorem adhibuit curam,
ut mores eorum, ad quos ſcribit, informa-
ret, ac vivendi rationem traderet, ut actio-
nes fidelium fidei ſanctitati reſponderent,
ne nomen Domini ab infidelibus blaſphe-
maretur. Sancti Patres eamdem ſecuti ſunt
methodum, tamque clarè & apertè de præ-
cipuis verorum Chriſtianorum officiis lo-
quuntur, ut quiſquis voluerit eos legere,
eorumdem ſententiam atque doctrinam
facilè percipiat: illam autem ſemper hau-
ſerunt ex ſacris Scripturis & Eccleſiæ tra-
ditione, tanquam ex limpidiſſimo fonte
qui eodem modo ac tenore ſemper fluit,
nec ulli corruptioni eſt obnoxius; & licèt
aliquoties de quibuſdam Quæſtionibus
moralibus dubitaverint (neque enim gene-
raliter loquendo, negamus ullas eſſe opi-
nio-

niones probabiles, licèt longè pauciores ſint, quàm credant Caſuiſtæ) in eorum tamen ſcriptis nullum reperire licet veſtigium imaginarii illius dogmatis, quòd verum & falſum æquali ſecuritate ad cœlum nos ducant.

Quâ tandem igitur ratione novi Caſuiſtæ moralem Chriſtianam Doctrinam, quæ in præceptis ſuis ſemper eadem ac ſemper conſtans & firma eſſe debet, in Pyrrhonicam & Academicam ſectam commutarunt? Ubi non tantùm reperitur, & aſſeritur Eſt & Non eſt, ſeu affirmatio & negatio, verùm etiam æquè tutæ ſunt: ubi eadem actio modò peccatum eſt, modò non, ex quo novus quidam Doctor eam licitam eſſe docuit; ubi tandem humana mens cum veritate infeliciter jocatur in ruinam ſalutis Animarum, adhibito pernicioſo & deteſtabili probabilitatis dogmate.

Inventum hoc ſine dubio à Patre mendacii excogitatum fuit, eoque poſtremis his temporibus graviter abutitur, ut Euangelii placita præceptaque prorsùs eludat, & carnalem hominem Chriſtianæ veritatis ſuæque ſalutis arbitrum reddat. Cùm enim Euangelium aſſerat: *Veritas liberabit vos*, totamque noſtram ſalutem ab eâ pendere: nec judicandos nos ſecundùm verba hominum, verùm ſecundùm Verbum Dei: *Sermo*, inquit, *quem locutus ſum vobis, ipſe vos judicabit in noviſſimo die*; Et ita qui ducem ſequitur cæcum, id eſt, qui ſua aut aliena ratione regitur, ſine dubio in foveam cadet; cùm S. Thomas omneſque veri Theologi doceant, legem Dei immutabilem eſſe actionum noſtrarum regulam, omnemque actum ei contrarium, eſſe neceſſariò malum; cùm omnes hi Theologi conſtanter doceant, conſcientiam erroneam,

Joan. 12. v.48.

:am, ſeu eam quæ ſequitur opinionem
lſam & veritati contrariam, non omni-
ò excuſare à peccato in his quæ juris ſunt
aturalis; *Error enim*, inquit S. Thomas, Quodlib. 9. art. 15.
*uo non creditur eſſe peccatum mortale, quod
ſt peccatum mortale, conſcientiam non excu-
at à toto, licèt fortè à tanto.*

Hi verò novi Doctores regulam planè
:ontrariam ſtabiliunt, nimirùm parvi pror-
ùs intereſſe, quòd opiniones re verâ veræ
ſint aut falſæ, ſed planè ſufficere quòd ſint
probabiles: hoc eſt, ut ipſi ſuam interpre-
tantur mentem, ſufficit, quòd probabiles
videantut iis à quibus aſſeruntur, aut ut
aliqua fulciantur ratione ſeu alicujus Do-
ctoris authoritate: alterutra enim proba-
bilitas ſecundùm ipſos ſufficit, ut videre
licet apud Caramuelem. Nonnunquàm Caramuel.
quidem adjiciunt, neceſſe eſt, ut hæ ratio- Theolog.
nes ſolidæ ſint, & ut opinio quæ probabilis fundam.
cenſetur, non ſit contraria ſcripturæ nec p. 132.
traditioni; verùm laqueos tantùm tendunt
ignarorum hominum ſimplicitati, ut eos
his illuſionibus & æquivocationibus deci-
piant; quoniam per has rationes ſolidas,
non intelligunt rationes re ipſa veras, cùm
tales reperiri minimè poſſint ad confirman-
das opiniones falſas, quibus certè accenſe-
ri debet magna probabilium opinionum
pars, quæ cùm ſibi invicem adverſentur,
ſimul veræ eſſe non poſſunt. Has ergo illi
ſolidas vocant, quæ ſolidæ probantibus
videntur. Hoc verò omnibus ſine exceptio-
ne erroribus convenit. Vix enim quiſquam
ullum tuetur errorem, qui non ſolidas
in judicando rationes ſequi ſibi perſua-
deat.

Nec volunt etiam Caſuiſtæ, ſuas proba-
bilitates reipſa ſcripturæ traditioniſque
principiis non repugnare: ſic enim omnes
om-

omninò falſas opiniones rejicerent. Quid ergo? Id demùm, ut qui eas tuentur, ſcripturæ ac traditioni contrarias eſſe non exiſtiment. Quid ſi habeantur contrariæ? nec ſic probabilitatem amittent; ſufficit enim quoſdam Caſuiſtas aliter judicare; tunc enim ex Vaſquesio, Sanchez, Eſcobario debet quis ſibi perſuadere, id quod ſibi ineluctabile videtur, reverà non eſſe, & ab alio ſolutiones quaſdam ac reſponſiones inventum iri. Itaque ex illis Caſuiſtis, ut aliqua opinio plenam habeat in conſcientia ſecuritatem, id demùm requiritur, ut qui eam ſuis conſentaneam cupiditatibus judicat, vel propter aliquam apparentem rationem, vel etiam contra propriam rationem, propter ſolam nimirùm aliorum authoritatem, eam eſſe probabilem, nec evidenter falſam, ſibi in animum inducat.

Vaſq. in 1.2.diſput. 62. n.18. Thomas Sanchez lib. 169. Eſcob. in prolog.

Sic humana ratio, quamlibet cæca & peccato depravata, certa noſtrorum actuum regula conſtituitur, cui ſuum judicium Deus ipſe accommodare debeat, inſonteſque pronunciare, quos divina lex damnat, & humana probabilitas abſolvit. Sic neſcio quibus ſcriptoribus nunquam ab Eccleſia probatis, genus quoddam infallibilitatis tribuitur, ab eâ longè diverſum quam in Catholica Eccleſia Catholici omnes agnoſcunt; propterea enim falli nos ab Eccleſia non poſſe confidimus, quia promiſſi à Chriſto Spiritûs munita præſidio, nec in fide ipſa, nec in morum regulis falli poteſt. At illi contrà cùm ſe ſæpiùs errare, nec ullam ſibi veritatis in opinionibus probabilibus certam cognitionem adeſſe fateantur; imò cùm alii aliis inter ſe oppoſiti ſint, adeoque plures errore teneri neceſſe ſit: inauditâ tamen abſurditate, incer-

ſe ad veritatis viam duces, certos ad ve-
tis regnum profitentur; nec minùs tutò
nas à ſe regi contendunt, cùm à via
rrant, quàm cum rectam inſiſtunt viam;
tremò non minùs tutum in ore ſuo eſſe
ndacium, quàm in ore Christi, Apoſto-
um, Patrum veritas fuit.

ed poſſemus juſtè ab his Caſuiſtis pete-
quis illis talem dederit authoritatem?
uodnam habeant fundamentum hujus
extraordinarii privilegii, quod neque
mi Pontifices neque Patres unquam
ttribuerunt? illi inquam, quos Eccleſia
ùm tolerat, nullatenùs verò probat; &
tolerat quidem, quoniam non raro
mi Pontifices, Epiſcopi, & Theologiæ
ultates ſummo cum rigore nonnullos
ſuris affecerunt condemnaruntque;
d quidem ſatis declarat, eorum opinio-
non eſſe doctrinam Christi ſponſæ, quæ
ſine macula & ruga, tam in morum
n in fidei doctrinâ.

orum autem malorum origo & cauſa
quòd ſibi ſemel perſuaſerint principio
dam generali, veritatem eſſe prorſus
ilem; unde factum eſt, ut nullam dili-
iam ad eam investigandam adhibue-
; neglectis prædictis veris fontibus, unde
m poteſt oriri, ſcriptura ſcilicet ſacra &
leſiæ traditione: neglectis etiam veris
lis, quibus dicta veritas indagatur, ora-
e ſcilicet humilique & accurato & anti-
atis ſtudio, *Euanuerunt in cogitationi-
bus*, reſolutiones ſuas atque reſponſa
ſupra Euangelii ſtabilierunt Petram,
firma prorſus eſt & inconcuſſa, ſed ſu-
quorumdam novorum ſcriptorum au-
itatem, ſupra rationes humanas, & ſu-
nimium ſtudium hominum infirmitati
quendi; unde fit, ut laxiſſimas quaſque
opi-

opinionem amplectantur, & conentur latam ad cœlum viam ſternere, novo ſuæ probabilitatis commento; verùm tam falſa eſt eorum charitas, quam eorum ſcientia incerta eſt & obſcura.

Licèt enim charitas compaſſionem doceat, non tamen regularum morum everſionem docet: adjuvandi ſunt homines, ut ſalutem conſequantur, verùm non ſunt ducendi per viam quæ à ſalute recedit, etiamſi tali ſpecie aut prætextu veſtiatur ut ad illam ducere quodammodò videatur. Hæc via tam antiqua eſt quàm ipſum Euangelium, & quiſquis novam reperire velit quæ facilis ſit & commoda, ſeipſum primò decipit, tum fallit eos quorum dux eſſe deſiderat; quia Jeſus-Chriſtus ore ſuo pronunciavit, viam quæ ducit ad vitam, eſſe anguſtam, eam verò quæ ducit ad mortem, latam eſſe: per primam paucos, per ſecundam multos incedere; unde Sanctus Lucas refert, quòd Chriſtus, *Dicebat ad omnes: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie.* Id igitur nobis quoque dicebat Chriſtus, neque minùs nos quàm primos Chriſtianos per viam anguſtam vult incedere, vitamque agere crucifixam, non autem voluptuoſam, delicatam & mollem, qualem novi Caſuiſtæ permittunt, enervantes Jejunii obligationem, modumque præſcribentes minimè laborioſum minimèque pœnitentem, ut Eſcobarius & alii apud eundem Caſuiſtæ: non prohibentes manducare & bibere propter ſolam voluptatem guſtus, ut Apologiſta, contra naturam hujus actionis & Apoſtoli præceptum, qui vult ut fideles, ſive manducent, ſive bibant, ſive quidquam aliud agant, omnia faciant in nomine Chriſti & propter gloriam Dei: re-

Cap. 9. v. 23.

Eſcob. Th. mor. tr. 1. ex. 13. c. 3. nu. 32. 40. 45. 46. 67. & alii Caſuiſtæ apud eumdem. Apol. pag. 136.

nquentes peccatores in proximis pec-
di occaſionibus, ut Apologiſta & Bau-
s: permittentes eos occidere, qui aſſe-
t nos mentiri, aut injuriis nos afficiunt,
Leſſius: aut qui bona noſtra rapiunt &
iunt, modò res ſint alicujus momenti
pretii: aut qui fuſte volunt nos excipe-
aut alapam impingere, ut Filiutius &
: aut demùm qui honorem noſtrum ca-
nniis laceſſunt: docentes etiam ſervos
ri bona dominorum, donec larga ſibi
endia compleant: uſuræ facultatem
bentes, ac ſimoniam licitam perhiben-
idiculis ſuis diſtinctionibus, & imagi-
is intentionis directionibus.

Apol.p.40. Bauny de pœnit.1.p. tr.4.q.13.

ıt quoniam, ſi hæc decreta dumtaxat
quàm probabilia propoſuiſſent, non
s ampla fuiſſet hominibus eorum ſe-
ndorum libertas, ſi probabiliora tutio-
ue minùs probabilibus ac minùs tutis
ponenda cenſuiſſent, cùm ferè laxis il-
pinionibus contrariæ tutiores proba-
reſque ſint: etiam hunc humanæ cu-
tati oppoſitum obicem perrumpere co-
ſunt, contrario morum principio,
d ab omnibus antiquis Theologis op-
natum fatentur, ſtabilito: licere ni-
im relictâ tutiore ac probabiliore, mi-
probabilem, ac minùs tutam amplecti,
rique Confeſſarios ex falſa illa regula
œnitentibus judicare. Poſtremò Con-
rios poſſe ex aliorum, quam falſam
nt, ſententiâ conſilium dare, ſi hoc
itentibus exoptatius eſſe ſentiant.

on hìc agitur, an quis privato judicio
ſus, propriam deponere opinionem
poſſit, alteriuſque ſe judicio ſubjicere,
n ex prudentiæ Chriſtianæ regulâ do-
rem ſe & cæleſti lumine uberiùs illu-
um ſentit, quod licitum eſſe nemo
du-

dubitat, modò quis puram omninò intentionem habeat, unam veritatem inquirat; tunc enim fides illa, ac perſuaſio, quâ quis alium putat ſcientiâ veritatis inſtructiorem, hoc ab animo noſtro judicium elicit, ejus opinionem noſtrâ probabiliorem eſſe. Sed ibi præcisè ſita quæſtio, an qui omnibus tum rationibus, tum authoritatibus inter ſe libratis, in eâ opinione tanquam probabiliore permanet, aliquid divinâ lege illicitum eſſe, id nihilominus tutâ conſcientiâ facere poſſit, quod aliundè ſuppetant nonnullæ rationes, vel authoritates, quæ licitum id eſſe probare videantur, quamvis illas minoris eſſe ponderis judicet, quàm eas quibus illicitum probatur. Hoc docent illi Caſuiſtæ, etiam propriâ opinione tanquam probabiliori retentâ, ut ajunt Sanchez & Vaſquez. Hoc verò conſcientiam manifeſtè violari, vel ipſo communis ſenſûs lumine patet. Cùm enim animus noſter variis, tum rationibus, tum authoritatibus diſtrahatur, quibus illæ aliquid legi divinæ contrarium eſſe, illæ non eſſe perſuadent, dubius ille & anceps maneat neceſſe eſt, ſi eas æquè probabiles judicet. Quo caſu, & ex Ethnicis, qui vetabant, ut ait Cicero, quidquam agere, quod dubites æquum ſit an iniquum: & ex illa Juris Canonici lege, *In dubiis tutior pars eligenda*, id de quo dubitamus an ſit licitum, facere non licet: aut ſi quæ rationes probant rem eſſe illicitam, eæ graviores probabilioreſque videntur; fieri non poteſt, quin illis judicium noſtrum, id eſt, conſcientia aſſentiatur; adeoque ſi illud ipſum nihilominus agamus, manifeſtè conſcientiæ noſtræ judicium violamus, quod omnes fatentur vitioſum ac pravum, etiamſi conſcientia noſtra fortè erronea ſit.

Sanch. in ſum. lib. 2. c. 93. n. 14. Vaſquez in 1. 2. diſp. 62. n. 14.

Cic. 1. de officiis.

Quòd

Quòd ſi quis, ut ſolent illi Caſuiſtæ, reſpondeat, eum qui facit quod probabilius putat eſſe peccatum, privatam ſibi conſcientiam fingere, quâ ſic agere ſibi licitum putet; idem eſt profectò, ac ſi diceretur, propterea ipſum contra conſcientiam non agere, quia ſibi licitum putat contra conſcientiam agere: aut eum non agere contra conſcientiam ſuam, quia conſcientiam habet nullam. Enim verò ſi quis nullam cenſeatur habere religionem, quoties plures religiones ſequitur, non video, qualem habere conſcientiam poſſit is, qui tot habet conſcientias, ut eas pro nutu & arbitrio ſuo commutet, ſine ulla ſententiæ mutatione & ſine ullo novo lumine: quique diverſas ſibi fingit conſcientias ſecundùm varias utilitates & affectus ſuos, quique in diverſis Caſuiſtarum opinionibus inveſtigat, quod cupiditati ſuæ favet, & qui lubens ac volens ſe excæcat, ac in praxi ſequitur, quod proprio tamen judicio legi Dei contrarium eſſe credit.

Recedamus, viri fratres, à prodigioſis illis erroribus, legem Dei toto corde quæramus, eam diu noctuque meditemur, nec alibi ſecuritatem eſſe putemus, quàm in accurata ejus obſervatione. Si quod dubium nobis occurrat, conſulamus noſtram conſcientiam, ac caveamus ab eo, quod probabiliter peccatum eſſe judicamus. Hoc omnes ſancti ſuo exemplo ſuiſque ſcriptis nos docuere, haſque veritates ſanè capitales, nitidè incluſas videre licet apud D. Thomam quodlibeto octavo, ubi quærit, an liceat plures habere præbendas; quæ quæſtio tunc inter Doctores agitabatur, non ſine diverſitate opinionum. *Dicendum*, inquit divus Thomas, *quòd duobus modis aliquis ad peccatum obligatur: uno modo, faciendo con-* D. Thom. quodlib. 8. art. 13.

*tra*

*tra legem, ut cùm aliquis fornicatur: alio modo, faciendo contra conſcientiam, etiamſi non ſit contra legem; ut ſi conſcientia dictat alicui, quòd levare feſtucam de terra, ſit peccatum mortale. Ex conſcientia autem obligatur aliquis ad peccatum, ſive habeat certam fidem de contrario ejus quod agit, ſive etiam habeat opinionem, cum aliqua dubitatione. Illud autem quod agitur contra legem, ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc quod eſt ſecundùm conſcientiam; & ſimiliter, quod eſt contra conſcientiam, eſt malum, quamvis non ſit contra legem: quod autem nec contra conſcientiam, nec contra legem eſt, non poteſt eſſe peccatum. Dicendum eſt ergo, quòd quando duæ ſunt opiniones contrariæ de eodem, oportet eſſe alteram veram, & alteram falſam. Aut ergo ille qui facit contra opinionem magiſtrorum, utpotè habendo plures præbendas, facit contra veram opinionem, & ſic cùm faciat contra legem Dei, non excuſatur à peccato, quamvis non faciat contra conſcientiam: ſic enim contra legem Dei facit. Aut illa opinio non eſt vera, ſed magis contraria, quam iſte ſequitur, ita quòd verè licet habere plures præbendas; & tunc diſtinguendum eſt; quia aut talis habet conſcientiam de contrario, & ſic iterum peccat, contra conſcientiam faciens, quamvis non contra legem: aut non habet conſcientiam de contrario, ſed certitudinem; ſed tamen in quamdam dubitationem inducitur contrarietate opinionum: & ſic, ſi manente dubitatione plures præbendas habet, periculo ſe committit: & ſic procul dubio peccat, utpote magis amans beneficium temporale, quàm propriam ſalutem: aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.*

Hæc

Hæc verba ita clara ſunt atque perſpicua, & ita demonſtrant, opinionem falſam, licèt probabilis judicetur, non excuſare à peccato, nec licere facere quod per ſe licitum eſt, quando dubitatur, an ſit licitum; ut ſatis mirari non poſſimus cæcitatem eorum, qui hunc locum afferunt ad doctrinam probabilitatis ſtabiliendam.

Alexander de Ales concludit, quòd quando quis dubitat, utrum ſimonia ſit in aliquo contractu ſeu concordato quod pro beneficio intendit facere, ita ut quidam Doctores affirmativam teneant partem, alii verò negativam: nunquam tali contractui ſeu concordato conſentire debet, ne ſe exponat periculo peccati mortalis.

Adrianus ſextus, qui fuit inter primos ſui temporis Theologos, quique propter eximiam doctrinam & pietatem, poſtea ad ſummum Pontificatum promotus fuit, idem ſentit, non licere ſcilicet ſequi opinionem minùs tutam relictâ tutiori. Eamdem ſequitur doctrinam Cardinalis Cajetanus in ſumma; eumque imitantur melioris notæ Theologi, quorum authoritates hìc afferre tædioſum foret atque ſuperfluum; ſufficit cum S. Auguſtino aſſerere: *Nolo plura dicere de re tanta, quia melius eam committo fidelium gemitibus, quàm ſermonibus meis*. Enimverò humanæ mentis deviatio in hujus ætatis Caſuiſtis, digna potiùs eſt lacrymis quàm confutatione, ſatiuſque eſt preces quàm diſputationes adhibere, ne pereant ipſi, neve alios etiam damnabili ſuâ præſumptione perdant: *Quia*, inquit idem Auguſtinus, *cum iſtis non tam diſputationibus quàm orationibus eſt agendum: plus eis ſine dubitatione præſtamus, ſi ut corrigantur oremus, ne cum tantis ingeniis*

*geniis vel pereant, vel alios perdant præſumptione damnabili.*

Ut id agatis, vos etiam atque etiam hortor, fratres Chariſſimi, ut veſtra Charitas erga ipſos pateat, voſque inducat ad eorum ſortem deplorandam, eademque erga noſmetipſos charitas, eoſdem vos faciat devitare; atque ut minùs in opinionum delectu erretis, hoc ſemper generale placitum animis veſtris impreſſum habetote, quo majorem partem caſuum conſcientiæ, qui vobis proponentur, ſolvetis.

Chriſtianus eſt homo novus, qui veterem hominem exuit in baptiſmo: habere debet cogitationes & actiones novi hominis. Ubi igitur actio quædam vobis proponitur, attendite cui conformis ea ſit, ad veteris Adami mentem, aut ad novi hominis ſententiam. Quæ ad primum pertinent, nihil valent omninò, licèt ſubtilibus tegantur diſtinctionibus ex variis intentionis directionibus, quæ nihil aliud ſunt quàm excuſationes in peccatis. Legite diligenter & humiliter novum Teſtamentum, in quo Chriſtus Dominus exemplis ſuis ac verbis, ipſumque ſecuti Apoſtoli fideles docent vivendi modum quem ſequi debent, clarè, diſtinctè ſimplicique planè ſtylo; ſed cæleſti prorsùs unctione pleno. Huic lectioni, ſanctorum Patrum libros jungite qui de moribus agunt, ſi hujus lectionis capaces ſitis: quales ſunt eorum Homiliæ atque Epiſtolæ; ſed eas legite cum eâ mente quæ diſcipulos decet, non verò tanquam vani, ſuperbi, & curioſi cenſores, qui in Patrum ſcriptis ea inveſtigant quæ præjudicia propria, præconceptaſque opiniones confirmare valeant. Ab omni præterea dominandi in humanas mentes libidine immu-

immunes eſtote, atque liberi ab amicitia, gloria, honore, commodis hujus ſæculi; & quærite, non quæ veſtra ſunt, ſed quæ ad honorem Dei & ſalutem animarum, quæ vobis commiſſæ ſunt, pertinent.

Nolite citiùs, quàm par eſt, in reſolutionibus veſtris ac reſponſis properare; ſed diligenter ſingula conſiderate, ad orationem recurrite, & in gravioribus difficultatibus nos cum omni fiducia conſulite: Epiſcopus eſt ſuæ Diœceſis Caſuiſta veluti natus, quia illius eſt paſtor; ac Dei miſericordiâ ſperamus, ea nos ab ipſo recepturos lumina, quibus indigebimus, data qualibet occaſione, ut vobis reſpondeamus.

Denique ſequimini hanc regulam, de qua loquitur ſanctus Auguſtinus: *Quam nobis Deus & Prophetarum præſagio, & ſuſcepti hominis Sacramento, & Apoſtolorum teſtimonio, & Martyrum ſanguine, & gentium occupatione munivit*; Non autem eam viam quam novi tradiderunt Authores falſo lumine nitentes, quo ſunt ipſi decepti, qui non aliâ utuntur authoritate, quàm chimerica ſua & erronea imaginatione. Ab his ducibus cavete, qui multos ſolùm amant ſectatores, magiſque de turba ſequaci, quàm de bono regimine ſunt ſoliciti: hæc altis mentibus Prophetæ verba ſemper cuſtodite: *Hæc dicit Dominus: ſtate ſuper vias & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea.* Non ad novas vias indagandas nos mittit Propheta: novitas in negotio fidei ſemper ſuſpecta eſt: Vincentius Lirinenſis eam tradit tanquam certum minimèque dubium erroris ſignum: *Annunciare, inquit, aliquid Chriſtianis Catholicis præter id quod acceperunt, nunquàm licuit, nuſquàm licet,*

Jerem. c. 6. v. 16.

*numquàm licebit.* Dixerat antea Tertullianus, quòd *principalitas veritati, novitas mendacitati deputata eſt.* Hæc autem antiquitatis regula non minùs convenit doctrinæ morum, quàm doctrinæ myſteriorum fidei; ambæ enim idem irrevocabilis authoritatis habent principium, quod eſt ſcriptura ſacra, & Eccleſiæ traditio; fideſque vera eſt illa, quæ operatur per charitatem, quæque à charitate formatur.

In ultimo Cleri Gallicani conventu Lutetiæ celebrato anno 1656. Parochi Rotomagenſis civitatis, quos illuſtriſſimus eorum Archiepiſcopus eadem de cauſa mandaverat, ſimul cum Curatis Pariſinis, exhibuerunt eidem Clero Catalogum multarum propoſitionum, quas ex modernis quibuſdam Caſuiſtis traxerant, ut à dicto Clero examinarentur: earum lectio horrorem quemdam in animum audientium impreſſit, omneſque tunc aures obturare cogitavimus, ut fecere quondam Patres Concilii Nicæni, ne blaſphemias in Arrii libro conſcriptas audirent: omnes zelo quodam ardebant reprimendæ infidelium iſtorum ſcriptorum audaciæ, qui ſanctiſſima quæque Euangelii præcepta tam impudenter corrumpunt, ac doctrinam introducunt moralem, cujus vel honeſtos puderet paganos, quæque ipſos benè moratos Turcas poſſet offendere, illiſque ſcandalum exhibere. Verùm cum conventûs finis tunc immineret, nec vacaret omninò adſcriptos omnes authores legere, ut ſententia, cognitâ perſpectaque causâ, pronunciaretur, ac ſine ullo mentis partiumque præjudicio: cenſuit Clerus, ex ſententiâ clariſſimi viri Abbatis Cyronii, univerſitatis Toloſanæ Cancellarii, viri æquè docti ac pii, imprimi debere ipſius

Cleri

Cleri impenſis inſtructiones ſancti Caroli Borromæi Cardinalis & Archiepiſcopi Mediolanenſis, quas ille Confeſſariis ſuæ Diœceſis tradidit; creditumque eſt, dum Prælati tanto malo tamque urgenti judicis cenſuris obviare poſſent, quòd hic liber torrentem illum malarum opinionum, quæ ruinam Chriſtianæ moralis moliebantur, tanquam quidam obex poſſet ſiſtere.

Hoc idem opus vobis legendum nunc porrigimus, & hortamur, ut illud accuratè percurratis, ac ſumma cum diligentia & fide ſervetis. Eas ipſas inſtructiones ſtatutis ſynodalibus noſtris inſeruimus, ſaltem quoad maximam partem; verùm cùm jam authoritate tantorum Epiſcoporum fulciantur, qui eas publicandas cenſuerunt, illas denuò vobis tradimus, quaſi jam validiores, quàm cùm noſtra tantùm authoritate nitebantur: in his reperietis modum planè ſanctum regendi peccatores, quo pravis habitibus & conſuetudinibus exſpolientur, non verò in his confirmentur; retrahuntur etiam ab occaſionibus peccandi proximis, in quibus peribant; omnes frivolæ & inanes excuſationes ad laxos mores tuendos excinduntur: ſincerè prorſus explicant illæ inſtructiones, quid Deo, quid ſibi, & quid proximo debeant homines ſecundùm Euangelii regulas, non autem ſecundùm ſua commoda, pravoſque propriæ cupiditatis motus & affectus: veram tradunt agendæ pœnitentiæ normam, ſeveritate quadam, ſed ea certè prudenti, temperatam. Denique vos fideles diſpenſatores ſanguinis Jeſu Chriſti efficiunt, voſque judices pœnitentium veſtrorum conſtituunt, quales vos eſſe voluit Chriſtus; non autem ſervos, quales vos

vellent eſſe novi Caſuiſtæ, cogendo vos abſolutionem illis impendere, in quibus nulla ſpes emendationis apparet, eorumque erroneas ſequi opiniones contra proprium veſtrum judicium ac conſcientiam, ut videre eſt apud Baunium.

Bauni Th. moral. p. 1. tr. 4. q. 22. n. 100.

Ad veſtras fortaſſe manus perveniet liber quidam inſcriptus: *Apologia Caſuiſtarum contra calumnias Ianſeniſtarum*; cujus occaſione vos monere tenemur, quòd cùm crederemus, inſtructionum ſancti Caroli publicatione torrentem illum pravarum & periculoſarum opinionum recentiorum Caſuiſtarum ſiſti debere: comparuit pernicioſum hoc opus ad confirmandos omnes errores in Caſuiſtarum libris ſparſos, & ad erigendum veluti de veritate trophæum.

Vix in publicum prodierat, cùm horrorem & indignationem legentium omnium bonorum in ſe vehementer commovit. Enimverò auctor ejus diligenter congregaſſe videtur omnes ſordes, extravagantes quaſque opiniones & rationes, omnes judicii defectus & omnes corruptelas in recentibus Caſuiſtis paſſim effuſas: tantâque eas audaciâ & impudentiâ tuetur, ut tanta tamque prodigioſa cæcitas gemitus & ſuſpiria excitet piorum hominum: de quâ quidem cæcitate dici poteſt cum Auguſtino: *Spargens pœnales cæcitates ſuper illicitas cupiditates*. Stylus illius libri repens eſt atque humilis, ratiocinandi modus planè puerilis, argumenta prorſus infirma: Patres quos citat, impudentiſſimè corrumpit, ejuſque concluſiones falſæ ſunt & periculoſæ; totum opus furorem quemdam veneno infectum ſpirat contra Chriſtianæ moralis diffenſores, quos odio-

ſos

ſos exoſoſque efficere conatur, hæreticos appellando: Hi verò quos tales exhibere contendit, ſunt Parochi Pariſienſes, Rotomagenſes, & maximarum totius Regni civitatum: illi ſunt ſanctiſſimi Epiſcopi, piiſſimi Presbyteri, optimi Religioſi, qui palàm publicèque damnarunt quinque propoſitiones à ſummo Pontifice proſcriptas, quique Apoſtolicæ ſedi venerationem omnem exhibent, quæ à bonis & obedientibus Catholicis expectari poteſt.

Illuſtriſſimus Aurelianenſis Epiſcopus contra infelicem hunc librum primus vexillum extulit, eumque cenſurâ ſuo zelo dignâ, & ferventi defendendæ veritatis amore, damnavit, ad vindicandum Eccleſiæ honorem, & ſalutem animarum procurandam. Illum ſequuti ſunt Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Senonenſis, Rotomagenſis, Bituricenſis, & Epiſcopi Bellovacenſis, Andegavenſis, Nivernenſis, Electenſis, Convenenſis, Appamienſis, Vaſatenſis, Conſoranenſis, Tulenſis, Ebroicenſis, Lexovienſis, Catalaunenſis, Cadurcenſis, ac Vicarii generales Eminentiſſimi Cardinalis de Rets Archiepiſcopi Pariſienſis; Facultas quoque Theologiæ Pariſienſis ſuis cenſuris animi ſui horrorem ab ejuſmodi opinionibus & corruptelis ſignificarunt, quas Apologia tueri conatur.

Licèt autem poſt tantorum hominum judicium, noſtrum non magni videatur eſſe momenti; nihilo tamen minùs arbitrati ſumus, nos ex officio teneri eorum zelum imitari, ne muti videamur dum lupus circuit ovile, ut oves devoret. Cnm his igitur, in ſpiritu Epiſcopalis unitatis declaramus, poſtquam diligenter &

accuratè examinavimus librum inſcriptum, *Apologia Caſuiſtarum*, *&c.* nos eum comperiſse Euangelii placitis & præceptis contrarium, item exemplis Jeſu Chriſti, doctrinæ Apoſtolorum, ſanctorum Patrum opinionibus, definitionibus Eccleſiæ, ſecuritati & honori Principum eorumque Miniſtrorum & Magiſtratuum, familiarum tranquillitati, bono ſocietatis Civilis regimini prorsùs oppoſitum, propter innumeras propoſitiones falſas, temerarias, periculoſas, erroneas, & ſcandaloſas, quas tueri conatur hic liber; & tanquam talem damnamus, ac prohibemus, ne legatur, retineatur, vendatur, aut diſtribuatur in noſtra Diœceſi Chriſtianis ſolicitudini noſtræ Paſtorali commiſſis. Si quis autem Prior, Curatus, Vicarius, aut Presbyter hunc librum jam habeat, ei permittimus, ut eum retineat, eâ mente, ut videat placita & opiniones quæ deteſtari debet: prohibendo ſtrictiſſimè, ne illis utantur in conſcientiis dirigendis.

Hoc mandatum & edictum publicatum fuit in Synodo celebratâ in civitate Vencienſi die ſextâ Maji anno 1659. & publicis tabulis inſertum, ut eò recurrant, qui ejus opera indigebunt. Exſcriptum ex tabulis publicis ſpiritualibus Epiſcopatûs Vencienſis, die decimâ Maji 1659. per me Notarium & ſcribam, d'Eguigue.

C A-

# CAPUT IX.

## *De peccato in generali.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt peccatum generaliter ſumptum?

*Reſp.* Peccatum poteſt definiri, quòd ſit actus, per quod recedimus à regula noſtra, operando contra lumen naturæ, rationis, & legis æternæ. Hæc definitio ſumpta eſt ex doctrinâ ſancti Thomæ, qui ſic ait: *Omnis actus voluntarius eſt malus per hoc quòd recedit ab ordine rationis, & legis æternæ.* Et quia lex divina ſuperioribus obediendum præcipit, ſequitur ex hac definitione, peccare nos, dum contra leges Eccleſiaſticas aut politicas operamur.

D. Thom. 1.2. q. 11. art. 1. in corp.

*Quæſt.* 2. Quot modis peccari poteſt?

*Reſp. Tribus modis*, ut dicitur in Canone, *admittitur peccatum; nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio, id eſt malitia, perpetratur.*

Can. Sciendum, de pœnitentia diſt. 2.

*Quæſt.* 3. Quomodo peccatur ex ignorantia?

*Reſp.* Sanctus Thomas dicere videtur, ignorantiam eſſe cauſam peccati, quoties committitur ex eo, quòd neſcit quis illud quod ſcire tenebatur, & potuit illud addiſcere: *Ignorantia quæ ſuperari non poteſt, atque ob id invincibilis dici ſolet*, inquit Scholæ Angelus, *nullum eſt peccatum; ſed tantummodò vincibilis, ſi ſit eorum quæ quis ſcire tenetur.*

D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 2. in corp.

*Quæſt.* 4. Quo pacto peccatur ex infirmitate?

*Reſp.* Peccata ex infirmitate, proveniunt à noſtri animi motibus & paſſionibus, quæ verè ſpirituales infirmitates ſunt.

D. Th. 1. 2. q. 77. art. 3. in corp.

*Poteſt autem*, ait ſanctus Thomas, *dici infirmitas in anima ad ſimilitudinem infirmitatis corporis: dicitur autem corpus hominis eſſe infirmum, quando debilitatur, vel impeditur in executione propriæ operationis, propter aliquam inordinationem partium corporis. Vnde & membrum dicitur eſſe infirmum, quando non poteſt perficere operationem membri ſani: Sicut oculus, quando non poteſt clarè videre. Sicut autem partes corporis dicuntur eſſe inordinatæ, quando non ſequuntur ordinem naturæ; ita & partes animæ dicuntur eſſe inordinatæ, quando non ſubduntur ordini rationis. Sic ergo quando extra ordinem rationis vis concupiſcibilis, aut iraſcibilis, aliqua paſſione afficiuntur, & per hoc, impedimentum præſtatur debitæ actioni hominis; dicitur peccatum eſſe ex infirmitate.*

*Quæſt.* 5. Quomodo ex malitia peccatur?

*Reſp.* Ex malitia peccare dicitur is, qui animo deliberato ſcelus committit, nec ad illud aut ignorantiâ aut violentâ paſſione impellitur, ita ut propriè ex ſola perverſa voluntate hæc legis divinæ violatio proveniat, cùm ſcilicet vìdet quis peccaminoſum eſſe talem actum, & nihilo tamen minùs vult ita operari, ut ſuæ perverſæ voluntati morem gerat; & dici poteſt, juxta ſancti Thomæ mentem, quòd illi ex malitia peccant, qui ſcienter, deliberato animo, & cum voluntatis plenitudine eligunt peccatum committere: *Dicuntur homines nonnumquam*, ait ſanctus Doctor, *ex certa malitia, & induſtria peccare, quaſi ſcienter malum eligentes.*

D. Th. 1. 2. q. 78. art. 1. in corp.

Unde hæc eſt differentia inter peccata infirmitatis, & peccata malitiæ, quòd licèt in peccatis quæ ex infirmitate committi dicun-

dicuntur, homo ſufficientem libertatem habeat, ut fiat reus in tali actu; attamen à paſſione ita violenter impellitur, ut potiùs dicatur talis paſſio actionem producere, quàm ipſa voluntas: è contra accidit in peccatis malitiæ; in quibus licèt paſſio voluntatem aliquo modo moveat, tamen id cum tantâ debilitate fit, ut voluntas ipſa ſit primaria & principalis cauſa peccati, non autem hujuſmodi paſſio; & ita homo verè ex propria voluntate & animi propenſione operatur, non verò ex repentina paſſione & violenti animi motu. Poſſumus exemplum peccati ex malitia provenientis in ſcriptura reperire in fratricidio à Cain traditoriè, & animo deliberato in perſona Abel perpetrato. Videtur etiam ex malitia peccaſſe Saulem, dum innocuum Davidem interficere totis viribus conabatur, etſi optimè de illo ſæpè ſæpiùs meritus fuiſſet. Poſtremò perfidia Judæ, ſtupendæ malitiæ ſcelus involvebat.

Gen. c. 4.

Reg. lib. 1. c. 18.

Matt. cap. 26. v. 14.

*Quæſt.* 6. Peccata quæ ex malitia perpetrantur, ſunt-ne illis graviora, quæ ex ignorantia, aut infirmitate committuntur?

*Reſp.* Graviora ſunt, ut ait S. Gregorius Papa, varios peccatorum gradus docens his verbis: *Graviùs infirmitate, quàm ignorantia, ſed multò graviùs ſtudio, id eſt malitia, quàm infirmitate, peccatur.* Quam doctrinam ſequitur S. Thomas, & ratione confirmat, dum ait: *Peccatum quod eſt ex certa malitia, eſt gravius peccato, quod eſt ex paſſione. Primò quia cùm peccatum principaliter in voluntate conſiſtat, quantò motus peccati eſt magis proprius voluntati, tantò*

D. Greg. Can. Sciendum, de pœnitentia diſt. 2.

D. Th. 1. 2. q. 78. art. 4. in corp.

*peccatum eſt gravius cæteris paribus. Cùm autem ex certa malitia peccatur, motus peccati eſt magis proprius voluntati, quæ ex ſe ipſa in malum movetur, quàm quando ex paſſione peccatur, quaſi ex quodam extrinſeco impulſu ad peccandum. Unde peccatum ex hoc ipſo quòd eſt ex malitia, aggravatur, & tantò magis, quantò fuerit vehementior malitia: ex eo verò quòd ex paſſione, diminuitur tantò magis, quantò paſſio fuerit magis vehemens.*

*Quæſt.* 7. Quo pacto dividuntur peccata?

*Reſp.* Generaliter loquendo, peccata dividuntur primò in venialia, & mortalia.

*Quæſt.* 8. Quid eſt peccatum mortale?

D. Th. 2. 2. q. 110. art. 4. in corp. Reſp. *Peccatum mortale*, ut docet ſanctus Thomas, *propriè eſt, quod repugnat charitati, per quam anima vivit Deo conjuncta.* Et idcircò vocatur mortale, quia animam à Deo, qui vera ejus vita eſt, ſeparat: *Cùm enim*, ut dicitur in Canone, *Deus ſit vita animæ, anima verò vita corporis: ſicut corpus vivere non poteſt abſente anima, ita non niſi Deo præſente anima vivere valet.*

Can. Reſuſcitatus, de pœnit. diſt. 1.

*Quæſt.* 9. Quid eſt peccatum veniale?

*Reſp.* Illud eſt, quod licèt Deo diſpliceat, non tamen peccatorem à Deo ſeparat; quia non deſtruit charitatem, cùm non ſit propriè contrarium & oppoſitum amori Dei & proximi. *Quandoque*, inquit ſanctus Thomas, *voluntas peccantis fertur in id, quod in ſe continet quamdam inordinationem, non tamen contrariatur dilectioni Dei & proximi: & talia ſunt peccata venialia.*

D. Th. 1. 2. q. 88. art. 2. in corp.

*Quæſt.* 10. Unde provenit diverſitas, quæ eſt

eſt veniale inter & mortale, & quo pacto poteſt unum ab alio ſecerni?

*Reſp.* Sanctus Auguſtinus, magnum Eccleſiæ lumen, fatetur, difficillimum eſſe expreſſè videre, & notare, quæ ſint peccata venialia, & quæ mortalia: *Sed*, inquit, *quæ ſint ipſa peccata, quæ ita impediunt perventionem ad regnum Dei, ut tamen ſanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficillimum eſt invenire, periculoſiſſimum definire. Ego certè uſque ad hoc tempus, cùm inde ſatagerem, ad eorum indaginem pervenire non potui: & fortaſſis propterea latent, ne ſtudium proficiendi ad omnia peccata cavenda pigreſcat. Quoniam ſi ſcirentur, quæ vel qualia ſunt delicta, pro quibus etiam permanentibus, nec profectu vitæ melioris aſſumptis, interceſſio ſit inquirenda & ſperanda juſtorum, eis ſecura ſe obvolveret humana ſegnities, nec evolvi talibus implicamentis ullius virtutis expeditione curaret. Nunc verò, dum venialis iniquitatis, etiamſi perſeveret, ignoratur modus, profectò ſtudium in meliora proficiendi, orationi inſtandò, vigilantius adhibetur.* Quidquid ſit, certum eſt, ut alibi docet idem ſanctus Doctor, quòd *quæ ſint levia & quæ gravia peccata, non humano, ſed divino ſunt penſanda judicio.* Et ut idem ſanctus Doctor relatus in Canone dicit, non debemus ſecundùm arbitrium voluntatis judicare de gravitate peccatorum: *Non afferamus*, inquit, *ſtateras doloſas, ubi appendamus quod volumus & quomodo volumus, pro arbitrio noſtro dicentes: Hoc grave, hoc leve eſt; ſed afferamus divinam ſtateram de ſcripturis ſanctis tanquam de theſauris Dominicis, & in illa quid ſit gravius appendamus, imò non appendamus, ſed à Domino appenſa recognoſcamus.*

S. Aug. lib. 21. de civit. Dei, c. 17.

Aug. Enchirid. c. 78.

S. Aug. lib. 2. de Bapt. refertur in Can. Non afferamus, 24. q 1.

Et certè prima quæ debet aſſignari regula ad judicandum de mortali aut veniali, ex ſacra ſcriptura ſumitur; & inibi dum legimus, aliquod peccatum à regno Dei excludere, animam interimere, necem peccatori inferre, & hujuſmodi, debemus ſtatim concludere, tale peccatum ex ſuaptè natura mortale eſſe. Habemus prætereà traditionem, quam in ſacris Canonibus, & ſanctorum Patrum operibus inquirere & inveſtigare debemus; dumque invenimus in illis ſalubribus Doctrinæ Chriſtianæ ſontibus, tale peccatum eſſe veniale vel mortale, idem planè judicium de eo nobis faciendum eſt.

Attamen notandum eſt, peccatum mortale ex natura ſua, poſſe fieri veniale, aut propter levitatem materiæ, aut propter indeliberationem voluntatis: igitur illud quod ex ſe peccatum mortale eſſet, fit veniale, primò ob parvitatem materiæ: exempli gratiâ, furtum rei alienæ, eſt mortale peccatum ex natura ſua; attamen erit tantùm peccatum veniale, ſi fiat furtum alicujus rei nullius ferè momenti, ut unius aſſis; quia, ut docet Angelicus Doctor: *Illud quod modicum eſt, ratio apprehendit, quaſi nihil; & ideo in his quæ minima ſunt, homo non reputat ſibi nocumentum inferri: & ille qui accipit, poteſt præſumere hoc non eſſe contra voluntatem ejus, cujus res eſt; & pro tanto, ſi quis furtivè hujuſmodi res minimas accipiat, poteſt excuſari à peccato mortali: Si autem habeat animum furandi & inferendi nocumentum proximo, etiam in talibus minimis poteſt eſſe peccatum mortale.*

D. Th. 2. 2. q. 66. art. 6. ad 3.

Secun-

Secundò, poteſt tranſgreſſio alicujus præcepti, eſſe tantùm peccatum veniale, propter indeliberationem voluntatis. *Actus mortali ex genere ſuo*, inquit S. Antoninus, *ex eo quòd non ſit ex conſenſu libero & perfecto, venialis redditur.* D. Ant. 1. p. tit. 9. c. 1. §. 3.

*Quæſt.* 11. Illud ne ſemper efficit levitas materiæ, ut peccatum quod ex natura ſua mortale eſset, ſemper fiat veniale?

*Reſp.* Sunt principaliter duæ peccatorum ſpecies, in quibus levitas materiæ non reddit veniale illud quod ex natura ſua mortale eſt. Et primò in materia fidei delictum contra fidem commiſſum, quantumvis materia leviſſima ſit, eſt ſemper peccatum mortale, dum adeſt liber & perfectus conſenſus; quia, ut docet Sanctus Thomas, *Ratio formalis objecti fidei, eſt veritas prima; unde nihil poteſt cadere ſub fide, niſi in quantum ſtat ſub veritate prima, ſub qua nullum falſum ſtare poteſt.* Et ita dum non credimus, quidquid à Deo credendum proponitur, concludendum eſt, nos non credere alias veritates, quia à Deo revelatæ ſunt, cùm aliquid quod revelatum eſt à Deo, non credamus. D. Thom. 2. 2. qu. 1. artic. 5. in corp.

Secundò circa res venereas, communiter dicitur, delectationem impudicam ſemper eſſe peccatum mortale, quantumvis levis ſit materia, modò ſit cum perfecta deliberatione; rationem aſſignat Sanctus Thomas, dum dicit: *Quòd aliquis conſentiat in delectationem carnalem, hoc nihil aliud eſt, quàm quòd ipſe conſentiat in hoc, quòd affectus ejus ſit inclinatus in fornicationem: nullus enim delectatur, niſi in eo quod eſt conforme appetitui ejus: quòd autem aliquis ex deliberatione eligat, quòd affectus ſuus conformetur his quæ ſecundùm ſe* D. Th. 1. 2. q. 74. art. 8. in corp.

*ſunt*

*ſunt peccata mortalia, eſt peccatum mortale.* Et conſequenter levitas materiæ regulariter non excuſat à peccato mortali in rebus venereis.

Addi poſſet, illud peculiare eſſe in peccatis carnalibus, quòd dum quis in his aliquo modo delectatur, licèt in materia levi, ſemper adeſt periculum veniendi ad conſummationem actûs; & ideo non mirum eſt, quòd omnis delectatio perfectè deliberata in hac materia, ſit ſemper peccatum mortale.

Quod etiam poteſt confirmari authoritate ſummi Pontificis Alexandri ſeptimi in ſecundo Decreto contra 45. propoſitiones morales anno 1666. 18. Martii; nam inter alias hæc damnata fuit:

*Eſt probabilis opinio, quæ dicit, eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem & ſenſibilem quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris & pollutionis.* Igitur damnavit ſummus Pontifex illos qui dicerent, oſculum eſſe peccatum tantùm veniale, dum datur ob delectationem carnalem, licèt materia ſatis videatur levis, & licèt illæ omnes adſint circumſtantiæ, quæ in hac propoſitione continentur, ſcilicet quòd nullum ſit periculum pollutionis, aut conſenſus ulterioris; ex quo facilè colligi poteſt, quòd in rebus venereis, levitas materiæ illud quod ex ſe mortale eſt, non reddit veniale. Præterea idem planè communiter dicitur de odio, aut contemptu Dei, de perjurio aſſertorio, magia, ſimonia, irritatione Sacramentorum, violatione ſigilli, & jejunii naturalis.

*Quæſt.* 12. Poteſt-ne indeliberatio voluntatis, peccatum ex ſe mortale, reddere

ve-

veniale in materia impudicitiæ, fidei & ſimilium?

*Reſp.* Cùm peccatum ex voluntate tantùm proveniat, (*Nam uſque adeo*, inquit Sanctus Auguſtinus, *peccatum voluntarium malum eſt, ut nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium*) certum eſt, nullum eſſe peccatum, dum nulla adeſt voluntas; quod locum etiam habet in rebus ſacratioribus, in quibus defectus deliberationis peccatum excludit: quòd ſi deliberatio ſit imperfecta tantùm, peccatum erit tantùm veniale: *Ea enim*, inquit Sanctus Antoninus, *quæ diminuunt liberum motum voluntatis, ſicut infirmitas, vel violentia, aut metus, vel aliquid hujuſmodi, diminuunt peccatum, & diminuunt voluntarium, in tantum quòd ſi actus ſit omninò involuntarius, non habet rationem peccati*. Quod etiam docetur à Sancto Thoma his verbis: *Poteſt id quod eſt ex genere mortale, eſſe veniale propter imperfectionem actus, quia non perfectè pertingit ad rationem actus mortalis, cùm non ſit deliberatus, ſed ſubitus*. Et ita concludendum eſt, delectationem impudicam & veneream, ut diximus, eſſe ex ſe peccatum mortale, quantumvis materia leviſſima ſit: ſed ſi ſit abſque libertate & deliberatione, nullum tunc adeſt peccatum; quòd ſi aliqua inſit deliberatio, ſed imperfecta, erit peccatum veniale, non mortale.

S. Auguſt. Can. Quòd autem, 15. qu. 1.

D. Anton. 1. p. tit. 9. c. 1. §. 1.

D. Th. 1. 2. q. 88. art. 6. in corp.

## Caput X.

### *De differentiis & diverſitatibus peccatorum.*

*Quæſt.* 1. QUot modis peccari poteſt?

*Reſp.* Generaliter loquendo duobus modis peccari poteſt, aut per actum internum, aut per actum externum.

*Quæſt.* 2. Quomodo peccatur per actum internum?

*Reſp.* Poteſt quis internè, & cogitatione peccare duobus planè modis: primò quidem ſi in perverſa cogitatione voluntariè, & ob delectationem quæ ex eâ provenit, immoretur; & vocatur moroſitas, & cogitatio moroſa. Secundo modo peccat quis, dum verè deſiderat exequi id, quod illi perverſa cogitatio ſuggerit: *Si cui*, inquit Sanctus Auguſtinus, *etiamſi non contingat facultas concumbendi cum conjuge aliena, tamen planum ſit eum aliquo modo cupere, & ſi poteſtas detur, eſſe facturum, non minùs reus eſt, quàm ſi in ipſo facto deprehenderetur.*

Can. Si cui de pœnitentia. diſt. 1.

*Quæſt.* 3. Quomodo & quibuſnam modis per cogitationem ſimplicem perverſam, & moroſam peccatur; id eſt, per quandam complacentiam, quæ habetur in cogitatione alicujus mali, & negligentiam in illa cogitatione rejicienda, licèt ad opus perverſum devenire quis nolit?

D.Th. 1.2. q.74. art.6. in corp.

*Reſp.* Sanctus Thomas huic quæſito his verbis reſpondet: *Deficit aliquis in directione paſſionum dupliciter. Vno modo quando homo ex deliberatione provocat ſibi motum iræ, vel concupiſcentiæ. Alio modo, quando non reprimit illicitum paſſionis motum,*

*tum, ſicut cùm aliquis, poſtquàm deliberavit, quòd motus paſſionis inſurgens, eſt inordinatus, nihilominus circa ipſum immoratur, & ipſum non expellit: & ſecundùm hoc dicitur peccatum moroſæ delectationis eſſe in ratione*. De eadem materia fuſiùs diſſeruimus Tom. 6. tract. 8. de ſeptimo Præcepto Decalogi.

*Quæſt.* 4. Ex quo provenit peccatorum diverſitas?

*Reſp.* Peccata inter ſe diverſa duobus modis eſſe poſſunt, aut in numero, aut in ſpecie.

*Quæſt.* 5. Quo pacto peccata ſunt diverſa ratione numeri?

*Reſp.* Docet S.Thomas, numerum peccatorum conſtitui ex multiplicatione actuum interiorum voluntatis moraliter interruptorum: *Cùm quæritur*, inquit, *utrum voluntas & actus exterior ſint diverſa peccata: aut intelligitur de voluntate conjuncta actui exteriori, aut de voluntate præcedente: Si de conjuncta, ſic oportet, quòd unum peccatum ſit voluntas interior, & actus exterior, quia voluntatis non multiplicatur actus. Si autem de voluntate ſeparata, ſic eſt aliud peccatum, quia actus voluntatis multiplicatur; quando enim actum explet exteriorem, etiam actum voluntatis iterat; & ideo oportet quòd ſint duo peccata, non propter diverſitatem actus interioris & exterioris, ſed propter diverſitatem duorum actuum interiorum voluntatis.*

D. Thom. lib. 2. Sent. diſt. 42. q. 1. art. 1.

*Quæſt.* 6. Quonam modo peccata ſpeciem mutant?

*Reſp.* Peccata propriè ſunt diverſæ ſpeciei, ex eodem Angelico Doctore, cùm objectum tranſgreſſionis & peccati eſt alterius ſpeciei: *Quia*, inquit, *peccata propriè diſtinguuntur ſpecie ſecundùm objecta*: Et ita com-

D.Th. 1.2. q.72. art. 1. in co.p.

committitur peccatum diverſæ ſpeciei, quoties violatur diverſæ ſpeciei præceptum; ex quo ſequitur, omnes circumſtantias, quæ ad peccata diverſæ ſpeciei ſpectant, efficere, ut peccatum illis conjunctum ſit diverſæ ſpeciei: exempli gratiâ, ſi peccatum luxuriæ inter perſonas liberas perpetretur, erit ſimplex fornicatio; ſi cùm maritatâ committatur, erit adulterium: & ſi cum conſanguinea, erit inceſtus; nam,
D.Th. 2.2. q. 154. a. 8. in corp. juxta S. Thomam, *Manifeſtum eſt, quòd adulterium eſt determinata ſpecies luxuriæ, utpote ſpecialem deformitatem habens circa actus venereos.*

*Quæſt.* 7. Quot ſunt circumſtantiæ peccatorum?

D.Th. 1.2. q.73. art.7. in corp. *Reſp.* Idem Sanctus Doctor docet, quòd *Peccatum natum eſt aggravari per circumſtantias tripliciter: uno quidem modo, in quantum circumſtantia transfert in aliud genus peccati: Sicut peccatum fornicationis conſiſtit in hoc quòd homo accedat ad non ſuam. Si autem addatur hæc circumſtantia, ut illa ad quam accedit ſit alterius uxor, transfertur in aliud genus peccati, ſcilicet in adulterium, quod eſt gravius peccatum quàm fornicatio. Aliquando verò circumſtantia non aggravat peccatum, quaſi trahens in aliud genus peccati, ſed ſolùm quia multiplicat rationem peccati: Sicut ſi prodigus det quando non debet, & cui non debet, multipliciùs peccat eodem genere peccati, quàm ſi ſolùm det cui non debet; & ex hoc ipſo peccatum fit gravius. Tertiò modo circumſtantia aggravat peccatum, ex eo quòd auget deformitatem provenientem ex alia circumſtantia, ſicut accipere alienum conſtituit peccatum furti; ſi autem addatur hæc circumſtantia, ut multum accipiat de alieno, erit peccatum gravius:* Non tamen mutabit ſpeciem, aut numerum multiplicabit.

*Quæſt.* 8.

*Quæſt.* 8. Quot modis circumſtantiæ poſſunt peccatum aggravare?

*Reſp.* Poſſunt circumſtantiæ, aut leviter, aut notabiliter aggravare peccata: aggravant notabiliter, cùm, licet directè non mutent peccati ſpeciem, tamen ita malitiam peccati augent, ut crimen quaſi ſpecie diverſum aliquo modo conſtituant: ut apparet in eo qui maximam pecuniæ ſummam furatur. Circumſtantiæ leviter aggravant, dum aliquo modo peccatum majus reddunt, ſed non notabiliter; ut accidit in illo, qui hominem ſibi vicinum, aut ejuſdem civitatis, interemit, aut in loco vicino Eccleſiæ, licèt non in Eccleſiâ.

*Quæſt.* 9. Quænam circumſtantiæ in Confeſſione Sacramentali neceſſariò aperiendæ ſunt, ut integra ſit?

*Reſp.* Ut Confeſſio integra ſit, videtur neceſſariò dicendas eſſe non ſolùm circumſtantias, quæ ſpeciem peccati mutant, & eas quæ numerum peccatorum augent, ſed etiam illas quæ notabiliter aggravant, & peccato malitiam multò majorem, & quaſi diverſæ ſpeciei tribuunt; quia cùm in Confeſſione adſit tribunal, in quo Confeſſarius divinam juſtitiam exercet, & in quo perſonam etiam medici gerit, ut malo peccatoris opportunum remedium adhibeat, neceſſe eſt, ut illius malitiam agnoſcat, & ut ea omnia quæ ad peccatum pertinent, & magni momenti ſunt, illi aperiantur; quia ut dicitur in Concilio Tridentino, *Quod ignorat Medicina, non curat.* Quòd ſi illas multùm aggravantes circumſtantias neſciret Confeſſarius, illius judicium eſſet valdè imperfectum, nec remedia peccato convenientia & proportionata applicare poſſet; quia illæ circumſtantiæ tanti ſunt ponderis, ut ſine illis cognitio peccati valdè æqui-

Seſſ. 14. de pœnit. c. 5.

æquivoca & obſcura ſit: Ergo neceſſariò aperiendæ ſunt in confeſſione. Hinc eſt quòd Innocentius III. Livornenſi Epiſcopo ſcribens, *Conſideratis*, inquit, *circumſtantiis omnibus, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout ſaluti eorum videritis expedire*. Et in Canone *Omnis utriuſque ſexus*, in quo Concilium generale Lateranenſe ab Innocentio III. congregatum, modum adminiſtrandi pœnitentiæ Sacramentum Confeſſariis præſcribit, ſic habetur: *Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, ut more periti medici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias, & peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere conſilium, & cujuſmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum.*

Cap. Deus qui, de pœnitentiis & remiſſionibus.

Cap. Omnis utriuſque ſexus, de pœnitentiis & remiſſionibus.

S. Carol. Act. 1. par. 4. de Inſtr. Confeſſ.

Tandem S. Carolus Borromæus dicit in iis Inſtructionibus quas in gratiam Confeſſariorum ſuæ Diœceſis, imò totius Eccleſiæ, tanta cum maturitate & doctrina compoſuit, quòd Confeſſarius ſcire debet quæ ſint circumſtantiæ quæ ſpeciem peccati mutant, aut multùm aggravant, quia illæ duæ circumſtantiarum ſpecies neceſſariò debent in Confeſſione aperiri. Quantùm ad alias circumſtantias, quæ non multùm aggravant, illas in confeſſione explicare, conſilii eſt, non præcepti; quia non ita conſiderabiles ſunt, ut poſſint impedire rectum judicium, quod Confeſſarius de pœnitentis conſcientia facere debet, aut efficaciam remediorum, quæ medicus ſpiritualis adhibere tenetur, pervertere. De eadem quæſtione tractatum eſt Tomo 4. Tract. 6. de Pœnit. cap. 6. de Confeſſione.

# CAPUT XI.

## *De Cauſis quæ à peccato excuſant.*

*Quæſt.* 1. NIHIL-ne eſt quod hominem à peccato poſſit excuſare, ita ut verè ſemper peccet, quoties præceptum aliquod tranſgreditur? Can. Quod autem 5. qu. 1.

*Reſp.* Tria ſunt, quæ poſſunt excuſare peccatorem: Primò quidem ignorantia. Secundò timor. Tertiò defectus liberationis aut libertatis; quia, ut ait Sanctus Auguſtinus, *Vſque adeò peccatum voluntarium malum eſt, ut niſi ſit voluntarium, nullo modo peccatum ſit.* Et conſequenter illa omnia, quæ liberum voluntatis conſenſum impediunt, ut ignorantia, timor, & indeliberatio, peccatum excuſant.

*Quæſt.* 2. Tres illæ cauſæ excuſant-ne ſemper omninò à peccato?

Reſp. *Actus aliquis qui de genere ſuo eſt malus*, inquit Sanctus Thomas, *totaliter à peccato excuſatur, quando totaliter involuntarius redditur; unde ſi ſit talis paſſio, quæ totaliter involuntarium reddat actum ſequentem, totaliter à peccato excuſat, alioquin non totaliter.* D.Th. 1.2. q.77. art.7. in corp.

# CAPUT XII.

## *De Ignorantia.*

*Quæſt.* 1. QUANDO-nam ignorantia excuſat à peccato, aut non excuſat?

*Reſp.*

*Reſp.* Ignorantia non excuſat à peccato, quando voluntaria eſt: ignorantia autem eſt voluntaria, ut docet Sanctus Thomas, *Primò quia actus voluntatis fertur in ignorantiam, ſicut cùm aliquis ignorare vult, vel ut excuſationem peccati habeat, vel ut non retrahatur à peccando: alio modo dicitur ignorantia voluntaria ejus, quod quis poteſt ſcire & debet: ignorantia verò non eſt voluntaria, cùm aliquis homo ignorat aliquam circumſtantiam actus, quam non tenebatur ſcire.* Videantur, quæ ſatis fusè diximus ſupra capite 20. & præſertim num. 8. & ſequentibus, & cap. 4. per totum.

D.Th. 1.2. q. 6. art. 8. in corp.

---

## Caput XIII.

### *De Timore.*

*Quæſt.* I. Timor poteſt-ne excuſare à peccato?

*Reſp.* Timor peccatum duobus modi excuſat: aut quia tollit libertatem, *Si enim*, ut ait Sanctus Antoninus, *timor ſit multùm vehemens & exceſſivus, in tantùm quòd rationem perturbet, tunc talis timor impedit operationem ex parte mentis;* & ita non patitur hominem liberum eſſe, & liberè decernere quid ſibi agendum ſit: in quo caſu excuſat ſemper à peccato in qualibet materia, quia, ut dicitur in Canone, *Non imputantur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non proceſſerunt.* Illud tamen valde raro accidit in praxi, & illâ doctrinâ multùm abuteretur, qui facilè crederet, ſe aliquid egiſſe timore præ-

D. Anton. 1. p. tit. 6 c. 10. §. 3.

Can. Illud relatum. 15. q. 1.

præventum abſque ullâ deliberatione; quia ſæpè poteſt eſſe deliberatio ſufficiens & perfecta, licèt aliquo modo inſenſibilis ſit.

Secundò, timor à peccato excuſat, cùm ab obſervatione præcepti diſpenſat; quod accidit, dum quis poteſt quidem liberè actionem ſuam conſiderare, ſed tamen pœnæ & damna quæ ei ex obſervatione alicujus præcepti humani imminent, illum à tali obſervatione liberant, quia non obligatur ad faciendum opus præſcriptum à lege cum tanto incommodo & damno.

*Quæſt.* 2. Quando-nam metus gravis excuſat à peccato, licèt non tollat omninò libertatem?

*Reſp.* Ut huic quæſtioni clarè reſpondeatur, ſupponendum eſt, duas diverſas eſſe obligationes circa præcepta, quarum prima indiſpenſabilis, alia diſpenſabilis eſt: prima obligatio ad præcepta naturalia & divina ſpectat, & ad ea omnia quæ ex natura ſua mala & prohibita ſunt, id eſt, quæ non ſunt mala quia prohibita, ſed ſunt prohibita quia mala. Secunda obligatio poteſt aliquoties diſpenſationem pati; & ſpectat ad ea, quæ nullo modo ex naturâ ſuâ mala ſunt, ſed indifferentia, quæque ſunt tantùm mala quia prohibita ſunt. His poſitis, Reſpondeo, timorem nunquam ab obſervatione naturalium & divinorum præceptorum excuſare; quia ut docet Sanctus Thomas, *Si aliquis propter timorem quo refugit periculum mortis, vel quodcumque aliud temporale malum, ſic diſpoſitus eſt, ut faciat aliquid prohibitum, vel prætermittat aliquid quod eſt præceptum in lege divina, talis timor eſt peccatum mortale. Diminuitur*

D.Th. 2.2. q.125. a.3. in corp.

D. Thom. ibid. art. 4. *tur tamen*, ut addit idem Sanctus Doctor, *ſecundùm aliquid ejus peccatum, quia minùs voluntarium eſt, quod ex timore agitur*. Sed quantùm ad obligationem quæ oritur ex præceptis poſitivis, quæ ſpectant ad ea quæ ſunt tantùm mala quia prohibita, timor ab ea excuſare poteſt, & conſequenter à peccato; quia, ut ait idem Sanctus Doctor, præcepta poſitiva, ut ſunt *Statuta Eccleſiæ, ſunt de his quæ non per ſe ſunt de neceſſitate ſalutis, ſed ſolùm ex inſtitutione Eccleſiæ; & ideò poſſunt eſſe aliqua impedimenta, propter quæ aliqui ad illa obſervanda non tenentur*; quia Eccleſia non intendit obligare cum tanto incommodo. Et ut in Euangelio dicitur, *Non homo propter Sabbatum, ſed Sabbatum propter hominem*: Et ratio eſt, quia cùm res ex ſe mala non ſit, neque prohibeatur ab aliquo præcepto naturali, lex ſuper ea lata reſpicit utilitatem hominis, non ejus damnum & deſtructionem, & ita non obligatur quis ad eam obſervandam cùm aliquo damno magni momenti. Hinc eſt, quòd multis de cauſis poteſt quis excuſari ab obſervatione præcepti de audienda Miſſa diebus Dominicis, & feſtivis; quia illud præceptum eſt tantùm poſitivum humanum: prout fuſiùs dictum eſt Tom. 5. Tract. 3. de 2. Præcepto Decalogi.

D.Th. 2.2. q. 147. a. 2. ad 1.

Marc. c. 2.

C A-

## CAPUT XIV.

### *De Indeliberatione.*

*Quæſt.* 1. DEFECTUS deliberationis poteſt-ne excuſare peccatum?

*Reſp.* Talis defectus excuſat in quacumque materia, ut jam diximus; & ratio eſt, quia, ut docet S. Thomas: *Omne peccatum dependet ex judicio rationis, quia etiam primus motus ſenſualitatis non habet, quòd ſit peccatum, niſi cùm judicio rationis reprimi poteſt; & ideo ſublato judicio rationis, tollitur ratio peccati.* Sed eodem tempore fateri neceſſe eſt, actiones corporales vix unquam poſſe excuſari totaliter à peccato prætextu defectûs deliberationis, niſi ille qui operatur, uſum rationis tunc temporis non habeat, ob amentiam, phrænesim, ebrietatem, aut ſomnum. D. Th. 2.2. q. 154. art. 5. in corp.

*Quæſt.* 2. Excuſat-ne totaliter à peccato ille defectus deliberationis?

*Reſp.* Si talis defectus totalis ſit, omninò & abſolutè excuſat à peccato, ut ſupra diximus; ſi verò ſuperſit quædam levis deliberatio, licèt imperfecta, eo tamen modo, ut potuerit quis talem actum prohibitum non facere: tunc excuſat tantùm in parte, redditque peccatum minùs grave, aut etiam veniale: *Primus motus ſenſualitatis*, inquit ſanctus Thomas, *qui eſt ex diſpoſitione corporali, non eſt peccatum, & hunc appellant aliqui primò primum. Secundus autem motus qui excitatur ex aliqua apprehenſione, eſt peccatum. Primum enim ratio nullo modo vitare poteſt. Secundum autem vitare poteſt.* D. Th. in quæſt. diſputatis, q. 6. de malo, art. 6, ad 8.

*Quæſt.* 3. Oſtendat, quæſo, in quo

caſu defectus deliberationis excuſet à peccato in materia pravarum cogitationum, & quandonam minuat peccatum, aut veniale reddat?

Can. Sed penſandū, diſt.6.

*Reſp.* Dicitur expreſſis verbis in Canone, quòd *cùm malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mentem, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omninò perpetratum non eſt. Cùm verò delectari caro cœperit, tunc peccatum incipit naſci. Si autem etiam ad conſenſum ex deliberatione conſentit, tunc peccatum cognoſcitur perfici.*

---

# CAPUT XV.

## *De Habitu.*

*Quæſt.* I. QUID eſt habitus?

*Reſp.* Eſt quædam propenſio & inclinatio contracta ex longa continuatione actuum ejuſdem ſpeciei, quæ nos ad idem ſemper faciendum potenter movet.

Can. Sicut tribus, de pœnitent. diſt.2. D. Ant. 1. p.tit.9.c.1. §.3.

Unde docet S. Auguſtinus in Canone, quòd *vi conſuetudinis malæ, tanquam mole terrena premitur animus*. Et, ut dicit S. Antoninus, *Ex perverſa aſſuefactione vitioſus quaſi repentè præcipitatur.*

S. Aug. lib. 8. Cōfeſſio-num, c. 5.

Sanctus Auguſtinus nobis ſatis manifeſtat inconvenientia qua ſequuntur ex habitu perverſo, in quo ante converſionem detinebatur, cùm dicit: *Ego ſuſpirabam ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me: Quippe ex voluntate perverſa facta eſt libido: & dum ſervitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt*

*eſt neceſſitas; quibus quaſi annulis ſibimet innexis ( unde catenam appellavi) tenebat me obſtrictum dura ſervitus*.

*Quæſt*. 2. Habitus excuſat-ne à peccato?

*Reſp*. Habitus poteſt contrahi aut per multiplicationem actuum perverſorum, aut per actus innocentes & licitos: exempli gratiâ, poteſt quiſpiam habitum contraxiſſe malitioſè operando contra conſcientiam, aut contra præceptum naturale; aut illum contraxiſſe per actus innocentes & licitos, quia nondum præceptum editum erat. In primo caſu, ſi habitus procedit ex actibus facinoroſis, inexcuſabilis eſt; & etiamſi tolleret aliquo modo libertatem deliberandi, attamen quia hæc deliberandi impotentia culpabilis eſt, & talis neceſſitas ex libertate antecedenti procedit, id omne quod ex tale habitu fit, culpabile & peccaminoſum eſt in præcedenti libertate, licèt actus in ſe conſideratus, peccaminoſus non ſit, cùm nullo modo ſit voluntarius, ut ſupponitur. Hæc doctrina ſumitur ex S. Thomâ, qui loquens de paſſione animi, quæ omninò uſum rationis tollit (& ita aſſimilatur habitui potenti, de quo eſt ſermo) dicit, quòd *paſſio quandoque quidem eſt tanta, quòd totaliter aufert uſum rationis; & tunc ſi talis paſſio à principio fuerit voluntaria, imputatur actus ad peccatum, quia eſt voluntarius in ſua cauſa; ſi verò cauſa non fuerit voluntaria, ſed naturalis, putà cùm aliquis ex ægritudine, vel aliqua hujuſmodi cauſa, incidit in talem paſſionem, quæ totaliter aufert uſum rationis, actus omninò redditur involuntarius, & per conſequens totaliter à peccato excuſatur*. Ex qua doctrina ſequitur, habitum qui provenit ex actibus licitis, & D. Th. 1. 2. q. 77. art. 7. in corp.

tollit omninò uſum rationis & libertatis, non eſſe culpabilem, & actus ex eo ſequentes, non eſſe peccaminoſos, ut patet ex S. Thomæ verbis.

*Quæſt.* 3. Habitus non-ne ſaltem minuit gravitatem peccati?

*Reſp.* Non ſolùm habitus malitioſus & culpabilis non minuit peccatum, ſed etiam auget & aggravat, quia, ut docet S. Gregorius in Canone: *Tantò ſunt graviora peccata, quantò diutiùs animam infelicem detinent alligatam.* Unde ſanctus Antoninus loquens de habitu, qui nos fortiter ad peccatum impellit: *Nec tamen*, inquit, *talis conſuetudo excuſat, vel minuit peccatum, ſed potiùs aggravat.* Et ratio eſt, quia cùm vitioſus habitus ſit propenſio voluntatis in malum, ille qui ex tali habitu operatur, peccat cum majori voluntatis inclinatione & affectu, quàm ille qui ſimpliciter ex quodam animi motu & paſſione peccat; unde docet S. Thomas, quòd *quandocumque quis utitur habitu vitioſo, neceſſe eſt, quòd ex certa malitia peccet.* Poteſt etiam dici majoris culpæ reum eſſe illum, qui committit peccatum, quod producit quamdam ſpeciem impotentiæ ad obſervanda in poſterum præcepta, quàm illum qui aliud peccatum perpetrat, quod nullam conſequentiam malam involvit, & propriam tantùm habet malitiam; quia in primo caſu non ſolùm adeſt peccatum, ſed etiam affectus & propenſio ad illud committendum, & præcepti divini contemptus, ita ut quodlibet peccatum ex habitu proveniens, ex eo, quòd relationem habet ad illa quæ præceſſerunt, participet de illorum malitia; alia verò peccata quæ ex habitu non fiunt, habent tantùm malitiam propriam, quæ etiam tranſito-

Can. Cùm tanto, de cōſuetud. D. Ant. 2. p. tit. 3. c. 3. §. 15.

D. Th. 1. 2. q. 78. art. 2. in corp.

ria

ria eſt, & non pertinax & obſtinata.

Quod optimè explicat Divus Bernardus, dum loquens de perverſo habitu peccatorum ſic habet: *Ita neſcio quo pravo & miro modo, ipſa ſibi voluntas, peccato quidem in deterius mutata, neceſſitatem facit, ut nec neceſſitas, cùm voluntaria ſit, excuſare valeat voluntatem: nec voluntas, cùm ſit illecta, excludere neceſſitatem; eſt enim neceſſitas hæc quodammodo voluntaria, eſt favorabilis vis quædam, premendo blandiens, & blandiendo premens. Vnde ſic ſe rea voluntas, ubi ſemel peccato conſenſerit, nec excutere jam per ſe, nec excuſare tamen ullatenùs de ratione queat. Et hac voluntaria peccandi neceſſitate plectitur inordinatus animus, eò meritò quò volens in eam illabitur, ait S. Auguſtinus.* S.Bernard. ſer. 81. in Cantic.

Dicit etiam S. Hieronymus in Canone, quòd *aſſiduè peccantium non miſeretur Deus.* Quod exponit Gloſſa: *Id eſt iteratò non miſeretur de facili;* quia ex S. Auguſtino, *Frequenter peccans & lugens, vix veniam meretur.* Can. Diaconi ſunt, diſt.93. Gloſſa, ib. Can. Inanis, de pœnit. diſt.3.

*Quæſt.* 4. Habitus poteſt-ne ita peccatum aggravare, ut illud quod ex ſua natura eſſet tantùm veniale, mortale efficiat?

*Reſp.* Antequam huic quæſito reſpondeatur, ſupponendum eſt, juxta Doctrinam S. Thomæ & S. Antonini, peccatum veniale non poſſe fieri mortale ex eo, quòd ſæpiùs iteratur, & frequenter committitur, niſi propter aliquod accidens illi ſuperveniens. *Veniale*, inquit ſanctus Antoninus, *ex ſui diuturnitate, vel frequentia, vel aſſiduitate non poteſt eſſe mortale, niſi fortè per accidens, ex aliquo ſuperveniente; cùm ſcilicet in actu multiplicato ſupervenerit aliquid quod variat ſpeciem, putà contemptus, vel aliud ejuſmodi: ſic intelligendum eſt, quòd* D. Th. 1.2. q.88. art.5. D. Ant. 1. p. tit.10. c. 1. §.3.

 *dici-*

*dicitur* 25. *diſt. ubi dici videtur, quòd aliquando venialia in conſuetudine ducta, efficiuntur mortalia.* Et Gloſſa ſuper hoc Canone exponit, quòd *aſſiduitas & contemptus vitandi veniale, fit mortale*: Id eſt, aſſiduitas & frequentia peccati venialis, poteſt reddere peccatum mortale ob contemptum, qui in eâ frequentiâ facilè reperitur: & ita concludi poſſe videtur, peccatum veniale poſſe ex aſſiduitate fieri mortale; quia talis aſſiduitas poteſt producere contemptum præcepti. Quod probatur ex doctrina Doctoris Angelici, qui poſtquam dixit, peccatum veniale poſſe fieri mortale ob contemptum, docet in reſponſione ad tertium argumentum, quòd *frequentia peccati diſpoſitivè inducit ad contemptum, ſecundùm illud Proverbiorum* 18. *Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.*

Gloſſa in Can. Unũ orarium, diſt. 25.

D. Th. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 3.

*Quæſt.* 5. Verum-ne ſemper eſt, peccata ex habitu excuſationem non habere?

*Reſp.* Poteſt conſiderari peccator duobus modis in habitu hærens. Primò dum de peccatis præteritis verè dolet, & diligentiam exactam adhibet ad præveniendam, & impediendam naturæ ſuæ perverſam inclinationem ob hujuſmodi habitum, & ſeverè in ſe ipſo ſimiles culpas ulciſcitur. Secundò conſiderari poteſt, dum nullo modo de præteritis peccatis pœnitet, aut certè non ſibi ſufficienter attendit, ut emendare poſſit perverſi habitus propenſionem, & ei fortiter contraire; & ita diligenter non conatur impedire, & excludere peccata, in quæ ſui habitus illum ſæpè præcipitant.

Si peccator in primo ſtatu ſit, poteſt excuſari à peccato, dum habitus ita voluntatem prævenit, ut in tranſgreſſione

ſe-

ſequenti non concurrat, quod vix unquam in peccatis externis accidere poteſt, niſi fortè in peccatis linguæ, quia culpabile verbum poteſt aliquoties incautè, & non cogitando, dici ab illo qui tale verbum ſolitus eſt proferre, etiamſi tunc verè pœniteat. Sed ſi peccator ſit in ſecundo ſtatu, id eſt permaneat, & perſeveret in ſua malitia, aut non adhibeat diligentiam neceſſariam ad ſuperandum perverſum habitum: tunc talis peccator ſemper culpabilis eſt, dum præcepta ex quocumque habitu tranſgreditur, etiamſi tales tranſgreſſiones in ſemetipſis conſideratæ, non eſſent voluntariæ; quia ſunt voluntariæ in cauſa, id eſt in perverſo habitu, & verè dici poteſt, illum velle in habitu perverſo perſeverare, qui non vult pro viribus conari talem habitum eradicare. Sed ut clariùs hæc reſolutio percipiatur, ſimulque authoritate S. Thomæ confirmetur, cum illo ſupponendum eſt, quòd *aliquid poteſt eſſe voluntarium, vel ſecundùm ſe, ſicut quandò voluntas directè in ipſum fertur, vel ſecundùm ſuam cauſam, quando voluntas fertur in cauſam, & non in effectum; ut patet in eo qui voluntariè inebriatur; ex hoc enim quaſi voluntarium ei imputatur, quod per ebrietatem committit*; licèt in ſe conſideratum voluntarium non ſit, quia voluntarium eſt in cauſa. Hoc poſito, facilè videtur, illum qui totis viribus conatur aliquem malum habitum à ſe expellere, excuſari à peccato, licèt aliquando cadat ex tali habitu, modò caſus omninò involuntarius ſit; quia tunc neque voluntarius eſt in cauſa, cùm hic homo illam pro viribus deſtruere nitatur, neque in effectu & actu individuali, cùm, ut ſupponitur, talis caſus ſit penitùs involuntarius; ſed ut cum ſancto

D. Th. 1. 2. q. 77. art. 7. in corp.

Thoma diximus in reſponſione ad ſecundam quæſtionem de habitu, quandocumque actus vitioſus & malus, involuntarius eſt, tam in cauſa quàm in effectu, excuſatur à peccato. E contrario verò certum pariter eſt, omnia peccata imputari illi, qui non conatur pro viribus malo habitui reſiſtere, ne ex illius impulſu cadat; quia licèt tunc tales tranſgreſſiones poſſint eſſe in ſemetipſis involuntariæ, attamen ſemper ſunt voluntariæ in cauſâ. Quapropter S. Auguſtinus ait, quòd *Lex peccati eſt violentia conſuetudinis, qua trahitur & tenetur etiam invitus animus, eò meritò, quò in eam volens illabitur.*

S. Aug. Confeſſ. lib. 8. c. 5.

# Caput XVI.

## *De Intentione.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt intentio in moralibus?

*Reſp.* Eſt voluntatis noſtræ actus, quo aliquem ſuæ operationis finem ſibi proponit. Hæc definitio ex S. Thomâ deſumpta eſt.

S. Th. 1. 2. q. 12. art. 1. in corp.

*Quæſt.* 2. Quot ſunt intentionis ſpecies?

*Reſp.* Intentio generaliter loquendo in bonam & malam dividi poteſt.

*Quæſt.* 3. Quæ eſt intentio bona?

*Reſp.* Eſt voluntatis actus, quo decernimus aliquid agere propter bonum finem, qui non poteſt eſſe, niſi Deus, aut implicitè, aut explicitè; quia, ut docet S. Auguſtinus: *Virtutes ad quodlibet adipiſcendum vel tenendum, niſi ad Deum referantur, etiam ipſæ vitia potiùs ſunt, quàm virtutes.*

D. Aug. lib. 16. de civit. c. 25.

*Quæſt.* 4.

*Quæſt.* 4. Quandonam mala eſt aliqua intentio?

*Reſp.* Dum voluntas aliquid operari decernit propter finem, qui non refertur ad Deum; unde docet S. Thomas, quòd *actus à ratione deliberativa procedens, ſi non ſit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali: Si verò ordinetur ad debitum finem, convenit cum ordine rationis; unde habet rationem boni. Neceſſe eſt autem, quòd vel ordinetur, vel non ordinetur ad debitum finem. Unde neceſſe eſt omnem actum hominis deliberativa ratione procedentem, in individuo conſideratum bonum eſſe vel malum.* Idem habet D. Thomas in commentario in primum librum ſentent. diſt. primâ, quæſt. 3. D. Th. 1. 2. q. 18. art. 9. in corp.

*Quæſt.* 5. Poteſt-ne aliquis actus ex ſe bonus, fieri malus ratione intentionis?

*Reſp.* Poteſt certè, quia ut dicit S. Auguſtinus: *Cùm aliquid facit homo, ubi peccare non videtur; ſi non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare convincitur.* D. Aug. lib. 3. in Julianû, c. 4.

*Quæſt.* 6. Actus malus, poteſt-ne per aliquam intentionis directionem fieri bonus?

*Reſp.* Certum primò eſt, illud quod ex natura ſua malum eſt, nunquam poſſe fieri bonum per quamvis intentionis rectitudinem; quia ut docet S. Thomas: *Bonum cauſatur ex integra cauſa, malum autem ex ſingularibus defectibus; & ideò ad hoc quòd dicatur malum id, in quod fertur voluntas, ſufficit, ſive quòd ſecundùm ſuam naturam ſit malum, ſive quòd apprehendatur ut malum: Sed ad hoc quòd ſit bonum, requiritur quòd utroque modo ſit bonum.* Et rationem alibi aſſignat idem S. Doctor, dum dicit, quòd *malitia voluntatis ſufficit ad hoc* D. Th. 1. 2. q. 19. art. 6. ad 1. D. Th. lib. 1. ſent. diſt. 40. q. 1. art. 2. in corp.

*quòd actus malus eſſe dicatur, quia quod malo fine agitur, malum eſt: non autem bonitas voluntatis intendentis ſufficit ad bonitatem actus; quia actus poteſt eſſe de ſe malus, qui nullo modo bene fieri poteſt*. Sed illi actus qui ita mali ſunt, ut tamen in aliquibus circumſtantiis poſſint eſſe liciti, fiunt boni, dum adſunt illæ circumſtantiæ quæ pravitatem talium actuum tollant, modò cum rectâ intentione fiant: exempli gratiâ, pluralitas beneficiorum ex ſe mala eſt, attamen poteſt fieri bona, dum eſt cum illis circumſtantiis quæ illius pravitatem auferunt, & adeſt recta intentio; & ita ſi quodlibet ex duobus beneficiis non poteſt ſubminiſtrare illud omne, quod ſuſtentationi beneficiarii neceſſarium eſt, aut ſi ſacerdotum penuria, aut paupertas Parochiarum tanta ſit, ut Epiſcopo neceſſe ſit duas unico ſacerdoti committere; tunc ille qui duo beneficia in talibus circumſtantiis cum bona intentione poſſidet, non peccat: *Iſtis conditionibus ſupervenientibus*, ait S. Thomas, *cum recta intentione, non erit peccatum*. Quod fuſiùs exponit ſanctus Auguſtinus dicens, quòd *Intereſt plurimùm quidem, qua cauſa, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea quæ conſtat eſſe peccata, nullo bonæ cauſæ obtentu, nullo quaſi bono fine, nulla velut bona intentione facienda ſunt. Ea quippe opera hominum ſicut cauſas habuerint bonas, ſeu malas, nunc ſunt bona, nunc mala, quæ non ſunt per ſe ipſa peccata: ſicut victum præbere pauperibus, bonum opus eſt, ſi fit cauſa miſericordiæ cum recta fide. Hæc atque hujuſmodi ſecundùm ſuas cauſas opera ſunt bona vel mala, quia eadem ipſa ſi habeant malas cauſas, in peccata vertuntur; velut ſi jactantiæ cauſa pauper paſcitur. Cùm verò jam opera ipſa peccata ſunt, ſicut furta, ſtu-*

D. Th. quodlib. 9. art. 15. q. 7.

D. Aug. lib. contra mendacium, c. 7.

*ſtupra, vel cætera talia, quis eſt, qui dicat cauſis bonis eſſe facienda, ut vel peccata non ſint, vel quod eſt abſurdum, juſta peccata ſint?*

*Quæſt.* 7. Licet-ne alicui mulieri ſumptuoſis, & magnificis veſtibus indui, dum ſolùm intendit videri pulchra & benè compta & ornata, ſine ulla alia mala intentione?

*Reſp.* Principia illa quæ ſupra ſtabilita ſunt, cum autoritate S. Auguſtini & S. Thomæ, ſatis oſtendunt id non licere. Primò quia dum intendit tantùm hominibus placere, finis illius actus bonus non eſt, quia ad Deum non refertur. Secundò quia hic actus eſt ex ſe malus, dum non adſunt illæ circumſtantiæ, quæ poſſent illum cohoneſtare, cùm, ut docet ſanctus Auguſtinus: *Verus ornatus maximè Chriſtianorum, & Chriſtianarum, non tantùm non eſt ullus fucus mendax, verùm nec auri quidem veſtiſque pompa; ſed mores boni ſunt*. Id tamen poſſet eſſe licitum, ſi fieret ad obediendum jubenti marito, & hæc circumſtantia malitiam talis actus tolleret; quia præceptum quod obligat mulieres ad obediendum marito, arctiori vinculo ligat, quàm illud quod prohibet veſtibus pompoſis uti. Et ita S. Auguſtinus Ecditiæ ſcribens, quæ ægrè admodùm talibus veſtibus induebatur: *Si aliqua*, inquit, *dura conditione cogereris, poſſes habere in ſuperbo cultu cor humile*. Quod tamen intelligendum eſt, modò ex illis veſtibus proximo aliquod ſcandalum non oriatur; nam tunc licitæ non eſſent, cùm ſcandalum ſit contra legem Dei, quod tamen ſæpiùs accidit; unde ſic loquitur S. Antoninus: *Ornatus mulierum tam vanus quid eſt niſi magnum ſcandalum, & laqueus*

D. Aug. in Can. Fucare, de conſecrat. diſt. 5.

D. Ant. 2. p. tit. 73. c. 4. §. 4.

*animarum? Ecce mulier*, inquit Salomon, Proverbiorum 7. *in habitu ornata meretricio ad capiendas animas; quaſi diceret, ad hoc operatur ille ornatus ad ſcandalizandum & capiendum animas peccato luxuriæ*. De hac materia fuſiùs diſſeruimus Tom. 5. Tract. 5. de 4. Decalogi Præcept. cap. 2. nu. 8. 9.

*Quæſt.* 8. Licet-ne famulo in negotiis amatoriis domino inſervire, dum intendit tantùm lucrari ea, quæ ſibi ſunt ad victum neceſſaria?

*Reſp.* Cùm hæc actio ita illicita ſit, ut in nulla circumſtantia fieri licita poſſit, nulla intentio illam excuſare valet, ut patet ex doctrina Sancti Auguſtini & Sancti Thomæ ſuperiùs relata. Unde ſancta Sedes ſequentem propoſitionem damnavit. 51. Propoſitio damnata.

Decretum Innoc. XI. contra 65. propoſit. anno 1679.

*Famulus qui ſubmiſſis humeris ſcienter adjuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandam virginem, & multoties eidem ſubſervit deferendo ſcalam, aperiendo januam, aut quid ſimile cooperando, non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, putà ne à domino malè tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.*

*Quæſt.* 9. Quales conditiones requiruntur, ut intentio ita recta ſit, ut actus noſtri vitam æternam mereantur?

D. Ant. p. p. tit. 4. c. 6. §. 1.

*Reſp.* Quatuor conditiones enumerat ſanctus Antoninus his verbis: *Primò ergo debet intentio, ad hoc ut ſit recta, eſſe ſeparata ab arrogantia. Debet ergo quilibet intendere & credere, quòd principaliter Deus ex ſua largitate dabit ſibi gloriam benefacienti: juxta illud ad Romanos 6.* Gratia Dei vita æterna, *ſcilicet habetur; Gratia*

*autem*

*autem gratis datur*: *Hoc autem notat Pſalmiſta, cùm ait*, Inclinavi cor meum, *id eſt humiliavi*, expectans retributionem à Domino, *non ex operibus juſtitiæ per me factis, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam. Debet ſecundò intentio eſſe ſequeſtrata à deceptione: ut videlicet non faciat ea quæ de ſe ſunt mala, propter aliquem finem apparenter bonum: hoc enim eſſet decipere ſe ipſum. Nam ut ait Apoſtolus ad Romanos* 3. *Non ſunt facienda mala, ut eveniant bona: Hinc & Gregor. qui hac intentione malè accipit, ut benè diſpenſet, gravatur potiùs quàm juvetur.* 1. *q.* 1. *Non eſt putandum. Quòd ſi quis fænus exerceret, ut hoſpitalia & Eccleſias conſecraret: vel etiam aliena raperet, ut pauperibus ſubveniret; ſe ipſum deciperet, cùm nihil mereretur: ſed peccatum incurreret. Quod ergo dicitur, quòd quidquid agant homines, intentio judicat omnes; intelligendum eſt hoc, non de his quæ mala ſunt ſecundùm ſe, ſed de bonis ſeu in differentibus. Unde Pſalmiſta ad hoc ſignificandum, Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas: non mala opera, ſed juſtificationes tuas, id eſt, mandata tua: quæ ſervata faciunt hominem juſtum. Tertiò intentio debet eſſe immaculata: Id eſt, quòd ille qui facit aliquod bonum & propter Deum, non habeat in ſe maculam peccati mortalis. Qui ergo eſt in aliquo peccato mortali, ut odio, luxuria, invidia, & hujuſmodi; quantacumque ſupplicia ſuſtineat pia intentione, ſcilicet propter Deum: non tamen inde recipit retributionem gloriæ, ſed aliqua alia bona, ut proſperitatem, liberationem à multis periculis, diſpoſitionem, ſeu mollificationem cordis ad pœnitentiam; & ſic non remanet illud bonum irremuneratum. Quartò intentio ad hoc ut ſit recta, oportet quòd reſpiciat tanquam*

ad

*ad ultimum finem, ad retributionem Dei. Qui ergo ſervat mandata hac intentione principaliter propter retributionem, pænæ infernalis ſcilicet, evitandam, non habet intentionem debitam, nec meritoriè operatur; quia regula juris dicit, Qui ex timore facit præceptum, etſi bonum eſt quod facit, non tamen benè facit. Sic etiam qui cavent ſe à peccatis, vel bona aliqua faciunt, ut non flagellentur à Deo; & non alia intentione principaliter, parùm vel nihil grati ſunt Deo. Sed recta intentio eſt ſerviendo principaliter Deo, bona faciendo propter ipſum conſequendum, in quo & ex quo ſunt omnia bona, quoniam retribuens eſt Dominus, ut dicitur Eccleſ. 35.*

*Quæſt.* 10. Si bona conſcientia ſit abſque operibus bonis, eſt-ne meritoria?

*Reſp.* Non ſufficit bona intentio aliquod opus meritorium faciendi, ſi dum fieri opportunè poteſt, non fit; quia, ut docet S. Thomas; *Non eſt perfecta voluntas, niſi ſit talis, quæ opportunitate data operetur. Si verò poſſibilitas deſit, voluntate exiſtente perfecta, ut operaretur ſi poſſet, defectus perfectionis quæ eſt ex actu exteriori, eſt ſimpliciter involuntarius. Involuntarium autem ſicut non meretur pænam vel præmium, in operando bonum vel malum: ita non tollit aliquid de præmio, vel de pæna, ſi homo involuntariè ſimpliciter deficiat ad faciendum malum.* Et ita juxta Doctoris Angelici doctrinam, bona intentio ad meritum ſola ſufficit, dum deeſt modus opus implendi; ita ut qui intenderet & verè cuperet aliquod opus bonum exercere cum voluntate æquè perfecta, ac alius quiſpiam, qui illud idem opus realiter impleret, æqualiter planè mereretur.

D. Thom 1.2. qu. 20. art. 4. in corp.

# CAPUT XVII.

## *De Cauſis & rationibus quæ paſſim afferuntur ad excuſandas tranſgreſſiones ſacrorum Canonum & ſtatutorum Eccleſiæ, ob conſuetudinem aliquam contrariam, aut diſpenſationem.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt Conſuetudo?
*Reſp.* Dicitur in jure Canonico quòd *Conſuetudo eſt jus quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex*; quia ut ait Gloſſa: *Nunquam ſecundùm conſuetudinem eſt judicandum, ſi jus contrarium præcipiat*. Quod etiam ex multis juris Canonici & civilis locis probari poteſt; dicitur enim in Canone, quòd *Conſuetudinis uſuſque longævi non vilis authoritas eſt: Verùm non uſque adeo ſui valitura momento, ut aut rationem vincat aut legem.* Quod habetur etiam in titulo Codicis: *Quæ ſit longa conſuetudo*, lib. 8.

Can. Conſuetudo, diſt. 10. Gloſſ. ib.

Can. Conſuetudinis diſt. 11.

*Quæſt.* 2. Quid eſt Jus Canonicum?

*Reſp.* Illud Lancellottus definit, *Ius quod civium (id eſt Chriſtianorum) actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit.*

In Inſtit. Pontific is tit. 1. §. Eſt igitur.

*Quæſt.* 3. Ex quibus rebus conſtat Jus Canonicum, quid-ve in illo continetur?

*Reſp.* Jus Canonicum conſtat ex ſententiis ſanctorum Patrum, & ex ſummorum Pontificum & Conciliorum Decretis & Canonibus, quos *Canones*, ut ait Sanctus Iſidorus, *non ex electione proprii arbitrii ſancti Patres, ſed potiùs ex ſententia divini judicii ſanxerunt*. Unde Damaſus Papa ad

Can. Hæc ipſum, 25. qu. 2.

ad Epiſcopos ſcribens, qui Canones obſervare & ab aliis obſervari non multùm curabant, *Violatores*, inquit, *Canonum voluntarii graviter à ſanctis Patribus judicantur, & à ſancto Spiritu, inſtinctu cujus ac dono dictati ſunt, damnantur, quoniam blaſphemare Spiritum-ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſacros Canones, non neceſſitate compulſi, ſed libenter, ut præmiſſum eſt, aliquid aut protervè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſpontè conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè unum genus eſt blaſphemantium Spiritum ſanctum: quia, ut jam prælibatum eſt, contra eum agit, cujus nutu & gratia Canones editi ſunt.*

Can. Violatores, 15. qu. 1.

*Quæſt.* 4. Non-ne conſuetudo uſu introducta, Canones tollit, & ab eorum obligatione nos liberat?

*Reſp.* Antequam huic quæſtioni reſpondeatur, notandum eſt, Chriſtianos malè moratos, ſemper prætextu conſuetudinis, ab obligatione communi obſervandi leges Dei & Eccleſiæ voluiſſe eſſe immunes; & ideò ſummi Pontifices & ſancti Patres in Conciliis congregati attentam vigilantiam adhibuerunt, ne tam pernicioſa doctrina à veris fidelibus admitteretur, putarentque Canones conſuetudine contrariâ paſſim abrogari: *Nolite errare, fratres mei cariſſimi*, inquit S. Julius Papa ad orientales Epiſcopos ſcribens, qui prætextu conſuetudinis Canones obſervare non curabant, *Doctrinis variis & extraneis nolite abduci. En inſtituta Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, Canoneſque habetis: His fruimini, his circumdamini, his delectamini; ut his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum jacula perſiſtere valeatis.*

Can. Nolite, diſt. 12.

Et

Et Sanctus Gregorius Papa ſeptimus his verbis Epiſcopo ſcribit: *Si conſuetudinem fortaſſis opponas, advertendum eſt, quòd Dominus dixit, Ego ſum veritas & vita: non dixit, Ego ſum conſuetudo, ſed veritas. Et certè (ut beati Cypriani utamur ſententia,) quælibet conſuetudo, quantumvis vetuſta, quantumvis vulgata, veritati omninò eſt poſtponenda, & uſus qui veritati eſt contrarius, abolendus eſt.* Can. Si conſuetudinem, diſt. 8.

*Fruſtra*, inquit Sanctus Auguſtinus, in Canone relatus, *quidam, qui ratione vincuntur, conſuetudinem nobis objiciunt, quaſi conſuetudo major ſit veritate, aut non id ſit in ſpiritualibus ſequendum, quod in melius fuerit à Spiritu ſancto revelatum.* Can. Fruſtra, diſt. 8.

Et ut ait Sanctus Cyprianus, *Conſuetudo quæ apud quoſdam obrepſerat, impedire non debet, quominus veritas prævaleat, & vincat. Nam conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt; propter quod relicto errore, ſequamur veritatem, ſcientes, quia & apud Eſdram veritas vicit, ſicut ſcriptum eſt; Veritas manet & invaleſcit in æternum, & obtinet in ſæcula ſæculorum.* Can. Conſuetudo, diſt. 8.

Denique Sanctus Carolus (quem magnum & fidelem Concilii Tridentini interpretem poſſumus apellare, quique mulsùm pro illius concluſione ſub authoritate avunculi Pii Papæ IV. laboravit) totis viribus iis obſtitit, qui ratione alicujus contrariæ conſuetudinis, ab obſervatione Canonum liberos ſe eſſe dictitabant: unde in Concilio Mediolanenſi II. *Nec verò eſt*, inquit, *cur à muneris noſtri ratione deterreamur, vel quia his paſtoralibus noſtris ſtudiis actionibuſque animos eorum exulcerari videamus, qui filii ſunt perditionis; vel quia populares illæ, quibus quaſi ficus foliis defor-* S. Carolus in orat. habita in Concil. Mediol. 2.

mes,

*mes, pravique mores contegi ſolent, voces audiantur. Non ferunt hæc tempora veterum Canonum ſeveritatem; ſic jamdiu viximus, ſic vixerunt, ita egerunt, qui ætate nos anteceſſerunt, vitæ inſtitutum nihil eſt quod mutemus. At nos hæc atque alia hujuſmodi contemnamus.*

D. Carolus in orat. habita in Concil. Mediol. 6. Et in alio Concilio. *An verò fortaſſe à curatione noſtra deterremur*, inquit, *quia hoc noſtro frequenti provinciæ ſanandæ ſtudio exulcerantur animi quorumdam paſſim dictitantium: Non ferunt hæc tempora veterum Canonum & antiquæ Eccleſiæ medicamenta? Imò ardentiùs progrediamur, quoniam hæc una medicina præſtantiſſima eſt, maximèque opportunum id remedium, ut quibus olim rationibus diſciplina Chriſtiana ſata & propagata fuit, iiſdem ipſis & inſtauretur, & conſervetur.*

Demùm, juxta ſancti Auguſtini expoſitionem, Chriſtus paſſione ſuâ, quæ in Pſalmo 21. deſcribitur, ut veritatem contra conſuetudinem defenderet, multa paſſus eſt; illa enim verba: *Quoniam circumdederunt me Canes multi*, ſic exponit, *id eſt, pro conſuetudine, non pro veritate latrantes multi.*

Secundò, notandum eſt, duas eſſe Canonum ſpecies; alii enim ad ordinandam exteriorem Eccleſiæ diſciplinam conſtituti ſunt: alii verò ad fidem aut mores Chriſtianorum ſpectant. Præterea alii jus poſitivum, & novam obligationem, quam antea non habebamus, conſtituunt; alii ad jus naturale pertinent, & determinant tantùm ac manifeſtant, id quod à jure naturali aut divino præcipitur, aut prohibetur. His poſitis, certum primò eſt, illos Canones qui id quod à jure naturali, aut divino prohibetur, declarant, nunquam

con-

conſuetudine contrariâ abrogari poſſe ; *Sciendum eſt*, inquit Sanctus Antoninus, *quòd nulla conſuetudo, quantumque generalis & antiquata, poteſt præjudicare, ſeu tollere id quod eſt de lege naturali, ſeu etiam divina quoad moralia præcepta, ut diſt. 8. dicitur:* Quia ſemper viget ea ratio, quæ Eccleſiam ad tales inſtituendos Canones impulit, cùm fundata ſit in jure naturali & divino, quod immutabile eſt, nullâque conſuetudine tolli poteſt. Exempli gratiâ, jure naturali prohibitum eſt juxta Sancti Thomæ doctrinam, aliud in beneficiis & miniſteriis Eccleſiaſticis quærere, quàm Dei gloriam & utilitatem Eccleſiæ ; *Vnde ſi aliquis*, inquit, *hac intentione plura beneficia habeat, ut ſit ditior, ut lautiùs vivat, & ut faciliùs ad Epiſcopatum perveniat ; non tolluntur prædictæ deformitates, ſed augentur: quia cum tali intentione, & unum beneficium habere (quod nullam inordinationem importat) eſſet illicitum: & ſic quidem eſſet dicendum ſecundùm jus naturale, etiam nullo jure poſitivo ſuperveniente.* Dicendum eſt igitur, illos Canones, qui in hac materia conditi ſunt, ad jus naturale & divinum ſpectare, & ita nullâ deſuetudine abrogari poſſe.

D. Anton. 1. p. tit. 16. §. 6.

D. Thom. quodlib. 9. a. 15.

Ut plurimùm Canones quos ſancta Dei Eccleſia in materia morum conſtituit, nullam novam obligationem imponunt, ſed ſolummodò declarant & dilucidè aperiunt id quod in jure divino continetur, & vivendi modum qui in Euangelio præſcribitur, exponunt, dum ad caſus particulares deſcendunt; & ita vix aliquis Canon poteſt inveniri, in quo aliquid juris divini non ſit. Exempli gratiâ, licèt pœnæ canonicæ quæ pro variis criminibus infligebantur, ab Eccleſia conſtitutæ ſint, attamen à jure divino aliquatenùs originem ſumunt:

quia voluit Deus, peccata in Sacramento pœnitentiæ ſine pœna non remitti, & magnis laboribus pœnitentiâque convenienti expiari. Unde quamvis mutari poſſit Eccleſiæ diſciplina, & majores in aliquo ſæculo quàm in alio pœnitentias imponere poſſit; attamen fieri non poteſt, quòd Sacramentum Pœnitentiæ Baptiſmus laborioſus non ſit, ut ſancti Patres docent, & quòd Confeſſarii non obligentur ad pœnitentias gravitati, & numero peccatorum convenientes pœnitentibus imponendas; quòdque pœnitentes ipſi, defectum Confeſſariorum ſupplere non debeant, dum clarè vident, pœnas ſibi impoſitas nullo modo convenientes eſſe: nulla igitur contraria conſuetudo, illud quod in Concilio Tridentino legitur, abrogare poterit: *Debent ergo ſacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares & convenientes ſatisfactiones injungere.*

Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 8.

Attamen videmus ſæpiùs contrariam aliquam conſuetudinem adduci contra illos Canones qui mores fidelium dirigunt, quique in lege Dei, in ſacra Scriptura contenta, fundati ſunt: illum abuſum, qui jam in nono ſæculo vigebat, diſertis verbis damnat Concilium Pariſienſe, dum ait: *Quorumdam perverſiſſimæ conſuetudines propriæque voluntates multimoda adinventione contumaciter, quod valdè periculoſum eſt, efficiunt, ut opera fidei magna ex parte negligantur: qui dum legis divinæ tranſgreſſores exiſtunt, eaſdem conſuetudines, ſibi legem faciunt, & ſecundùm ea, ſe vivere abſque ſui diſcrimine & poſſe & debere contendunt, ſua quærentes, non quæ Ieſu-Chriſti. Quod quantum authoritati divinæ contrarium ſit, aut non advertunt, aut*

Concil. Pariſ. ann. 829. cap. 1.

certè

*certè animadvertere detrectant: quantum etiam ob hoc religio Christiana in eis periclitetur, facilè qui ſapit advertit. Quapropter unuſquiſque fidelis, ſi ſalvus eſſe vult, oportet, ut remotis perverſis conſuetudinibus quæ periculum animarum generant, fidem Christi quam percepit, bonis operibus exornare non negligat.*

Sed certum etiam eſt, illos Canones, qui ſolam Eccleſiæ exteriorem diſciplinam dirigunt, poſſe aliqua legitima contraria conſuetudine abrogari. Canones quoque qui ad jus poſitivum ſolummodò ſpectant, quique novam obligationem, quæ priùs non erat, imponunt, poſſunt contraria conſuetudine tolli, modò clauſulam quæ conſuetudini poſteriori derogat, non contineant, & talis conſuetudo legitima, & rectæ rationi conſentanea ſit; nam ut docet Sanctus Antoninus, *Si lex non habet clauſulam derogativam conſuetudinis, tunc aut eſt rationabilis, aut irrationabilis: ſi irrationabilis, non tollit legem, ut quia eſt contra jus, per quod læditur ordo judiciarius, vel per quod diſrumpitur Eccleſiaſtica diſciplina, vel quòd eſt oneroſa Eccleſiis, vel quia eſt contra publicam utilitatem communem; & talis conſuetudo non derogat Canoni vel legi, ut* 8. *diſt. Can.* Mala. D. Ant. tit. 16. § 6.

*Quæſt.* 5. Poteſt-ne aliqua conſuetudo contraria id operari, ut Decretales ſummorum Pontificum & Conciliorum generalium Canones, qui ad dirigendos fidelium mores ſtatuti ſunt, ampliùs non obligent?

*Reſp.* Reſpondet S. Antoninus, quòd *ſufficit ſcientia Principis ad hoc quod conſuetudo tollat legem: ſed in Papa certum eſt, quòd requiritur ejus aſſenſus expreſſus.* Et eſt *neceſſarius, cùm non ex translatione populi, ſed* D. Anton. 1. p. tit. 16. § 2.

Do-

*Dominica juſſione & Conciliorum authoritate ſuam habeat juriſdictionem.*

Quod idem Sanctus confirmat authoritate Nicolai Papæ I. qui ſic loquitur in Canone: *Conſequens eſt, ut quod ab hujus ſedis rectoribus plena authoritate ſancitur, nullius conſuetudinis præpediente occaſione, proprias tantùm ſequendo voluntates, removeatur: ſed firmiter atque inconcuſsè teneatur.*

Can. Conſequens, diſt. 11.

Quod tamen potiſſimùm intelligendum videtur de iis conſtitutionibus, quæ fidem aut mores reſpiciunt; & quantum ad alias Conſtitutiones & Canones, qui novam aliquam exteriorem obligationem imponunt, ſeriò notandum eſt, illos conſtitutos eſſe inſpirante Spiritu ſancto; nam, ut dicitur in Concilio Aquiſgranenſi, *Sacri Canones toto orbe venerandi, & ſancto Spiritu inſpirante digeſti, imò calamum ſanctorum Patrum qui eos de ordine & ſtatu ſanctæ Dei Eccleſiæ conſcripſerunt regente.* Et ideò non perindè habendi & æſtimandi ſunt, ac leges humanæ alicujus Principis, quæ quandoque minùs ratione, quàm genio dominantis, aut ob aliquod intereſſe proprium, conſtitui poſſunt, vel certè quia putantur utiles reipublicæ, licèt re verà tales non ſint. Nihil ſimile in legibus, quarum Spiritus ſanctus author eſt, accidere poteſt. Adde, quòd nimiùm auſteræ & ſeveræ eſſe non poſſunt, aut legis divinæ obſervationi vel ſaluti fidelium inutiles. Et ita licèt ſtricta Canonum obligatio ceſſare, & tolli publicâ & patenti Eccleſiæ tolerantiâ poſſit; attamen ſi adamuſſim, & ad litteram non obſerventur, illorum ſpiritum obſervare maximè convenit. Etſi, exempli gratiâ, hoc tempore ſeptennis pænitentia pro unico mortali delicto non imponitur: non ideo peccatores minùs obligantur ad ſatisfa-

Anno 836. cap. 25.

faciendum divinæ juſtitiæ modo convenienti, & peccatis proportionato; cumque non ſint minùs gravia hoc tempore delicta, quàm olim erant, ſupplere debent veri pœnitentes, id quod pœnitentiæ ſibi à Confeſſario impoſitæ deeſt, bonis operibus inhærendo, tolerandoque patienter varias, quæ ſatis frequenter ſe ſe offerunt, calamitates, & dolendi occaſiones.

Cæterùm generaliter valdè ſuſpectæ æſtimandæ ſunt omnes conſuetudines, quæ Canonibus adverſantur, iiſque non facilè fidendum, ſed potiùs ſacrorum Canonum leges obſervare ſatagendo, orandum eſt, ut Deus illuminet multorum cæcitatem, qui mediis ad ſalutem adeò utilibus, quæque ab amantiſſima matre Eccleſia à Spiritu ſancto edocta ſalubriter offeruntur, negligunt.

*Quæſt. 6.* Poſſunt-ne Eccleſiaſtici ab obligatione obſervandi Canones, qui de eorum vitâ & moribus conditi ſunt, ſe eximere, ſub prætextu alicujus deſuetudinis?

*Reſp.* Certum eſt, id ab illis fieri non poſſe, cùm præter alias rationes, quæ ſuperiùs indicatę ſunt, tales Canones ab Eccleſia in Concilio Tridentino innovati ſint. *Statuit*, namque, *ſancta Synodus ut quæ aliàs à ſummis Pontificibus, & à ſacris Conciliis, de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrinaque retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus ac quibuſcumque criminibus, nec non ſæcularibus negotiis fugiendis copiosè, ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem impoſterum iiſdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, obſerventur: nec appellatio executionem hanc quæ ad morum correptionem*

Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1.

*nem pertinet, ſuſpendat. Si qua verò ex his in deſuetudinem abiiſſe compererint, ea quàm primum in uſum revocari, & ab omnibus accuratè cuſtodiri, ſtudeant; non obſtantibus conſuetudinibus quibuſcumque; ne ſubditorum neglectæ emendationis ipſi condignas, Deo vindice, pœnas perſolvant.*

*Quæſt.* 7. Conſuetudo alicubi introducta, quòd mulieres pectore diſcooperto publicè incedant, illas-ne à peccato excuſare poteſt?

D. Anton. 2. p. tit. 4. cap. 5. §. 3.

*Reſp.* Negativè reſpondet S. Antoninus, dum ait, quòd *Si de uſu patriæ eſt, ut mulieres deferant veſtes verſus collum ſciſſas & apertas uſque ad oſtenſionem pectoris & mamillarum, valdè turpis & impudicus eſt talis uſus, & ideo non ſervandus. Si de uſu communi patriæ eſt deferre mulieres veſtes caudatas pulverem excitantes & viam mundantes, hoc turpe eſt & deteſtandum, non illis conformandum: non ſequaris turbam in malum, ait Dominus in veteri lege.*

Hanc doctrinam magno fidelium applauſu egregiè confirmavit Innocentius Papa XI. dum corruptelis tollendis, ut bonum ſummumque Paſtorem decet, invigilans, ſalutari Decreto per Eminentiſſimum Cardinalem Carpegna Vicarium generalem ſancivit, 30. Novembris 1683. ut mulieres omnes ad collum uſque & manum, denſo ad minùs velo coopertæ in publico eſſent, ſub excommunicationis reſervatæ pœnâ ipſo facto incurrendâ; Confeſſariique qui tales perſonas abſolvere præſumerent, eâdem excommunicatione ligantur. Quod Decretum Romæ exactè ab omnibus obſervari ſummo cum gaudio vidimus, & illius etiam occaſione nuditates quaſdam in Templa Dei à pictoribus furtivè, ſuadente diabolo, introductas, ſalubriter expungi,

pungi, & multùm haud dubiè profuturo exemplo emendari & cooperiri. Eodem modo damnat idem ſanctus Antoninus caudatarum veſtium uſum, licèt non ita culpabilis videatur, ac alius ſupradictus. De hâc materiâ fuſiùs diſſeruimus Tom. 5. tract. 5. de 4. Decalogi Præcepto, c. 2. n. 8. 9.

*Quæſt.* 8. Ex ſummi Pontificis diſpenſatione oritur-ne ſemper juſta excuſatio quæ omnem Canonum obligationem tollat, ſaltem dum nihil ei falſum narratum fuit?

*Reſp.* Certum primò eſt, ut ait S. Thomas, quòd *Diſpenſatio humana non aufert ligamen juris naturalis, ſed ſolùm juris poſitivi, quod per hominem ſtatuitur, & per hominem diſpenſari poteſt.* D. Th. quodlib. 9. art. 15.

Sed non minùs indubitatum eſt, diſpenſationes excuſare ab obligatione obſervandi Canones, qui jus poſitivum continent, dum illæ adſunt conditiones quas Concilium Tridentinum ad earum in foro conſcientiæ validitatem exigit: *Sicuti*, inquit Concilium, *publicè expedit legis vinculum quandoque relaxare, ut pleniùs evenientibus caſibus, & neceſſitatibus, pro communi utilitate ſatisfiat; ſic frequentiùs legem ſolvere, exemploque potiùs quàm certo perſonarum, rerumque delectu petentibus indulgere, nihil aliud eſt, quàm unicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant univerſi, ſacratiſſimos Canones exactè ab omnibus, & quoad ejus fieri poterit, indiſtinctè obſervandos. Quòd ſi urgens, juſtaque ratio, & major quandoque utilitas poſtulaverit, cum aliquibus diſpenſandum eſſe; id cauſa cognita, ac ſumma maturitate, atque gratis, à quibuſcumque, ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum, aliterque facta* Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 18.

*diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur*: id eſt nulla. *Vbi neceſſitas urget*, ait S. Bernardus ad Eugenium Papam ſcribens, *excuſabilis diſpenſatio, ubi utilitas provocat, diſpenſatio laudabilis; & utilitas dico communis, non propria; nam cùm nihil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt*. Et quod majus eſt, tales diſpenſationes abſque legitima ratione conceſſæ, iis qui eas obtinuerunt inutiles ſunt: *Nunquid* enim, inquit alibi idem ſanctus, *ideo aut malum eſſe deſiit, aut vel minoratum eſt, quia Papa conceſſit?*

D. Bern. lib. 3. de conſid. c. 4.

D. Bern. Ep. 7. ad Adam. monachū.

Sed dum de eadem materia ex profeſſo fuſiùs tractat ſanctus Abbas, dilucidè hanc quæſtionem reſolvit his verbis: *Stabile dicitur, quod ita eſt neceſſarium, quod non cuilibet hominum illud mutare fas ſit, niſi ſolis diſpenſatoribus myſteriorum Dei, id eſt præpoſitis, ut* v. g. *regulæ ſanctorum Baſilii, Auguſtini, Benedicti, nec non autentici Canones, & ſi quæ ſunt alia Eccleſiaſtica inſtituta dignæ autoritatis; quæ quoniam à ſanctis tradita ſunt, ſancita ſtabiliter perſeverant, nec omninò cuivis ſubjectorum ea aliquo modo variare vel mutare conceditur. Quia tamen ab hominibus, etiam per homines loco & officio illis Canonica electione ſuccedentes, licitè interdum innoxièque pro cauſis, perſonis, locis & temporibus diſpenſantur: ubi ſanè qui hæc legit, attendat, me cautè non dicere ea poſſe vel ab iſtis leviter pro voluntate mutari, ſed ex ratione fideliter diſpenſari. Quandiu ergo Charitati militant, immobiliter fixa ſunt, mutarique omninò ne ab ipſis quidem præpoſitis ſine offenſa poſſunt: at ſi è contrario contraria fortè aliquando charitati viſa fuerint, his dumtaxat quibus hoc poſſe vide-*

S. Bern. tractatu de præcepto & diſpenſ. c. 2.

*videre datum eſt, & providere creditum eſt; nonne juſtiſſimum eſſe liquet, ut quæ pro charitate inventa fuerunt, pro charitate quoque, ubi expedire videtur, vel omittantur, vel intermittantur, vel in aliud fortè commodius demutentur? Sicut è regione iniquum procul dubio foret, ſi ſtatuta pro ſola charitate, contra charitatem tenerentur. Tenent ergo fixam firmamque immobilitatem, etiam apud Prælatos, quæ ex ſtabili neceſſario ſunt; ſed quatenus charitati deſerviunt. Nunquid autem hoc ego, vel ſolus ſentio, vel primus dico? An non hoc ipſum & Papa Gelaſius ſenſit? Ait ſiquidem, Ubi neceſſitas non eſt, inconvertibilia maneant ſanctorum Patrum Decreta. Leo quoque Papa, Ubi, inquit, neceſſitas non eſt, nullo modo ſanctorum Patrum inſtituta violentur. Et infert: Ubi ergo neceſſitas fuerit ad utilitatem Eccleſiæ, qui poteſtatem habet, ea diſpenſet: ex neceſſitate enim fit mutatio legis.* De eadem materia pleno calamo diſſerui, Tom. 4. Tract. 9. de Sacr. Matrimon. cap. 7. per tot.

# TRACTATUS SECUNDUS.

## *DE*

# CONTRACTIBUS

## IN GENERALI.

### Caput Primum.

### *De definitione & diviſione Contractuum.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt Contractus? *Reſp.* Contractus duplici modo ſumi poteſt: Primò in ſtricta ſignificatione, & in hoc ſenſu definiri poteſt, juxta legem *Labeo, ff. de verborum ſignificatione*: Conventio inter duas aut plures perſonas, quæ viciſſim ad id, quod conventum eſt exequendum obligat; & talis Contractus vocatur ultro citroque obligatorius; in quo genere ſunt emptio & venditio, locatio & conductio, & ſimilia.

Secundò, Contractus poteſt latiori modo ſumi, & includere conventionem, in qua unus tantùm obligatur, ſicut evenit in donatione, promiſſione, & ſimilibus: Hæc duo contractuum & conventionum genera expreſsè notat Gloſſa Canonica, dum ait, *Contractus quidam ſunt ultro citroque obligatorii, ut emptio & venditio: Quidam ex una parte, ut eſt donatio.*

Gloſſa in c. Provide. in extrav de ſententia excom. verbo Contractus.

*Quæſt.* 2. Quo modo dividuntur Contractus?

*Reſp.*

*Reſp.* Poſſunt dividi in gratuitos, & oneroſos: gratuiti ſunt, in quibus ille in cujus favorem facti ſunt, ad nihil omninò præſtandum obligatur, ut videre eſt in Contractibus depoſiti, precarii, mandati, & ſimilibus: Contractus oneroſi dicuntur, in quibus partes contrahentes viciſſim obligantur ad faciendum, dandum, aut reddendum aliquid; tales ſunt Contractus emptionis, & venditionis, locationis & conductionis, permutationis, conſtitutionis dotis, & generaliter omnes alii, in quibus ille in cujus favorem contractus celebratur, dat pretium aut mercedem quamcumque loco illius rei, quam ab alio contrahente accipit. Dividi etiam poſſunt, & conſiderari tribus modis; in quibuſdam enim dominium & proprietas rei ſimul cum illius uſu transfertur: ut in contractibus mutui, emptionis, permutationis, & donationis. In aliis uſus ſolummodò, non verò proprietas & dominium alicujus rei transfertur, ut in contractibus commodati, locationis, & precarii. Et demùm in aliquibus contractibus neque dominium, neque uſus rei transfertur, ut in depoſito, & pignore.

Plures aliæ à Juriſconſultis aſſignantur diviſiones, quæ ad tribunal, & forum externum tantummodò pertinere videntur. Ideo hic eas breviter indicare ſufficiet.

Primò, dividuntur in Contractus nominatos (id eſt qui nomen peculiare & actionem directam à Jure habent, ut venditio, mutuum, & ſimilia:) & in innominatos, ut ſunt Contractus, *Do ut des, do ut facias, facio ut facias, facio ut des*. De quibus idem dicendum eſt, quod de illis Contractibus nominatis, quibus unuſquiſque ex his

innominatis aſſimilatur, ut dicitur in lege *Naturalis, ff. de Præſcriptis verbis, §. ſatisfactio.*

Secundò, dividuntur in contractus bonæ fidei, & contractus ſtricti juris; contractus bonæ fidei ſunt, in quibus non ſolùm id, de quo expreſsè inter partes conventum eſt, obſervari debet; ſed etiam id, quod eſt æquitati conforme, licèt expreſsè in conventionem deductum non ſit; ut in contractibus emptionis & venditionis, licèt venditor non promiſerit evictionem rei venditæ, tamen de evictione tenetur, quoties emptor turbatur & non ſinitur pacificè poſſidere rem ſibi venditam; quia evictio & aſſecuratio ex parte venditoris, per ſe copulatur cum contractu venditionis: Similiter etiam emptor debet intereſſe ſummæ conventæ poſt elapſum terminum illius ſolutioni præfixum, licèt id in contractu appoſitum nullo modo eſſet; quia ex æquitate requiritur, ut venditor intereſſe pecuniæ ſibi non numeratæ accipiat, ut hoc modo fiat compenſatio fructuum, quos ex re vendita percipere potuiſſet.

Contractus ſtricti juris ſunt, in quibus illud tantùm ſervandum eſt, de quo inter partes convenit; ut ſunt contractus mutui, ſtipulationis, & ſimiles: & ideò in illis contractibus intereſſe ob ſolutionis moram non debentur, niſi de hoc expreſsè inter partes convenerit, licèt debeantur in contractibus bonæ fidei, ut ait Gloſſa his verbis: *In contractibus ſtricti juris non veniunt uſuræ ex mora, niſi ſpecialiter ſint promiſſæ; in contractibus bonæ fidei veniunt uſuræ ex mora*; quia in contractibus ſtricti juris lex non præſumit, unum ex contrahentibus aliquod damnum, ob ſolutionis moram, paſſum fuiſſe, & ideò non obli-

In c. Tum venerabilis, de exceptionibus, verbo bonę fidei.

obligat alium ad ſolutionem intereſſe, ob rationem damni ex mora provenientis. Contractus bonæ fidei ſunt emptio & venditio, locatio & conductio, mandatum, depoſitum, commodatum, pignus, permutatio, promiſſio, quæ verbo aut in ſcriptis fit. Alii autem contractus ſunt ſtricti & rigoroſi juris.

Demùm dividuntur à Jure conſultis contractus in illos qui re perficiuntur, ut mutuum, commodatum, precarium, depoſitum, pignus, permutatio: in illos qui ſolo conſenſu fiunt, ut emptio & venditio, locatio, ſocietas, & mandatum: in illos qui verbis perficiuntur, ut ſtipulationes: & in illos qui ſcripturam requirunt, aut ex conventione partium, aut ex diſpoſitione juris, ut contractus Emphyteuſeos, & cenſus.

---

## Caput II.

### *Utrum Contractus per errorem factus, validus ſit.*

*Quæſt.* 1. Quid eſt error in contractu?

*Reſp.* Eſt exiſtimatio aut ſtipulatio alicujus rei pro alia, & ut dicitur in Canone: *Errare eſt, aliud pro alio putare.* Can. In quib. 22. q. 2.

*Quæſt.* 2. Quot errorum ſpecies poſſunt in contractibus reperiri?

*Reſp.* Poteſt eſſe error in contractu. Primò quantum ad ſubſtantiam, quod accidit, dum contrahentes putantes ſuper aliqua re contrahere, ſuper alia diverſa contrahunt: Ut ſi Petrus credens, & volens

lens annulum aureum emere, deceptus alium æreum emit. Secundò, error poteſt eſſe circa qualitates, & alios accidentes, dum, exempli gratiâ, quis contrahit ſuper aliquâ re, quam putat habere talem determinatam qualitatem, quam reverà non habet: ut ſi Petrus matrimonium contrahat cum Catharinâ, quam valdè opulentam putat, licèt reipſa pauper ſit, ut poſt factum cognoſcitur.

*Quæſt.* 3. Poſſunt-ne reperiri in Contractibus aliæ errorum ſpecies?

*Reſp.* Errores tam in ſubſtantiâ, quàm in qualitate, ſubdividi poſſunt in errores concomitantes, & errores efficientes: error concomitans, & contractum ſequitur, & ita comitatur, ut tamen illius cauſa non ſit, quia ille qui contrahit, ita animatus & diſpoſitus eſt, ut etiamſi non erraret, & rem, ut eſt in ſe, cognoſceret, contraheret tamen; ut ſi Petrus matrimonium cum Joanna contrahat, putans eſſe Catharinam, quam Pater promiſerat: ita nihilominus diſpoſitus, ut etiam ſi cognoſceret eſſe Joannam, cum illa tamen contraheret.

Error efficiens ille eſt, qui ita fuit cauſa contractûs, ut ſi partes non erraſſent, nullo modo contraxiſſent: ut ſi Petrus domum vendidit, quia illam falsò putavit minari ruinam, quam, ſi non ita erraſſet, nullatenùs vendidiſſet.

*Quæſt.* 4. Contractus, in quo eſt aliquis circa ſubſtantiam error, eſt-ne validus?

*Reſp.* Validus non eſt, quia error circa ſubſtantiam, conſenſum qui de contractus ſubſtantia eſt, tollit; quia ut ait Gratianus in Canone: *Quod autem; Conſenſus eſt, duorum vel plurium ſenſus in eadem:*

Can. Quod autem, 29. q. 1.

*idem: qui autem errat, non ſentit; non ergo conſentit, id eſt ſimul cum aliis non ſentit.*

*Quæſt.* 5. Si error conſenſum tollit, quo modo in Scriptura ſacra Lia, uxor Jacob cap. 29. Geneſ. appellatur, cùm Jacob non putaſſet matrimonium cum Lia, ſed cum Rachele contrahere?

*Reſp.* Reſpondetur in eodem Canone ſupra citato, quòd *Iacob & Liam non fecit conjuges præcedens conſenſus, ſed ſubſequens: nec tamen ex primo concubitu fornicarii judicantur, cùm ille maritali affectu eam cognoverit, & illa uxorio affectu ſibi debitum perſolverit, putans leges primogenitarum, & paternis imperiis ſe ſibi jure copulatam.*

*Quæſt.* 6. Validi-ne ſunt illi contractus, in quibus intervenit aliquis error circa qualitates & alia accidentalia?

*Reſp.* Certum eſt, tales contractus, non obſtante errore, eſſe validos; quia ut dicitur ibidem: *Error qualitatis non excludit ſimiliter conſenſum; utpotè, ſi quis emerit agrum, vel vineam quam putabat eſſe uberrimam, quamvis iſte erraret in qualitate rerum, rem minùs fertilem emendo, non poteſt tamen venditionem reſcindere. Similiter qui ducit in uxorem meretricem vel corruptam, quam putat eſſe caſtam, vel virginem, non poteſt eam dimittere & aliam ducere.* Attamen ille qui aliquid ex tali errore lucratus eſt, poteſt aliquoties ad reſtitutionem obligari, ut in ſequenti cap. videbimus. Can. Quod autem 29. q.1.

*Quæſt.* 7. Contractus, in quo fuit aliquis error concomitans, validus-ne eſt?

*Reſp.* Si talis error reſpicit contractus ſubſtantiam, illum invalidum reddit; quia tunc conſenſum tollit, qui, ut ſupra

diximus, eſt de eſſentiâ contractus; quod ex ſancto Thoma probatur, qui docet, quòd *Ignorantia concomitans eſt de eo, quod agitur; tamen etiamſi ſciretur, nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia non inducit ad volendum ut hoc fiat; ſed accidit ſimul eſſe aliquid factum & ignoratum: ſicut cùm aliquis vellet quidem occidere hoſtem, ſed ignorans occidit eum, putans occidere ſervum: & talis ignorantia non facit involuntarium, quia non cauſat aliquid quod ſit repugnans voluntati; ſed facit non voluntarium, quia non poteſt eſſe volitum, quod ignoratum eſt.* Sed quando actus non eſt voluntarius, nullus adeſt conſenſus; quia conſenſus eſt actus liber, quo cum alio de aliqua re convenimus. Et conſequenter error concomitans reddit contractum invalidum, cùm conſenſum, qui de eſſentia contractus eſt, tollat.

S. Th. 1. 2. q. 6. art. 8. in corp.

## Caput III.

### *Vtrum Contractus, in quo aliqua intervenit fraus, ſit validus.*

*Quæſt.* I. QUID eſt dolus, aut fraus?

*Reſp.* Dicitur in lege civili, quòd *Dolus malus eſt, omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum adhibita.* Sed hæc deſcriptio expoſitione indiget; & ideò primò dicitur *calliditas*, ut dum quis ſciens rem illam quam vendit, ad alium pertinere, aut eſſe pignori traditam, aut ſpecialiter hypothecatam, illud emptori non dicit. Secundò eſt *fallacia*, ut dum mendacium dicitur, ut res plus juſto vendatur.

L. Hoc edicto, ff. de dolo malo, §. dolũ malum.

tur. Tertiò eſt *machinatio*, ut cùm per ſubdola verba rei venalis defectus ſubtiliter abſconditur.

*Quæſt.* 2. Quot modis fraus & dolus poteſt in aliquo contractu intervenire?

*Reſp.* Duobus planè modis id poteſt accidere: Primò cùm dolus dedit cauſam contractui, ita ut partes contrahere noluiſſent, ſi talem dolum agnoviſſent. Ut cùm aliquis alium ad rem quampiam ſibi vendendam per dolum impellit, quam ſi dolum cognoviſſet, nullo modo vendiviſſet. Secundò cùm fraus non fuit cauſa contractus, quia ad ſubſtantiam rei non pertinet, ſed tantùm ad qualitates & alia accidentalia, ita ut etiamſi partes talem fraudem cognoviſſent, contraxiſſent tamen; ut dum aliquis volens quidpiam vendere, ad vendendum minori pretio, per dolum impulſus eſt.

Dolus tam quoad ſubſtantiam, quàm quoad accidentia, poteſt in contractibus intervenire culpâ aut contrahentium, aut alicujus tertii mediatoris talis contractûs: quod etiam poteſt accidere aut ſine conſenſu alicujus ex partibus, aut cum unius partis conſenſu. Videndum igitur, quæ obligatio reſtituendi ex his variis caſibus poſſit oriri.

*Quæſt.* 3. Contractus in quo prima doli ſpecies intervenit, quæ ſcilicet dedit cauſam contractui, eſt-ne validus?

*Reſp.* Contractus tali dolo infectus, nullus eſt, ex Gloſſa quæ ſic loquitur: *Cùm dolus dat cauſam contractui, putà, dolo induxi te ad vendendam rem, aliàs non venditurum, non tenet contractus*. Quod etiam probatur ex Canone, in quo habetur: *Quod ſi calliditate uſus fuerit, & à colono vel à Clerico emerit princeps agrum, irrita ſit* ven-

Gloſſa in cap. Cùm dilecti, de empt. & vendit. verbo: Deceptione.

Can. Qu ſquis Epiſcopus, 2. q. 2.

*venditio*. Quia talis calliditas tollit liberum conſenſum qui eſt de eſſentia contractus; dum impedit, ne partes rectè illud, quod agunt, cognoſcant.

*Quæſt.* 4. Contractus in quo ſecunda doli ſpecies intervenit, quæ ſcilicet non fuit talis contractus cauſa, eſt-ne validus?

Gloſſa in c. Cùm dilecti, de empt. & vendit. verbo, Deceptione.

*Reſp.* Validus procul dubio eſt, quod probatur ex Gloſſa, in qua dicitur, quòd *Si dolus incidit in contractum, quia venditurus eram, ſed per dolum tuum minùs vendidi, vel per dolum meum plùs emiſti; tenet quidem contractus, ſed agitur ad ſupplementum reſidui*: Quia talis dolus non tollit liberum conſenſum, & eodem modo, ut habetur in lege: *Si venditor dolo fecerit, ut rem pluris venderet, tenetur præſtare emptori, illud quod minùs dediſſet, ſi dolum cognoviſſet.*

L. Julianus ff. de actionibus empti & venditi, §. Si venditor.

*Quæſt.* 5. Si dolus non fuit contractus cauſa, & à nullo ex contrahentibus cognitus ſit, ſed potiùs illorum ignorantiâ acciderit: exempli gratiâ, ſi quis adamantem centum aureorum, quinquaginta aureis, illius pretium ignorans, vendat alicui, qui in eadem ignorantia verſatur; tunc ille qui ex tali mutua ignorantia lucratus eſt, tenetur-ne aliquid parti læſæ reſtituere.

L. Si quis cû aliter, ff. de verborum obligationibus.

*Reſp.* Ex doctrina in lege contenta deducitur, fieri debere talem reſtitutionem; cùm lex dicat, quòd *Qui per dolum obligatus eſt, competit ei exceptio, etſi nullus dolus interceſſerit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum habet*. Et ſic, exempli gratiâ, dum architectus promiſit tale ædificium conſtruere pretio quingentorum aureorum, quia ſcilicet ignorabat talis fabricę valorem qui ad centum aureos aſcendebat: in

hoc

hoc caſu tenetur dominus Architectori ſolvere juſtum talis fabricæ pretium: quod patet ex doctrina ſancti Thomæ, qui ſic loquitur: *Si verò eo ignorante aliquis prædictorum defectuum, in re vendita, fuerit: venditor quidem non peccat, quia facit injuſtum materialiter, nec ejus operatio eſt injuſta; tenetur tamen, cùm ad ejus notitiam pervenerit, damnum recompenſare emptori. Et quod dictum eſt de venditore, etiam intelligendum eſt ex parte emptoris.* Notandum tamen eſt, illum qui rem aliquam, illius ignorans pretium, nimis infimo & injuſto pretio emit, non teneri reſtituere, niſi illud, in quo factus eſt ditior, quemadmodum bonæ fidei poſſeſſor: & ita ſi nullo modo utiliter conſumpſit tale lucrum, nec de eo factus eſt ditior, non obligatur omninò ad reſtituendum; nam juxtà Sancti Thomæ doctrinam, *Non tenetur reſtituere fructus conſumptos, quia bona fide poſſedit.* D. Thom. 2.2. qu.77. artic. 2. in corp. D. Th. 2.2. q. 100. a.6. ad 3.

*Quæſt. 6.* Eſt-ne validus Contractus, cùm à tertia perſona provenit dolus?

*Reſp.* Certum eſt in tali caſu, validum eſſe contractum, etiam ſi talis dolus dediſſet cauſam contractui, quia adeſt verus conſenſus inter partes contrahentes; ſed ille qui læſus fuit, poteſt agere contra talem tertium qui fuit contractus mediator, quique illum ſuo dolo cauſavit; dicitur enim in Gloſſa, quòd *In contractibus bonæ fidei ſi dolus dat cauſam contractui non per contrahentes, ſed per intermediam perſonam, tenet contractus, ſed datur actio de dolo contra mediatorem.* Quod etiam confirmatur ex lege *Et eleganter, ff. de dol. malo.* Et in hoc caſu mediator in foro conſcientiæ tenetur damnum, cui cauſam dedit, reſarcire, dum ille qui lucrum ſenſit, & factus Gloſſa in cap. Cùm dilecti, de empt. & vendition. verbo: Deceptione.

eſt ex eo ditior, non vult reſtituere, licèt ad id teneatur; quia ut ait S. Thomas, *Dare alicui occaſionem periculi vel damni, ſemper eſt illicitum*. Quòd ſi talis mediator dolo uſus eſſet, cùm conſenſu unius ex contrahentibus, tunc idem dicendum eſſet, ac ſi dolus reverà adhibitus fuiſſet ab uno ex contrahentibus, quia dum quis concordat cum alio, ut aliquid mali faciat, eâdem obligatione tenetur, ac ſi damnum ipſemet feciſſet.

D.Th. 2.2. q.77. art.3. in corp.

## CAPUT IV.

### *Vtrum Contractus per metum factus validus ſit.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt metus?

*Reſp.* Definitur in lege, *Inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio*.

L. Ait prætor, ff. de eo quod metus cauſa.

*Quæſt.* 2. Quomodo dividitur metus?

*Reſp.* Dividitur primò in metum levem, & metum gravem: metus levis eſt, cùm parvum malum timetur, aut malum grave cum levi admodùm fundamento, ita ut homo cordatus tali metu non turbaretur, & ita lex, *Metum accipiendum dicit, non quemlibet timorem, ſed majoris mali*.

L. Metum, ff. de eo quod metus cauſa.

Gravis metus ille eſt qui cadit in conſtantem virum, qui metus accidit, quoties ex fuga minoris mali, magnum aliud malum conſequens probabiliter timetur, ut mors, gravia, tormenta, carcer, infamatio, ſervitus; quod deſumptum eſt ex Sancto Thomâ, qui dicit, *Quod conſtans ad minùs malum ſuſtinendum cogitur, metu majoris*

D. Thom. in ſuppl. qu. 47. a. 2. in corp.

*joris mali*. Et paulò infra: *Majora mala ſunt*, inquit, *mors*, *verbera*, *item carcer*, *dehoneſtatio per ſtuprum*, *& ſervitus*; *& ideò ex iſtis conſtans cogitur ad alia damna corporalia ſuſtinenda*: *& hæc continentur hoc verſu*; *Stupri*, *ſive ſtatus*, *verberis atque necis*. Quod, juxta eundem, intelligitur, ſive aliquis ſimilia mala ſibi timeat, ſive filiis, uxori, aut patri: ſed ut ea mala gravem metum conſtituant, neceſſe, ut difficillimum ſit ea vitare; nam ſi facilè evadi poſſent, ut per recurſum ad ſuperiores, aut alio quovis modo, tunc timor non eſſet juſtus, & gravis, ut dicitur in cap. *De his quibus*, De Electione. De metu multa dixi Tom.4. tract. 8. de Sacram. Matrimon. cap. 5.

Metus poteſt etiam dividi in juſtum, & injuſtum: Metus juſtus eſt qui à cauſa juſta producitur, ut cùm judex reum ſemiconvictum, metu tormentorum ad ſcelus confitendum adigit; *A judice*, enim, ut ait Gloſſa, *licitè extorquetur confeſſio tormentis & quæſtionibus*; *ſcilicet cùm reus eſt ſuſpectus*, *& non poteſt aliàs res probari*. Gloſſa in Can. Quod vero. 15. qu.6.

Metus injuſtus à cauſa injuſta provenit, ut latro ſclopo mortem minatur mercatori, ut illum ad dandum, aut promittendum centum aureos adigat.

*Quæſt.* 3. Metus gravis tollit-ne libertatem & liberum conſenſum?

*Reſp.* Talis certè metus libertatem aufert, dum ita fortiter hominem pulſat, ut tempus actum ſuum conſiderandi non relinquat, & talem vim animo facit, ut illum ad agendum ſubitò impellat, non permittens, ut videre poſſit malum, in quod labitur: quod poteſt accidere & intelligi eodem planè modo, quo paſſiones & animi

vio-

violenti motus, hominem ad agendum impellunt in motibus, qui primò primi vocantur, in quibus ob deliberationis defectum homo liber non eſt, & ita à peccato excuſatur. Sed è contra ſi gravis metus voluntatem non prævenit, & illi tempus aliquod actum ſuum conſiderandi & reflectendi concedat, tunc non deſtruit libertatem; quia adeſt indifferentia, quæ libertatem hominis in hac vita conſtituit; ea enim eſt differentia inter homines & bruta, quòd bruta neceſſariò agunt, cùm omnia ad agendum requiſita adſunt: homines autem etiamſi ad aliquid faciendum ob gravem metum fortiter impellantur, poſſunt nihilominùs à tali actu abſtinere, id eſt, ei non conſentire; quia cum conſenſus ſit actus voluntatis internus, nullo modo poteſt violentiæ alicujus cauſæ externæ ſubjacere; *Corpori namque vis infertur, non animo*, ut habetur in Canone.

Can. Quod autem, 32. qu. 1.

*Quæſt.* 4. Motus gravis excuſat-ne à peccato?

*Reſp.* Duobus modis excuſare poteſt, aut quia tollit libertatem, aut quia ab obligatione præcepti liberat. Metus tollit libertatem, cùm ita violenter hominem turbat, & commovet, ut ei tempus actum ſuum conſiderandi non relinquat, ut dictum eſt ſupra. Metus diſpenſat à præcepto, cùm ſufficientem libertatem homini concedit, & tempus conſiderandi id, quod ei agendum proponitur: ſed tamen obligatio obſervandi tale præceptum ceſſat, ob gravitatem malorum ex tali obſervatione imminentium: quia homo non tenetur cum tanto damno & incommodo ſimile præceptum implere.

*Quæſt.* 5. Metus gravis diſpenſat-ne ſemper ab obſervatione præcepti?

*Reſp.*

*Reſp.* Duo ſunt præceptorum genera; alia enim ſunt Juris naturalis & divini, alia verò Juris poſitivi & humani. Timor gravis, quantumlibet violentiſſimus, nunquam ab obſervatione præceptorum divinorum & naturalium diſpenſare poteſt, dummodò libertatem non tollat, aut agere compellat ex motu vocato primò primo; quia talia præcepta ordinis ſuperioris ſunt, & *Debemus potiùs quælibet mala tolerare, quàm malo conſentire*, ut habetur in Canone; unde, ut docet Sanctus Thomas, *Si aliquis propter timorem quo refugit periculum mortis, vel quodcumque aliud temporale malum, ſic diſpoſitus eſt, ut faciat aliquid prohibitum vel prætermittat aliquid, quod eſt præceptum in lege divina, talis timor eſt peccatum mortale.* Can. Itane, 32. q. 5. D. Th. 2. 2. q. 125. ar. 3. in corp.

Hujuſce doctrinæ rationem palpabilem ex ſancto Hieronymo relato in Canone ſumere poſſumus; quia ſcilicet ſi metus in his caſibus à peccato excuſaret, ferè nunquam poſſet dici aliquis, peccati reatum incurriſſe; vellent etenim omnes peccatores, quòd illud, quod agunt, peccaminoſum non eſſet, nulluſque propter ipſummet peccatum peccat, ſed propter lucrum aut commodum, quod ex peccato ſperat, aut etiam ad vitandum cum tali peccato damnum imminens; quæ cauſæ ſæpiùs, ob ardens deſiderium paſſionem aliquam in animo dominantem explendi, timorem non minùs gravem efficiunt, quàm ſi mors, aut facultatum amiſſio immineret; cum ſæpiùs videamus homines vitam, honorem, & bona temporalia periculo evidenti exponere, ut alicui violentæ paſſioni ſatisfaciant. *Nam ſi diligenter inſpiciatur*, inquit S. Hieronymus, *fortè ipſum peccare nemo velit, ſed propter aliud quod vult peccat: omnes quippè ho-* Can. Merito, 15. q. 1.

ſici, utrum hi qui metu mortis & amiſſionis bonorum ad jurandum coacti fuerant, neceſſe haberent à tali juramento abſolvi; & affirmativè reſpondit his verbis:

Cap. Verùm, de jurejurando. *Verùm in ea quæſtione quæ quinto loco ponitur, an à Sacramenti vinculo abſolvantur, qui iſtud inviti pro vita & rebus ſervandis fecerunt, nihil aliud arbitramur, quàm quod anteceſſores noſtri Romani Pontifices arbitrati fuiſſe noſcuntur, qui tales à juramenti nexibus abſolverunt.*

Gloſſa ib. Ex quo ſequitur, ut ait Gloſſa ibidem, *Quòd juramentum metu extortum, eſt obligatorium, ex quo aliqui à tali abſolvuntur.* Quod etiam ex alio Canone probatur, in quo Alexander III. conſultus, utrum ille qui metu gravi ad renuntiandum beneficio compulſus fuerat, & cum juramento promiſerat ſe illud non repetiturum, poſſet, non obſtante juramento, illud repetere,

Can. Si verò, de jurejurando. reſpondet, quòd *Non eſt tutum quemlibet contra ſuum juramentum venire, niſi tale ſit, quod ſervatum vergat in interitum ſalutis*

D.Th. 2.2. q.89. art.7. ad 3. *æternæ.* Quia ut docet Sanctus Thomas, *In juramento quod quis coactus facit, eſt obligatio qua quis Deo obligatur, ut impleat quod per nomen ejus promiſit: & talis obligatio non tollitur in foro conſcientiæ, quia magis debet damnum temporale ſuſtinere, quàm juramentum violare.*

*Quæſt.* 8. Quid agere debet is, qui metu gravi compulſus, ſe aliquid latroni daturum juramento promiſit?

*Reſp.* Juxta cap. *Verùm*, modò relatum, diſpenſationem à juramento petere, aut repetere in judicio illud quod latroni de-

D. Th. 2.2. q.89. art.7. ad 3. dit; dicit enim expreſsè Sanctus Thomas, quòd *Poteſt repetere in judicio quod ſolvit. Romani autem Pontifices ab hujuſmodi juramentis homines abſolverunt, non quaſi decer-*

*nen-*

*nentes hujuſmodi juramenta non eſſe obligatoria, ſed quaſi hujuſmodi juramenta ex juſta cauſa relaxantes*. Idem habetur in Can. *Debitores*. Et in Can. *Non eſt tutum*. De juramento.

*Quæſt.* 9. Licet-ne jurare cum intentione petendi diſpenſationem à juramento?

*Reſp.* Poſſunt eſſe duo genera juramentorum. Primò cùm aliquid juramento adhibito promittitur, quod licitum eſt dare in hoc caſu & accipere, vel potiùs cùm juramentum fit ſine culpa illius qui jurat, & illius cui juratur; & tunc perjurium committeret, qui cum intentione obtinendæ diſpenſationis juraret, quia ut ait S. Antoninus, *Quando juramentum omni ex parte eſt licitum, tam ex parte jurantis, quàm ex parte recipientis; tunc abſolutio non eſt impendenda, ſed compellendus eſt jurans ad ejus obſervationem: quin imò nulla cauſa apparente intrinſeca, etiam Papa à tali juramento abſolvere non poteſt*, quia ut docet S. Thomas, *Si juramentum adhibeatur, propter reverentiam divini teſtimonii quod invocatur, obligatur homo, ut faciat eſſe verum, id quod juravit, ſecundùm ſuam poſſibilitatem, niſi in deteriorem exitum vergat*.

D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 6. §. 1.

D. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 1.

Quòd ſi è contrario juramentum non eſt licitum ex parte illius cui aliquid cum juramento promiſſum eſt, quia, verbi gratiâ, id factum eſt ob metum gravem mortis quæ intentabatur; in hoc caſu licet jurare cum intentione petendi diſpenſationem à juramento, quod in hoc non violatur: & ratio eſt, quia ut obſervetur juramentum, ſufficit, ut quis velit facere illud omne, ad quod ex juramento obligatur; at certum eſt, ex his quæ numero præcedenti dicta ſunt, juramentum in hoc caſu non obligare poſt obtentam diſpen-

diximus, eſt de eſſentiâ contractus; quod ex ſancto Thoma probatur, qui docet, quòd *Ignorantia concomitans eſt de eo, quod agitur; tamen etiamſi ſciretur, nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia non inducit ad volendum ut hoc fiat; ſed accidit ſimul eſſe aliquid factum & ignoratum: ſicut cùm aliquis vellet quidem occidere hoſtem, ſed ignorans occidit eum, putans occidere ſervum: & talis ignorantia non facit involuntarium, quia non cauſat aliquid quod ſit repugnans voluntati; ſed facit non voluntarium, quia non poteſt eſſe volitum, quod ignoratum eſt.* Sed quando actus non eſt voluntarius, nullus adeſt conſenſus; quia conſenſus eſt actus liber, quo cum alio de aliqua re convenimus. Et conſequenter error concomitans reddit contractum invalidum, cùm conſenſum, qui de eſſentia contractus eſt, tollat.

S. Th. 1. 2. q. 6. art. 8. in corp.

---

## Caput III.

### *Utrum Contractus, in quo aliqua intervenit fraus, ſit validus.*

*Quæſt.* I. QUID eſt dolus, aut fraus?
*Reſp.* Dicitur in lege civili, quòd *Dolus malus eſt, omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum adhibita.* Sed hæc deſcriptio expoſitione indiget; & ideò primò dicitur *Calliditas*, ut dum quis ſciens rem illam quam vendit, ad alium pertinere, aut eſſe pignori traditam, aut ſpecialiter hypothecatam, illud emptori non dicit. Secundò eſt *fallacia*, ut dum mendacium dicitur, ut res plus juſto vendatur.

L. Hoc edicto, ff. de dolo malo, §. dolũ malum.

tur. Tertiò eſt *machinatio*, ut cùm per ſubdola verba rei venalis defectus ſubtiliter abſconditur.

*Quæſt.* 2. Quot modis fraus & dolus poteſt in aliquo contractu intervenire?

*Reſp.* Duobus planè modis id poteſt accidere: Primò cùm dolus dedit cauſam contractui, ita ut partes contrahere noluiſſent, ſi talem dolum agnoviſſent. Ut cùm aliquis alium ad rem quampiam ſibi vendendam per dolum impellit, quam ſi dolum cognoviſſet, nullo modo vendidiſſet. Secundò cùm fraus non fuit cauſa contractus, quia ad ſubſtantiam rei non pertinet, ſed tantùm ad qualitates & alia accidentalia, ita ut etiamſi partes talem fraudem cognoviſſent, contraxiſſent tamen; ut dum aliquis volens quidpiam vendere, ad vendendum minori pretio, per dolum impulſus eſt.

Dolus tam quoad ſubſtantiam, quàm quoad accidentia, poteſt in contractibus intervenire culpâ aut contrahentium, aut alicujus tertii mediatoris talis contractûs: quod etiam poteſt accidere aut ſine conſenſu alicujus ex partibus, aut cum unius partis conſenſu. Videndum igitur, quæ obligatio reſtituendi ex his variis caſibus poſſit oriri.

*Quæſt.* 3. Contractus in quo prima doli ſpecies intervenit, quæ ſcilicet dedit cauſam contractui, eſt-ne validus?

*Reſp.* Contractus tali dolo infectus, nullus eſt, ex Gloſſa quæ ſic loquitur: *Cùm dolus dat cauſam contractui, putà, dolo induxi te ad vendendam rem, aliàs non venditurum, non tenet contractus.* Quod etiam probatur ex Canone, in quo habetur: *Quod ſi calliditate uſus fuerit, & à colono vel à Clerico emerit princeps agrum, irrita ſit*

Gloſſa in cap. Cùm dilecti, de empt. & vendit. verbo: Deceptione.

Can. Qu ſquis Epiſcopus, 2. q. 2.

G 6 ven-

*venditio*. Quia talis calliditas tollit liberum conſenſum qui eſt de eſſentia contractus; dum impedit, ne partes rectè illud, quod agunt, cognoſcant.

*Quæſt.* 4. Contractus in quo ſecunda doli ſpecies intervenit, quæ ſcilicet non fuit talis contractus cauſa, eſt-ne validus?

*Reſp.* Validus procul dubio eſt, quod probatur ex Gloſſa, in qua dicitur, quòd *Si dolus incidit in contractum, quia venditurus eram, ſed per dolum tuum minùs vendidi, vel per dolum meum plùs emiſti; tenet quidem contractus, ſed agitur ad ſupplementum reſidui:* Quia talis dolus non tollit liberum conſenſum, & eodem modo, ut habetur in lege: *Si venditor dolo fecerit, ut rem pluris venderet, tenetur præſtare emptori, illud quod minùs dediſſet, ſi dolum cognoviſſet.*

Gloſſa in c. Cùm dilecti, de empt. & vendit. verbo, Deceptione.

L. Julianus ff. de actionibus empti & venditi, §. Si venditor.

*Quæſt.* 5. Si dolus non fuit contractus cauſa, & à nullo ex contrahentibus cognitus ſit, ſed potiùs illorum ignorantiâ acciderit: exempli gratiâ, ſi quis adamantem centum aureorum, quinquaginta aureis, illius pretium ignorans, vendat alicui, qui in eadem ignorantia verſatur; tunc ille qui ex tali mutua ignorantia lucratus eſt, tenetur-ne aliquid parti læſæ reſtituere.

*Reſp.* Ex doctrina in lege contenta deducitur, fieri debere talem reſtitutionem; cùm lex dicat, quòd *Qui per dolum obligatus eſt, competit ei exceptio, etſi nullus dolus interceſſerit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum habet.* Et ſic, exempli gratiâ, dum architectus promiſit tale ædificium conſtruere pretio quingentorum aureorum, quia ſcilicet ignorabat talis fabricę valorem qui ad centum aureos aſcendebat: in

L. Si quis cū aliter, ff. de verborum obligationibus.

hoc

hoc caſu tenetur dominus Architectori ſolvere juſtum talis fabricæ pretium: quod patet ex doctrina ſancti Thomæ, qui ſic loquitur: *Si verò eo ignorante aliquis prædictorum defectuum, in re vendita, fuerit: venditor quidem non peccat, quia facit injuſtum materialiter, nec ejus operatio eſt injuſta; tenetur tamen, cùm ad ejus notitiam pervenerit, damnum recompenſare emptori. Et quod dictum eſt de venditore, etiam intelligendum eſt ex parte emptoris.* Notandum tamen eſt, illum qui rem aliquam, illius ignorans pretium, nimis infimo & injuſto pretio emit, non teneri reſtituere, niſi illud, in quo factus eſt ditior, quemadmodum bonæ fidei poſſeſſor: & ita ſi nullo modo utiliter conſumpſit tale lucrum, nec de eo factus eſt ditior, non obligatur omninò ad reſtituendum; nam juxtà Sancti Thomæ doctrinam, *Non tenetur reſtituere fructus conſumptos, quia bona fide poſſedit.*

D. Thom. 2.2. qu.77. artic. 2. in corp.

D. Th. 2.2. q. 100. a.6. ad 3.

*Quæſt. 6.* Eſt-ne validus Contractus, cùm à tertia perſona provenit dolus?

*Reſp.* Certum eſt in tali caſu, validum eſſe contractum, etiam ſi talis dolus dediſſet cauſam contractui, quia adeſt verus conſenſus inter partes contrahentes; ſed ille qui læſus fuit, poteſt agere contra talem tertium qui fuit contractus mediator, quique illum ſuo dolo cauſavit; dicitur enim in Gloſſa, quòd *In contractibus bonæ fidei ſi dolus dat cauſam contractui non per contrahentes, ſed per intermediam perſonam, tenet contractus, ſed datur actio de dolo contra mediatorem.* Quod etiam confirmatur ex lege *Et eleganter, ff. de dol. malo.* Et in hoc caſu mediator in foro conſcientiæ tenetur damnum, cui cauſam dedit, reſarcire, dum ille qui lucrum ſenſit, & factus

Gloſſa in cap. Cùm dilecti, de empt. & vendition. verbo: Deceptione.

eſt

eſt ex eo ditior, non vult reſtituere, licèt ad id teneatur; quia ut ait S. Thomas, *Dare alicui occaſionem periculi vel damni, ſemper eſt illicitum*. Quòd ſi talis mediator dolo uſus eſſet, cùm conſenſu unius ex contrahentibus, tunc idem dicendum eſſet, ac ſi dolus reverà adhibitus fuiſſet ab uno ex contrahentibus, quia dum quis concordat cum alio, ut aliquid mali faciat, eâdem obligatione tenetur, ac ſi damnum ipſemet feciſſet.

D.Th. 2.2. q.77. art.3. in corp.

## CAPUT IV.

### *Vtrum Contractus per metum factus validus ſit.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt metus?

*Reſp.* Definitur in lege, *Inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio*.

L. Ait prætor, ff. de eo quod metus cauſa.

*Quæſt.* 2. Quomodo dividitur metus?

*Reſp.* Dividitur primò in metum levem, & metum gravem: metus levis eſt, cùm parvum malum timetur, aut malum grave cum levi admodùm fundamento, ita ut homo cordatus tali metu non turbaretur, & ita lex, *Metum accipiendum dicit, non quemlibet timorem, ſed majoris mali*.

L. Metum, ff. de eo quod metus cauſa.

Gravis metus ille eſt qui cadit in conſtantem virum, qui metus accidit, quoties ex fuga minoris mali, magnum aliud malum conſequens probabiliter timetur, ut mors, gravia, tormenta, carcer, infamatio, ſervitus; quod deſumptum eſt ex Sancto Thomâ, qui dicit, *Quod conſtans ad minùs malum ſuſtinendum cogitur, metu majoris*

D. Thom. in ſuppl. qu. 47. a. 2. in corp.

*joris mali*. Et paulò infra: *Majora mala ſunt*, inquit, *mors*, *verbera*, *item carcer*, *dehoneſtatio per ſtuprum*, *& ſervitus*; *& ideò ex iſtis conſtans cogitur ad alia damna corporalia ſuſtinenda*: *& hæc continentur hoc verſu*; *Stupri*, *ſive ſtatus*, *verberis atque necis*. Quod, juxta eundem, intelligitur, ſive aliquis ſimilia mala ſibi timeat, ſive filiis, uxori, aut patri: ſed ut ea mala gravem metum conſtituant, neceſſe, ut difficillimum ſit ea vitare; nam ſi facilè evadi poſſent, ut per recurſum ad ſuperiores, aut alio quovis modo, tunc timor non eſſet juſtus, & gravis, ut dicitur in cap. *De his quibus*, De Electione. De metu multa dixi Tom. 4. tract. 8. de Sacram. Matrimon. cap. 5.

Metus poteſt etiam dividi in juſtum, & injuſtum: Metus juſtus eſt qui à cauſa juſta producitur, ut cùm judex reum ſemiconvictum, metu tormentorum ad ſcelus confitendum adigit; *A judice*, enim, ut ait Gloſſa, *licitè extorquetur confeſſio tormentis & quæſtionibus*; *ſcilicet cùm reus eſt ſuſpectus*, *& non poteſt aliàs res probari*. Gloſſa in Can. Quod vero. 15. qu. 6.

Metus injuſtus à cauſa injuſta provenit, ut latro ſclopo mortem minatur mercatori, ut illum ad dandum, aut promittendum centum aureos adigat.

*Quæſt.* 3. Metus gravis tollit-ne libertatem & liberum conſenſum?

*Reſp.* Talis certè metus libertatem auſert, dum ita fortiter hominem pulſat, ut tempus actum ſuum conſiderandi non relinquat, & talem vim animo facit, ut illum ad agendum ſubitò impellat, non permittens, ut videre poſſit malum, in quod labitur: quod poteſt accidere & intelligi eodem planè modo, quo paſſiones & animi vio-

violenti motus, hominem ad agendum impellunt in motibus, qui primò primi vocantur, in quibus ob deliberationis defectum homo liber non eſt, & ita à peccato excuſatur. Sed è contra ſi gravis metus voluntatem non prævenit, & illi tempus aliquod actum ſuum conſiderandi & reflectendi concedat, tunc non deſtruit libertatem; quia adeſt indifferentia, quæ libertatem hominis in hac vita conſtituit; ea enim eſt differentia inter homines & bruta, quòd bruta neceſſariò agunt, cùm omnia ad agendum requiſita adſunt: homines autem etiamſi ad aliquid faciendum ob gravem metum fortiter impellantur, poſſunt nihilominùs à tali actu abſtinere, id eſt, ei non conſentire; quia cum conſenſus ſit actus voluntatis internus, nullo modo poteſt violentiæ alicujus cauſæ externæ ſubjacere; *Corpori namque vis infertur, non animo,* ut habetur in Canone.

Can. Quod autem, 32. qu. 1.

*Quæſt.* 4. Motus gravis excuſat-ne à peccato?

*Reſp.* Duobus modis excuſare poteſt, aut quia tollit libertatem, aut quia ab obligatione præcepti liberat. Metus tollit libertatem, cùm ita violenter hominem turbat, & commovet, ut ei tempus actum ſuum conſiderandi non relinquat, ut dictum eſt ſupra. Metus diſpenſat à præcepto, cùm ſufficientem libertatem homini concedit, & tempus conſiderandi id, quod ei agendum proponitur: ſed tamen obligatio obſervandi tale præceptum ceſſat, ob gravitatem malorum ex tali obſervatione imminentium: quia homo non tenetur cum tanto damno & incommodo ſimile præceptum implere.

*Quæſt.* 5. Metus gravis diſpenſat-ne ſemper ab obſervatione præcepti?

*Reſp.*

*Reſp.* Duo ſunt præceptorum genera; alia enim ſunt Juris naturalis & divini, alia verò Juris poſitivi & humani. Timor gravis, quantumlibet violentiſſimus, nunquam ab obſervatione præceptorum divinorum & naturalium diſpenſare poteſt, dummodò libertatem non tollat, aut agere compellat ex motu vocato primò primo; quia talia præcepta ordinis ſuperioris ſunt, & *Debemus potiùs quælibet mala tolerare, quàm malo conſentire*, ut habetur in Canone; unde, ut docet Sanctus Thomas, *Si aliquis propter timorem quo refugit periculum mortis, vel quodcumque aliud temporale malum, ſic diſpoſitus eſt, ut faciat aliquid prohibitum vel prætermittat aliquid, quod eſt præceptum in lege divina, talis timor eſt peccatum mortale.*

Can. Itane, 32. q. 5. D. Th. 2. 2. q. 125. ar. 3. in corp.

Hujuſce doctrinæ rationem palpabilem ex ſancto Hieronymo relato in Canone ſumere poſſumus; quia ſcilicet ſi metus in his caſibus à peccato excuſaret, ferè nunquam poſſet dici aliquis, peccati reatum incurriſſe; vellent etenim omnes peccatores, quòd illud, quod agunt, peccaminoſum non eſſet, nullusque propter ipſummet peccatum peccat, ſed propter lucrum aut commodum, quod ex peccato ſperat, aut etiam ad vitandum cum tali peccato damnum imminens; quæ cauſæ ſæpiùs, ob ardens deſiderium paſſionem aliquam in animo dominantem explendi, timorem non minùs gravem efficiunt, quàm ſi mors, aut facultatum amiſſio immineret; cum ſæpiùs videamus homines vitam, honorem, & bona temporalia periculo evidenti exponere, ut alicui violentæ paſſioni ſatisfaciant. *Nam ſi diligenter inſpiciatur*, inquit S. Hieronymus, *fortè ipſum peccare nemo velit, ſed propter alìud quod vult peccat: omnes quippè ho-*

Can. Merito, 15. q. 1.

*homines qui ſcienter faciunt quod non licet, vellent licere facere; uſque adeo ipſum peccare nemo appetit propter illud, quod ex eo conſequitur.*

Si verò de præceptis ſecundi ordinis agatur, quæ ex ſolo jure poſitivo humano deſcendunt, cùm ejuſdem roboris & momenti non ſint, quia ex ſola inſtitutione hominum ſunt, non obligant cum tanto rigore; neque peccaret homo qui præceptum hujuſmodi non obſervaret, ob metum alicujus gravis mali imminentis; modò illius præcepti violatio non exigatur in contemptum & odium fidei: quia in hoc caſu timor gravis non excuſaret; & idcircò Eleazar nequidem ſimulare voluit ſe carnes immundas manducare, & multi Chriſtiani eas carnes quæ idolis oblatæ fuerant, cum imminenti mortis periculo, manducare recuſabant. Itaque ut hæc doctrina aliquibus propoſitis exemplis clarior fiat, non poteſt quis Deum abnegare ob quamcumque violentiam; quia ex Jure naturali & divino tenemur Deo adhærere, ut habetur in Can. *Meritò*. Sed poſſumus ſacrificio Miſſæ die Dominicâ non intereſſe, ſi aliquod grave malum immineat: neque etiam ad jejunii obſervationem quis obligatur, dum ex eâ grave ſanitatis damnum pateretur; quia ut docet S. Thomas, *Statuta Eccleſiæ ſunt de his quæ non per ſe ſunt de neceſſitate ſalutis, ſed ſolùm ex inſtitutione Eccleſiæ; & ideo poſſunt eſſe aliqua impedimenta, propter quæ aliqui ad obſervanda jejunia hujuſmodi non tenentur.*

Lib.2. Machab. c.6.

D. Thom. 2.2. q. 147. art.4. ad 1.

*Quæſt.6.* Tenemur-ne implere illud, quod ob timorem incuſſum promiſſum eſt?

*Reſp.* Poſſumus aliquid ob timorem promittere duplici modo; aut enim timor eſt juſtus, aut injuſtus: ſi juſtus eſt timor, obli-

obligat promiſſio; unde dicitur in lege, quòd *Si mulier contra patronum ſuum ingrata facta, ſciens ingratam, cùm de ſuo ſtatu periclitabatur, aliquid Patrono dederit, vel promiſerit, ne in ſervitutem redigatur, ceſſet edictum, ſcilicet, quòd poſſit repetere quod ſolvit.* Et ita conſtat, quòd promiſſa ex metu juſto impleri debent, modò, ut jam dictum eſt, promiſſio facta non fuerit ex motu primò primo; & ratio eſt, quia dum cauſa timoris juſta eſt, aut debuit fieri talis promiſſio, & ita non mirum eſt, ſi obliget: aut certè non tenebatur quis ad promittendum, & tunc ex fidelitate obligatur ad ſtandum promiſſis; quia poterat non promittere, cùm ad id non impelleretur, niſi cùm motivis juſtis & rationabilibus: adde quòd deſtrueretur planè bona fides in humana ſocietate, ſi non obſervarentur promiſſa in talibus caſibus. Quòd ſi metus injuſtè incutitur, ut cùm quis centum aureos latroni, metu mortis adactus, pollicetur, aut uſuras dare uſurario, ne recuſet illam ſummam mutuo dare, qua indiget: in his caſibus non tenemur implere promiſſa; quia ut docet Sanctus Thomas, *Ille qui vim intulit, hoc meretur, ut ei promiſſum non ſervetur.* Unde dicit Gloſſa, quòd *debitores ad ſolvendas uſuras, in quibus ſe obligaverunt, cogi non debent.* Quia cùm talis promiſſio ſit injuſta, nulla adeſt obligatio illam ſervandi in jure Civili, aut Canonico.

L. Si mulier. ff. de eo quod metus cauſa.

D. Th. 2.2. q.89.art.7. ad 3.

Cap. Debitores, de jurejur.

*Quæſt.* 7. Tenemur-ne adimplere, quod ob timorem injuſtum promiſſum eſt, cùm juramento promiſſionem firmavimus?

*Reſp.* Patet ex Decretali *Verum*, nos in hoc caſu teneri, modò illud quod promiſſum eſt, ſaluti æternæ contrarium non ſit. Propoſitum namque fuerat ſummo Ponti-

fici,

ſici, utrum hi qui metu mortis & amiſſionis bonorum ad jurandum coacti fuerant, neceſſe haberent à tali juramento abſolvi; & affirmativè reſpondit his verbis:

Cap. Verùm, de jurejurando. *Verùm in ea quæſtione quæ quinto loco ponitur, an à Sacramenti vinculo abſolvantur, qui iſtud inviti pro vita & rebus ſervandis fecerunt, nihil aliud arbitramur, quàm quod anteceſſores noſtri Romani Pontifices arbitrati fuiſſe noſcuntur, qui tales à juramenti nexibus abſolverunt.*

Gloſſa ib. Ex quo ſequitur, ut ait Gloſſa ibidem, *Quòd juramentum metu extortum, eſt obligatorium, ex quo aliqui à tali abſolvuntur.* Quod etiam ex alio Canone probatur, in quo Alexander III. conſultus, utrum ille qui metu gravi ad renuntiandum beneficio compulſus fuerat, & cum juramento promiſerat ſe illud non repetiturum, poſſet, non obſtante juramento, illud repetere,

Can. Si verò, de jurejurando. reſpondet, quòd *Non eſt tutum quemlibet contra ſuum juramentum venire, niſi tale ſit, quod ſervatum vergat in interitum ſalutis*

D.Th. 2.2. q.89. art.7. ad 3. *æternæ.* Quia ut docet Sanctus Thomas, *In juramento quod quis coactus facit, eſt obligatio qua quis Deo obligatur, ut impleat quod per nomen ejus promiſit: & talis obligatio non tollitur in foro conſcientiæ, quia magis debet damnum temporale ſuſtinere, quàm juramentum violare.*

*Quæſt.* 8. Quid agere debet is, qui metu gravi compulſus, ſe aliquid latroni daturum juramento promiſit?

*Reſp.* Juxta cap. *Verùm*, modò relatum, diſpenſationem à juramento petere, aut repetere in judicio illud quod latroni dedit; dicit enim expreſsè Sanctus Thomas,

D. Th. 2.2. q.89. art.7. ad 3. quòd *Poteſt repetere in judicio quod ſolvit. Romani autem Pontifices ab hujuſmodi juramentis homines abſolverunt, non quaſi decernen-*

*nentes hujuſmodi juramenta non eſſe obligatoria, ſed quaſi hujuſmodi juramenta ex juſta cauſa relaxantes.* Idem habetur in Can. *Debitores*. Et in Can. *Non eſt tutum*. De juramento.

*Quæſt.* 9. Licet-ne jurare cum intentione petendi diſpenſationem à juramento?

*Reſp.* Poſſunt eſſe duo genera juramentorum. Primò cùm aliquid juramento adhibito promittitur, quod licitum eſt dare in hoc caſu & accipere, vel potiùs cùm juramentum fit ſine culpa illius qui jurat, & illius cui juratur; & tunc perjurium committeret, qui cum intentione obtinendæ diſpenſationis juraret, quia ut ait S. Antoninus, *Quando juramentum omni ex parte eſt licitum, tam ex parte jurantis, quàm ex parte recipientis; tunc abſolutio non eſt impendenda, ſed compellendus eſt jurans ad ejus obſervationem: quin imò nulla cauſa apparente intrinſeca, etiam Papa à tali juramento abſolvere non poteſt*, quia ut docet S. Thomas, *Si juramentum adhibeatur, propter reverentiam divini teſtimonii quod invocatur, obligatur homo, ut faciat eſſe verum, id quod juravit, ſecundùm ſuam poſſibilitatem, niſi in deteriorem exitum vergat.* D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 6. §. 1. D. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 1.

Quòd ſi è contrario juramentum non eſt licitum ex parte illius cui aliquid cum juramento promiſſum eſt, quia, verbi gratiâ, id factum eſt ob metum gravem mortis quæ intentabatur; in hoc caſu licet jurare cum intentione petendi diſpenſationem à juramento, quod in hoc non violatur: & ratio eſt, quia ut obſervetur juramentum, ſufficit, ut quis velit facere illud omne, ad quod ex juramento obligatur; at certum eſt, ex his quæ numero præcedenti dicta ſunt, juramentum in hoc caſu non obligare poſt obtentam

diſpen-

ullum conſenſum internum dede- hoc caſu, abſque dubio, matri- invalidum eſſet, nec ulla adeſſet o ſervandi votum hoc modo fa- uia conſenſus internus, qui planè us eſt in matrimonio & in voto, probavimus, non adeſt in hac ſed potiùs adeſt verus diſſenſus, parenti tantùm & ficto falſoque externo. Secundò, poteſt quis caſu bona fide & ſine fictione in- nſentire, ut ſi puella metu gravi ſa ad contrahendum matrimo- onſideratis talibus circumſtantiis, li matrimonio conſentire ad vi- avia mala quæ imminent; in hoc icilis eſt quæſtio, utrum tale ma- um validum ſit nec-ne? quia ad- us conſenſus: & reſpondere vi- loſſa, quòd licèt videatur tale ma- um, ex jure naturali, debere di- um; quia verus fuit conſenſus, at- validum & nullum eſt, ex jure po- uod exigit liberum omninò con- & nullatenùs coactum; *Coacta vo-* nquit Gloſſa, *voluntas eſt: ſecus rimoniis, ubi exigitur voluntas dire-* Gloſſa. in Can. Notificaſti, 33. q. 5. verbo, Licentiâ. *ontanea*. Extra. *De ſponſalibus*. *locum*. Et quod de matrimonio ebet etiam intelligi de voto, ut n Can. *Perlatum*; nam, ut in De- citur, *Libera debent eſſe matrimo-* Can. Requiſivit, de Sponſalibus. *coactiones difficiles ſoleant exitus habere*.

11. Si quis matrimonio conſen- ſolam reverentiam Patris, & ne ignationem experiatur, aliter rus, eſſet-ne validum tale matri- ?

Validum eſſet; quia, ut habetur in lege,

L. Si Patre cogente, ff. de ritu nuptiar.

lege, *Si Patre cogente ducat uxorem, quam non duceret, ſi ſui arbitrii eſſet: contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur, maluiſſe enim hoc videtur.* Et hic timor reverentialis non reddit matrimonium invalidum; quod tamen intelligi debet, modò Pater poſt preces & exhortationes paternas ad graves minas non devenerit; nam tum matrimonium eſſet planè nullum, ut infertur ex cap. *ex litteris. De Sponſatione impuberum.* Ubi ſummus Pontifex conſultus, utrum verum & validum eſſet matrimonium puellæ quæ ad id minis parentum compulſa fuerat, declarat eſſe nullum, permittens puellæ, ut alteri nubat. De hac materia fuſiùs diſſeruimus Tom.4.Tract.8. de Sacram.Matrimon. cap.5.

*Quæſt.* 12. Si quis ob metum gravem Ordinationi ſuæ conſenſiſſet, eſſet-ne validè Ordinatus?

*Reſp.* Valida eſſet talis ordinatio; quia metus gravis non poteſt impedire validitatem Sacramentorum, quæ characterem imprimunt, ut videtur in Baptiſmo, & infertur ex Canone, in quo habetur, quòd *Is qui terroribus atque ſuppliciis violenter attrahitur, & ne detrimentum incurrat, baptiſmi ſuſcipit Sacramentum, talis characterem ſuſcipit Chriſtianitatis impreſſum.* Et ut ait Gloſſa, *Coactio conditionalis non impedit Sacramentum baptiſmi, ut hìc patet, ſicut non impedit Sacramentum ordinis.*

Cap. Majore, de baptiſmo, §. Item quæritur. Gloſſa ib. verbo Conditionaliter.

# CAPUT V.

## *De iis qui poſſunt, aut non poſſunt contrahere.*

*Quæſt.* I. QUI ſunt illi qui poſſunt contrahere?

*Reſp.* Omnes illi qui habent uſum rationis; quia eo ipſo poſſunt conſentire, & de bonis diſponere; modò id eis à jure poſitivo non prohibeatur.

*Quæſt.* 2. Qui ſunt illi, qui contrahere non poſſunt?

*Reſp.* Illi omnes qui liberum uſum rationis non habent, quique idcircò verum conſenſum, qui, ut ſupra dictum eſt, eſſentiam contractus conſtituit, præſtare nequeunt; ut ſunt amentes, & ſtulti, aut furioſi, qui, ut habetur in lege, *Nullum negotium contrahere poſſunt*, quia quid faciant, neſciunt. L. In negotiis, ff. de reg. juris.

Cùm infantes, qui ſcilicet ſeptennium non attigerunt, non multùm differant ab amentibus, & ſufficientem rerum cognitionem non habeant, validè contrahere non poſſunt; attamen ut utilitati eorum qui non multùm ab infantiâ diſtant, id eſt, qui à parvo tempore ſeptennium tranſgreſſi ſunt, conſulatur, licèt tales non rectè & perfectè intelligant id, quod agunt, poſſunt tamen licitè contrahere ſuper his rebus, quæ parvi momenti ſunt, quæ magnam & difficilem cognitionem contractus non faciant, ita ut ex benigna juris interpretatione, eâdem facultate, quâ illi qui ſunt pubertati proximi, gaudeant; dicitur enim in Juſtiniani Inſtitutionibus, quòd *Infans & qui infantiæ proximus eſt, non mul-* L. 3. Inſt. tit. 20. §. Sed quod diximus.

*tum à furioſo diſtant, quia hujuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum benignior juris interpretatio facta eſt, ut idem juris habeant, quod pubertati proximi.*

*Quæſt.* 3. Qui ſunt illi, qui dicuntur pubertati proximi?

Gloſſa in cap. Continebatur, de deſpõſatione impuberum. V. proxima. L. Nõ tantum, ff. de Excuſatione tutorũ.

*Reſp. Dicitur*, ut ait Gloſſa, *proximus pubertati, cùm diſtat à pubertate per ſex menſes, vel minùs.* Et ita, juxta legem; *Prope pubertatem eſt, ſi tantummodo ſemeſtre reliquum fuerit. Pubertas* autem, ut dicitur in Inſtitutionibus, lib. 1. tit. 22. *eſt in maſculis poſt decimum-quartum annum completum, in fæminis poſt duodecim annos completos.*

*Quæſt.* 4. Poſſunt-ne filii familias ante ætatem pubertatis contrahere?

*Reſp.* Antequam huic quæſtioni reſpondeatur, ſupponendum eſt, filios familias poſſe bona quatuor modis acquirere. Primò militando, & vocatur *Caſtrenſe peculium*, quicquid hoc modo acquiſitum fuit, ut habetur in lege *Caſtrenſe ff. de Caſtrenſi peculio*. Secundò poſſunt acquirere medio alicujus muneris, officii, aut dignitatis forenſis, aut patrocinando, vel profitendo juris prudentiam, aut medicinam, aut aliud officium publicum exercendo; & ſic acquiſita bona, *Quaſi Caſtrenſia* vocantur, eorumque proprietatem & uſum fructum habent filii familias, ſicut & Caſtrenſium. Tertiò poſſunt aliqua bona habere ex latere paterno, aut quia ea Pater dedit, aut quia ab aliis conſanguineis paternis, aut intuitu Patris habuerunt; quæ bona vocantur *Profectitia*, quia à Patre veniunt, & ad eundem redeunt. Quartò & ultimò poſſunt filii familias aliunde quàm à Patre, & in-

& intuitu Patris acquirere, ut à matre aut cognatis maternis. Hæ duæ ultimæ bonorum ſpecies non omninò in filiorum familias dominium tranſeunt; quia bona intuitu Patris acquiſita, ad Patrem tam quoad uſumfructum, quàm quoad proprietatem pertinent. Bonorum autem aliunde acquiſitorum uſumfructum filii familias non habent, ſed Pater.

His poſitis, certum primò eſt, filios familias non poſſe contrahere de bonis, in quibus nec uſum nec proprietatem habent, neque pariter de his quorum habent tantùm uſum; quia non ſunt veri domini. Igitur in hoc ſolummodo poſita eſt difficultas, utrum filii familias, qui ætatem pubertatis non attigerunt, neque illi proximi ſunt, poſſint validè contrahere etiam cum Patris conſenſu, de illis bonis quorum uſum & proprietatem habent? Et cum Juſtiniano Imperatore dicendum eſt, filios familias qui pubertatem non attigerunt, non poſſe validè contrahere etiam cum conſenſu Patris, licèt pupilli validè contrahere poſſint cum autoritate tutoris: *Pupillus*, inquit Imperator, *omne negotium rectè gerit, ita tamen ut ubi tutoris autoritas neceſſaria eſt, adhibeatur tutor; ſed qui in poteſtate parentis eſt impubes, ne autore quidem Patre obligatur.* Lib. 3. Inſt. tit. 20. §. 9. & 10. Ratio diverſitatis eſt, quia pupillus poteſt contra tutorem agere, ſi malè bona ſua adminiſtraverit, quod filio adversùs Patrem non conceditur.

*Quæſt.* 5. Pupillus qui, ſine conſenſu tutoris, pecuniam mutuò accepit, tenetur-ne in conſcientiâ ad ſolutionem talis pecuniæ ſibi mutuatæ?

*Reſp.* In hoc caſu diſtinguendum eſt; aut enim mutuò accepit, ut ſibi in aliqua

 ne-

neceſſitate ſubveniret, ita ut talem pecuniam mutuatam, in rebus utilibus conſumpſerit, & ita ex ea aliquo modo factus ſit ditior; quia ex ea aliquem fructum & proventum accepit; & illi neceſſe fuiſſet eam aliunde requirere, ut ſibi conſuleret, ſi hæc defuiſſet. Aut certè talis pupillus mutuò pecuniam accepit, ut eam in rebus nullius utilitatis conſumeret: & in hoc ultimo caſu, nullo modo obligatur ad ſolvendam talem pecuniam mutuatam, cùm nulla adſit obligatio civilis aut naturalis, & ratio legis locum in eo caſu habeat, ne ſcilicet bona pupillorum in rebus inutilibus conſumantur. Sed in primo caſu pupillus tenetur in foro conſcientiæ reddere pecuniam mutuatam, quia contraxit obligationem naturalem, ob utilitatem quam ex tali pecunia conſecutus eſt, & lex naturalis docet, juſtum eſſe reddere quod, ut noſtris neceſſitatibus provideretur, mutuò datum fuit: Legeſque civiles eas formalitates ſolummodò requirunt, ut vitetur prodiga & ſuperflua conſumptio bonorum pupillarium, quæ in hoc caſu locum non habet ex ſuppoſitione. Et hæc reſolutio conformis eſt legi in qua dicitur, quòd *Naturaliter obligatur pupillus, in quantum locupletior factus eſt. Nam*, ut ait Gloſſa, *ex quo conſtat, quòd pupillus ex mea pecunia fuit factus locupletior, eſſet contra naturam, quòd ipſe locupletaretur cum damno meo.*

L. Pupillus, ff. de autoritate & cōſenſu tutorum. Gloſſa in regula. Locupletari 48. de regulis juris in 6.

# Caput VI.

## *De Contractibus in quibus omnes ſolemnitates à jure requiſitæ, obſervatæ non ſunt.*

*Quæſt.* 1. Contractus, in quibus non obſervatæ ſunt omnes ſolemnitates à jure requiſitæ, ſunt-ne validi in foro conſcientiæ? Et tenemur-ne implere, quod in his promiſſum eſt?

*Reſp.* Non ligant in conſcientia hujuſmodi contractus, quia invalidi & nulli ſunt, etiam in foro conſcientiæ, quando ſolemnitates neceſſariò requiſitæ à Jure, non fuerunt obſervatæ: & ratio eſt, quia certum eſt, leges juſtas tam Civiles, quàm Canonicas, obligare in foro conſcientiæ, poſſeque translationem dominii bonorum noſtrorum impedire, etiam nobis invitis; definitur enim Dominium à Jure conſultis: Libera facultas diſponendi de re ſua prout libet, niſi vi aut jure prohibeatur. Et ita videmus, Eccleſiam matrimonia abſque præſentia Parochi & teſtium contracta invalidaſſe, ob defectum dictæ ſolemnitatis à Jure poſitivo introductæ; quia utilitati publicæ multùm congruebat, ut conſenſus nullus eſſet, dum tales ſolemnitates non obſervarentur, & nullam penitùs obligationem induceret etiam in conſcientiâ: de quo poſt Concilium Tridentinum inter omnes Theologos convenit. Sed certum pariter eſt, leges civiles invalidare & annullare contractus, in quibus non obſervatæ fuerunt omnes ſolemnitates, ut videtur in lege in quâ dicitur, quòd *Vbi teſtamentum non fuerit ſubſcriptum*, pro

L. Hac cō-ſultiſſima, Cod. de Teſtamen-tis.

ſici, utrum hi qui metu mortis & amiſſionis bonorum ad jurandum coacti fuerant, neceſſe haberent à tali juramento abſolvi; & affirmativè reſpondit his verbis: *Verùm in ea quæſtione quæ quinto loco ponitur, an à Sacramenti vinculo abſolvantur, qui iſtud inviti pro vita & rebus ſervandis fecerunt, nihil aliud arbitramur, quàm quod anteceſſores noſtri Romani Pontifices arbitrati fuiſſe noſcuntur, qui tales à juramenti nexibus abſolverunt.*

Cap. Verùm, de jurejurando.

Gloſſa ib.

Ex quo ſequitur, ut ait Gloſſa ibidem, *Quòd juramentum metu extortum, eſt obligatorium, ex quo aliqui à tali abſolvuntur.* Quod etiam ex alio Canone probatur, in quo Alexander III. conſultus, utrum ille qui metu gravi ad renuntiandum beneficio compulſus fuerat, & cum juramento promiſerat ſe illud non repetiturum, poſſet, non obſtante juramento, illud repetere, reſpondet, quòd *Non eſt tutum quemlibet contra ſuum juramentum venire, niſi tale ſit, quod ſervatum vergat in interitum ſalutis æternæ.* Quia ut docet Sanctus Thomas, *In juramento quod quis coactus facit, eſt obligatio qua quis Deo obligatur, ut impleat quod per nomen ejus promiſit: & talis obligatio non tollitur in foro conſcientiæ, quia magis debet damnum temporale ſuſtinere, quàm juramentum violare.*

Can. Si verò, de jurejurando.

D.Th. 2.2. q.89. art.7. ad 3.

*Quæſt.* 8. Quid agere debet is, qui metu gravi compulſus, ſe aliquid latroni daturum juramento promiſit?

*Reſp.* Juxta cap. *Verùm*, modò relatum, diſpenſationem à juramento petere, aut repetere in judicio illud quod latroni dedit; dicit enim expreſsè Sanctus Thomas, quòd *Poteſt repetere in judicio quod ſolvit. Romani autem Pontifices ab hujuſmodi juramentis homines abſolverunt, non quaſi decernen-*

D.Th. 2.2. q.89. art.7. ad 3.

*nentes hujuſmodi juramenta non eſſe obligatoria, ſed quaſi hujuſmodi juramenta ex juſta cauſa relaxantes*. Idem habetur in Can. *Debitores*. Et in Can. *Non eſt tutum*. De juramento.

*Quæſt.* 9. Licet-ne jurare cum intentione petendi diſpenſationem à juramento?

*Reſp.* Poſſunt eſſe duo genera juramentorum. Primò cùm aliquid juramento adhibito promittitur, quod licitum eſt dare in hoc caſu & accipere, vel potiùs cùm juramentum fit ſine culpa illius qui jurat, & illius cui juratur; & tunc perjurium committeret, qui cum intentione obtinendæ diſpenſationis juraret, quia ut ait S. Antoninus, *Quando juramentum omni ex parte eſt licitum, tam ex parte jurantis, quàm ex parte recipientis; tunc abſolutio non eſt impendenda, ſed compellendus eſt jurans ad ejus obſervationem: quin imò nulla cauſa apparente intrinſeca, etiam Papa à tali juramento abſolvere non poteſt*, quia ut docet S. Thomas, *Si juramentum adhibeatur, propter reverentiam divini teſtimonii quod invocatur, obligatur homo, ut faciat eſſe verum, id quod juravit, ſecundùm ſuam poſſibilitatem, niſi in deteriorem exitum vergat.*

D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 6. §. 1.

D. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 1.

Quòd ſi è contrario juramentum non eſt licitum ex parte illius cui aliquid cum juramento promiſſum eſt, quia, verbi gratiâ, id factum eſt ob metum gravem mortis quæ intentabatur; in hoc caſu licet jurare cum intentione petendi diſpenſationem à juramento, quod in hoc non violatur: & ratio eſt, quia ut obſervetur juramentum, ſufficit, ut quis velit facere illud omne, ad quod ex juramento obligatur; at certum eſt, ex his quæ numero præcedenti dicta ſunt, juramentum in hoc caſu non obligare poſt obtentam diſpen-

diſpenſationem; ergo licet jurare cum intentione talem diſpenſationem petendi, etiamſi quis juraſſet diſpenſationem non petere, quia tale juramentum juſtitiæ publicæ contrarium eſſet, & ſic obſervandum non eſſet. *In juramento*, inquit S.Thomas, *quod quis coactus facit, poteſt quis repetere in judicio quod ſolvit, vel prælato denuntiare, non obſtante, quod contrarim juravit; quia tale juramentum vergeret in deteriorem exitum: eſſet enim contra juſtitiam publicam.*

D.Th. 2.2. q.89.art.7. ad 3.

Rationem affert Innocentius Papa IV. cur non teneatur quis illud juramentum ſervare, quo promiſit ſe non delaturum apud ſuperiorem, illum qui jurare coegit: quia ſcilicet illud contrarium eſſet Euangelio correctionem fraternam præcipienti: *Poteſt*, inquit, *ille qui juravit, ſolvere uſuras, denuntiare creditorem ad pænitentiam; & ſi juraſſet non denuntiare, non debet ſervare, quia eſt contra regulam Euangelii, Si peccaverit, &c.* Et eadem ratio affertur à Gloſſa in Canone *authoritatem*. 15.quæſt.6. Ubi dicitur, illum qui juravit ſe non accuſaturum in judicio alium, qui coegit eum ad danda bona propria adhibito juramento, non debere talem promiſſionem ſervare: *Si autem*, inquit Gloſſa, *juravit quòd non denunciet, illud juramentum non eſt ſervandum, quia ex præcepto ad hoc tenetur*, 2. qu. 1. *Si peccaverit*.

Innoc. 4. in cap. Ad aures, De his quæ vi metuſve cauſa.

*Quæſt.* 10. Qui matrimonium contraxit, aut aliquod votum fecit, ex metu gravi cadenti in conſtantem virum, obligatur-ne ad implendum tale votum, aut ad vivendum in matrimonio?

*Reſp.* Duobus modis id poteſt accidere. Fieri namque poteſt ut talis contrahens matrimonium, aut vovens ficté ſe geſſerit,

rit, & nullum conſenſum internum dederit: & in hoc caſu, abſque dubio, matrimonium invalidum eſſet, nec ulla adeſſet obligatio ſervandi votum hoc modo factum; quia conſenſus internus, qui planè neceſſarius eſt in matrimonio & in voto, ut ſuprà probavimus, non adeſt in hac ſpecie, ſed potiùs adeſt verus diſſenſus, cum apparenti tantùm & ficto falſoque conſenſu externo. Secundò, poteſt quis in ſimili caſu bona fide & ſine fictione internè conſentire, ut ſi puella metu gravi compulſa ad contrahendum matrimonium, conſideratis talibus circumſtantiis, elegit tali matrimonio conſentire ad vitanda gravia mala quæ imminent; in hoc caſu difficilis eſt quæſtio, utrum tale matrimonium validum ſit nec-ne? quia adfuit verus conſenſus: & reſpondere videtur Gloſſa, quòd licèt videatur tale matrimonium, ex jure naturali, debere dici validum; quia verus fuit conſenſus, attamen invalidum & nullum eſt, ex jure poſitivo, quod exigit liberum omninò conſenſum, & nullatenùs coactum; *Coacta voluntas*, inquit Gloſſa, *voluntas eſt: ſecus eſt in matrimoniis, ubi exigitur voluntas directa vel ſpontanea*. Extra. *De ſponſalibus*. cap. *Cùm locum*. Et quod de matrimonio dicitur, debet etiam intelligi de voto, ut habetur in Can. *Perlatum*; nam, ut in Decretali dicitur, *Libera debent eſſe matrimonia, cùm coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere*.

Gloſſa. in Can. Notificaſti, 33. q. 5. verbo, Licentià.

Can. Requiſivit, de Sponſalibus.

*Quæſt.* 11. Si quis matrimonio conſentiret ob ſolam reverentiam Patris, & ne illius indignationem experiatur, aliter non facturus, eſſet-ne validum tale matrimonium?

*Reſp.* Validum eſſet; quia, ut habetur in

lege,

L. Si Patre cogente, ff. de ritu nuptiar.

lege, *Si Patre cogente ducat uxorem, quam non duceret, ſi ſui arbitrii eſſet: contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur, maluiſſe enim hoc videtur.* Et hic timor reverentialis non reddit matrimonium invalidum; quod tamen intelligi debet, modò Pater poſt preces & exhortationes paternas ad graves minas non devenerit; nam tum matrimonium eſſet planè nullum, ut infertur ex cap. *ex litteris. De Sponſatione impuberum.* Ubi ſummus Pontifex conſultus, utrum verum & validum eſſet matrimonium puellæ quæ ad id minis parentum compulſa fuerat, declarat eſſe nullum, permittens puellæ, ut alteri nubat. De hac materia fuſiùs diſſeruimus Tom.4. Tract.8. de Sacram. Matrimon. cap. 5.

*Quæſt.* 12. Si quis ob metum gravem Ordinationi ſuæ conſenſiſſet, eſſet-ne validè Ordinatus?

*Reſp.* Valida eſſet talis ordinatio; quia metus gravis non poteſt impedire validitatem Sacramentorum, quæ characterem imprimunt, ut videtur in Baptiſmo, & infertur ex Canone, in quo habetur, quòd *Is qui terroribus atque ſuppliciis violenter attrahitur, & ne detrimentum incurrat, baptiſmi ſuſcipit Sacramentum, talis characterem ſuſcipit Chriſtianitatis impreſſum.* Et ut ait Gloſſa, *Coactio conditionalis non impedit Sacramentum baptiſmi, ut hic patet, ſicut non impedit Sacramentum ordinis.*

Cap. Majore, de baptiſmo, §. Item quæritur. Gloſſa ib. verbo Conditionaliter.

C A-

## CAPUT V.

### *De iis qui poſſunt, aut non poſſunt contrahere.*

*Quæſt.* 1. QUI ſunt illi qui poſſunt contrahere?

*Reſp.* Omnes illi qui habent uſum rationis; quia eo ipſo poſſunt conſentire, & de bonis diſponere; modò id eis à jure poſitivo non prohibeatur.

*Quæſt.* 2. Qui ſunt illi, qui contrahere non poſſunt?

*Reſp.* Illi omnes qui liberum uſum rationis non habent, quique idcircò verum conſenſum, qui, ut ſupra dictum eſt, eſſentiam contractus conſtituit, præſtare nequeunt; ut ſunt amentes, & ſtulti, aut furioſi, qui, ut habetur in lege, *Nullum negotium contrahere poſſunt*, quia quid faciant, neſciunt. L. In negotiis, ff. de reg. juris.

Cùm infantes, qui ſcilicet ſeptennium non attigerunt, non multùm differant ab amentibus, & ſufficientem rerum cognitionem non habeant, validè contrahere non poſſunt; attamen ut utilitati eorum qui non multùm ab infantiâ diſtant, id eſt, qui à parvo tempore ſeptennium tranſgreſſi ſunt, conſulatur, licèt tales non rectè & perfectè intelligant id, quod agunt, poſſunt tamen licitè contrahere ſuper his rebus, quæ parvi momenti ſunt, quæ magnam & difficilem cognitionem contractus non faciant, ita ut ex benigna juris interpretatione, eâdem facultate, quâ illi qui ſunt pubertati proximi, gaudeant; dicitur enim in Juſtiniani Inſtitutionibus, quòd *Infans & qui infantiæ proximus eſt, non mul-* L. 3. Inſt. tit. 20. §. Sed quod diximus.

*tum à furioſo diſtant, quia hujuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum benignior juris interpretatio facta eſt, ut idem juris habeant, quod pubertati proximi.*

*Quæſt.* 3. Qui ſunt illi, qui dicuntur pubertati proximi?

Gloſſa in cap. Continebatur, de deſpõſatione impuberum. V. proxima. L. Nõ tantum, ff. de Excuſatione tutorũ.

*Reſp. Dicitur*, ut ait Gloſſa, *proximus pubertati, cùm diſtat à pubertate per ſex menſes, vel minùs.* Et ita, juxta legem; *Prope pubertatem eſt, ſi tantummodo ſemeſtre reliquum fuerit. Pubertas* autem, ut dicitur in Inſtitutionibus, lib. 1. tit. 22. *eſt in maſculis poſt decimum-quartum annum completum, in fœminis poſt duodecim annos completos.*

*Quæſt.* 4. Poſſunt-ne filii familias ante ætatem pubertatis contrahere?

*Reſp.* Antequam huic quæſtioni reſpondeatur, ſupponendum eſt, filios familias poſſe bona quatuor modis acquirere. Primò militando, & vocatur *Caſtrenſe peculium*, quicquid hoc modo acquiſitum fuit, ut habetur in lege *Caſtrenſe ff. de Caſtrenſi peculio.* Secundò poſſunt acquirere medio alicujus muneris, officii, aut dignitatis forenſis, aut patrocinando, vel profitendo juris prudentiam, aut medicinam, aut aliud officium publicum exercendo; & ſic acquiſita bona, *Quaſi Caſtrenſia* vocantur, eorumque proprietatem & uſum fructum habent filii familias, ſicut & Caſtrenſium. Tertiò poſſunt aliqua bona habere ex latere paterno, aut quia ea Pater dedit, aut quia ab aliis conſanguineis paternis, aut intuitu Patris habuerunt; quæ bona vocantur *Profectitia*, quia à Patre veniunt, & ad eundem redeunt. Quartò & ultimò poſſunt filii familias aliunde quàm à Patre, & in-

& intuitu Patris acquirere, ut à matre aut cognatis maternis. Hæ duæ ultimæ bonorum ſpecies non omninò in filiorum familias dominium tranſeunt; quia bona intuitu Patris acquiſita, ad Patrem tam quoad uſumfructum, quàm quoad proprietatem pertinent. Bonorum autem aliunde acquiſitorum uſumfructum filii familias non habent, ſed Pater.

His poſitis, certum primò eſt, filios familias non poſſe contrahere de bonis, in quibus nec uſum nec proprietatem habent, neque pariter de his quorum habent tantùm uſum; quia non ſunt veri domini. Igitur in hoc ſolummodo poſita eſt difficultas, utrum filii familias, qui ætatem pubertatis non attigerunt, neque illi proximi ſunt, poſſint validè contrahere etiam cum Patris conſenſu, de illis bonis quorum uſum & proprietatem habent? Et cum Juſtiniano Imperatore dicendum eſt, filios familias qui pubertatem non attigerunt, non poſſe validè contrahere etiam cum conſenſu Patris, licèt pupilli validè contrahere poſſint cum autoritate tutoris: *Pupillus*, inquit Imperator, *omne negotium rectè gerit, ita tamen ut ubi tutoris autoritas neceſſaria eſt, adhibeatur tutor; ſed qui in poteſtate parentis eſt impubes, ne autore quidem Patre obligatur.* Ratio diverſitatis eſt, quia pupillus poteſt contra tutorem agere, ſi malè bona ſua adminiſtraverit, quod filio adversùs Patrem non conceditur. Lib. 3. Inſt. tit. 20. §. 9. & 10.

*Quæſt.* 5. Pupillus qui, ſine conſenſu tutoris, pecuniam mutuò accepit, teneturne in conſcientiâ ad ſolutionem talis pecuniæ ſibi mutuatæ?

*Reſp.* In hoc caſu diſtinguendum eſt; aut enim mutuò accepit, ut ſibi in aliqua

neceſſitate ſubveniret, ita ut talem pecuniam mutuatam, in rebus utilibus conſumpſerit, & ita ex ea aliquo modo factus ſit ditior; quia ex ea aliquem fructum & proventum accepit, & illi neceſſe fuiſſet eam aliunde requirere, ut ſibi conſuleret, ſi hæc defuiſſet. Aut certè talis pupillus mutuò pecuniam accepit, ut eam in rebus nullius utilitatis conſumeret: & in hoc ultimo caſu, nullo modo obligatur ad ſolvendam talem pecuniam mutuatam, cùm nulla adſit obligatio civilis aut naturalis, & ratio legis locum in eo caſu habeat, ne ſcilicet bona pupillorum in rebus inutilibus conſumantur. Sed in primo caſu pupillus tenetur in foro conſcientiæ reddere pecuniam mutuatam, quia contraxit obligationem naturalem, ob utilitatem quam ex tali pecunia conſecutus eſt, & lex naturalis docet, juſtum eſſe reddere quod, ut noſtris neceſſitatibus provideretur, mutuò datum fuit: Legeſque civiles eas formalitates ſolummodò requirunt, ut vitetur prodiga & ſuperflua conſumptio bonorum pupillarium, quæ in hoc caſu locum non habet ex ſuppoſitione. Et hæc reſolutio conformis eſt legi in qua dicitur, quòd *Naturaliter obligatur pupillus, in quantum locupletior factus eſt.* *Nam*, ut ait Gloſſa, *ex quo conſtat, quòd pupillus ex mea pecunia fuit factus locupletior, eſſet contra naturam, quòd ipſe locupletaretur cum damno meo.*

L. Pupillus, ff. de autoritate & cõſenſu tutorum. Gloſſa in regula. Locupletari 48. de regulis juris in 6.

# Caput VI.

## *De Contractibus in quibus omnes ſolemnitates à jure requiſitæ, obſervatæ non ſunt.*

*Quæſt.* 1. Contractus, in quibus non obſervatæ ſunt omnes ſolemnitates à jure requiſitæ, ſunt-ne validi in foro conſcientiæ? Et tenemur-ne implere, quod in his promiſſum eſt?

*Reſp.* Non ligant in conſcientia hujuſmodi contractus, quia invalidi & nulli ſunt, etiam in foro conſcientiæ, quando ſolemnitates neceſſariò requiſitæ à Jure, non fuerunt obſervatæ: & ratio eſt, quia certum eſt, leges juſtas tam Civiles, quàm Canonicas, obligare in foro conſcientiæ, poſſeque translationem dominii bonorum noſtrorum impedire, etiam nobis invitis; definitur enim Dominium à Jure conſultis: Libera facultas diſponendi de re ſua prout libet, niſi vi aut jure prohibeatur. Et ita videmus, Eccleſiam matrimonia abſque præſentia Parochi & teſtium contracta invalidaſſe, ob defectum dictæ ſolemnitatis à Jure poſitivo introductæ; quia utilitati publicæ multùm congruebat, ut conſenſus nullus eſſet, dum tales ſolemnitates non obſervarentur, & nullam penitùs obligationem induceret etiam in conſcientiâ: de quo poſt Concilium Tridentinum inter omnes Theologos convenit. Sed certum pariter eſt, leges civiles invalidare & annullare contractus, in quibus non obſervatæ fuerunt omnes ſolemnitates, ut videtur in lege in quâ dicitur, quòd *Ubi teſtamentum non fuerit ſubſcriptum*, (L. Hac cõſultiſſima, Cod. de Teſtamentis.)

*pro infecto haberi convenit.* Igitur concludendum videtur, non obligari nos in conſcientiâ ad obſervandum, quod promiſſum fuit in contractu invalido & nullo ſecundùm legem Decreta.

*Quæſt.* 2. Leges civiles obligant-ne in conſcientiâ?

*Reſp.* Juſtæ leges vim obligandi in conſcientiâ procul dubio habent, dicente Apoſtolo: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.* Igitur conſcientia ad hanc ſubjectionem & obſervationem obligat. Hujuſce obligationis rationem affert S. Thomas his verbis: *Cùm unus homo ſit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipſum quod eſt, & quod habet, eſt multitudinis: ſicut & qualibet pars id, quod eſt, eſt totius: Vnde & natura aliquod detrimentum infert parti, ut ſalvet totum, & ſecundùm hoc leges hujuſmodi onera proportionabiliter inferentes juſtæ ſunt, & obligant in foro conſcientiæ.*

Rom. 13.

D. Th. 1. 2. q. 69. art. 4. in corp.

*Quæſt.* 3. Hæres qui in Teſtamento aliquo legato oneratus eſſet, teneretur-ne ad illud ſolvendum, ſi teſtator ſolemnitates à Jure ad legati validitatem requiſitas non ſervaſſet?

*Reſp.* Tenetur ad legati ſolutionem hæres in hoc caſu ſecundùm leges civiles: *Quod ſi,* inquit Juſtinianus Imperator, *is à quo relictum dicitur, confiteatur quidem aliquid à ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatem recurrat, omninò ſolvere cogendus eſt.* Quod evidentiùs patet ex lege in quâ dicitur, quòd *Cùm res per teſtium ſolemnitatem oſtenditur, tunc & numerus teſtium, & nimia ſubtilitas requirenda eſt. Lex etenim, ne quid falſitatis incurrat per duos fortè teſtes compoſitum teſtamentum, majorem*

Lib. 2. Inſt. tit. 23. §. ultimo.

L. Queſtionem, Cod. de ſideic.

*rem numerum teſtium expoſtulat, ut per ampliores homines perfectiſſima veritas reveletur: cùm autem is qui aliquid ex voluntate defuncti lucratur, & maximè ipſe hæres, cui ſumma authoritas totius cauſæ commiſſa eſt, dicere compellitur veritatem per Sacramenti religionem, qualis locus teſtibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria & indubitata fide relicta; cùm & in leges reſpeximus, quæ juſtis diſpoſitionibus teſtatorum omnimodò hæredes obedire compellunt; & ſic ſtrictiùs cauſam exigunt, ut etiam amittere lucrum hæreditatis faciant eos qui teſtatoribus minimè paruerunt.*

Ex quo evidenter ſequitur, leges decernere, ut dum hæres de voluntate teſtatoris ſecurus eſt, ſcitque ſe fuiſſe oneratum aliquo legato, obligetur omninò ad illud præſtandum, licèt omnes ſolemnitates à Jure ad legati validitatem requiſitæ, obſervatæ non fuerint. Et id dicendum eſt juxta leges civiles Romanas, quæ amplam & liberam hominibus de bonis ſuis poſt mortem diſponendi facultatem concedebant.

Sed cùm in variis mundi regionibus illæ leges non obſerventur, & aliæ fortaſſis vigeant, quæ in hac materia alio modo loquuntur: Hæc ſola generalis regula in hac quæſtione poteſt aſſignari, ut ſcilicet procul dubio obſervetur in conſcientia, illud quod decerneret juſtus judex, qui rei veritatem rectè cognoſceret; ita ut in regionibus, in quibus hæres, qui fateretur oneratum ſe fuiſſe à teſtatore aliquo legato, non tamen in foro externo obligaretur ad illud ſolvendum, ſi ſolemnitates à Jure requiſitæ non fuiſſent obſervatæ, pariter non obligetur in conſcientiâ; & ratio

eſt, quia certum eſt, juſtam ſententiam à Judice prolatam in conſcientia obligare, cùm ſuper aliqua falſa præſumptione non fundatur.

# TRACTATUS TERTIUS
## *DE*
# CONTRACTIBUS
## IN PARTICULARI,
### *ET PRIMO*
## DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

### CAPUT PRIMUM.

### *De Emptionis definitione.*

*Quæſt.* I. QUID eſt Emptio?

*Reſp.* Eſt Contractus quo dominium alicujus rei pro certo pretio acquiritur; hæc definitio ex lege civili deſumpta eſt, & explicari poteſt hoc modo, quòd ſcilicet emptio ſit *Contractus*, quia eſt conventio à Jure approbata, ex qua oritur actio adverſus venditorem: *Quo dominium alicujus rei acquiritur*, quia dominium rei venditæ à venditore in emptorem transfertur; & in hoc emptio à locatione differt, in qua dominium rei nullo modo transfertur, ſed tantummodò

L. Orig. ff. de contrahenda emptione.

dò illius uſus: *Pro certo pretio*; quia de eſſentiâ emptionis eſt, ut pretium rei venditæ, ſit determinatum; alioqui contractus emptionis non poteſt ſubſiſtere: *Pretium autem*, inquit Imperator Juſtinianus, *conſtitui oportet: nam nulla emptio ſine pretio eſſe poteſt. Sed & certum eſſe pretium debet. Item pretium in numerata pecunia conſiſtere debet*; Quia ſi in aliqua alia re conſiſteret, potiùs permutatio, quàm emptio, eſſet, ut ibidem dicitur. L. 3. Inſt. tit. 24.

*Quæſt.* 2. Quando-nam cenſetur perfectus contractus emptionis & venditionis, & ita translatum dicitur dominium rei venditæ in emptorem?

*Reſp.* In jure habetur, quòd ſtatim conventione factâ, perfecta eſt emptio & translatum dominium; ſic enim loquitur Imperator; *Cùm autem emptio & venditio contracta ſit, quod effici diximus ſimul atque de pretio convenerint, cùm ſine ſcriptura res agitur, periculum rei venditæ ſtatim ad emptorem pertinet, tametſi adhuc ea res emptori tradita non ſit: itaque ſi fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte ablatus ſit, ſive etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine dejectis, longè minor aut deterior eſſe cæperit, emptoris damnum eſt, cui neceſſe eſt, licèt rem non fuerit nactus, pretium ſolvere; quidquid enim ſine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt: ſed etſi poſt emptionem fundo aliquid per alluvionem acceſſerit, ad emptoris commodum pertinet; nam & commodum ejus debet eſſe, cujus periculum eſt.* Lib. 3. Inſt. tit. 24. de Empt. & vendit.

Attamen hìc notandum eſt, quòd licèt ſolus conſenſus ſit de eſſentia contractus emptionis & venditionis, & ideò contractus

perfectus & conſummatus regulariter cenſeatur, ex quo partes concordarunt de pretio, quamvis neque res vendita, neque illius pretium tradita ſint, neque datus ſit aliquis arrhabo, qui non eſt de eſſentia contractus; ſed ſolummodò aliquod indicium & aſſecuratio conſenſus, quod inter partes intervenit; nihilominus, in variis regionibus & civitatibus, in quibus adſunt ſtatuta & leges municipales, quæ etiam in foro conſcientiæ debent obſervari, conſtitutum eſt, & decretum, ut contractus emptionis & venditionis non cenſeatur perfectus, quando aut res vendita aut certè arrhabo, qui vulgo denarium Dei vocatur, traditus non eſt.

---

## Caput II.

### *De pretio quo fieri debet emptio & venditio.*

*Quæſt.* I. LICET-ne rem emere infra juſtum illius pretium, aut vendere ultra idem pretium juſtum?

*Reſp.* Certum eſt, id fieri non poſſe, & emendum eſſe & vendendum juſto pretio; quia, ut ait S. Thomas, *Emptio & venditio videtur eſſe introducta pro communi utilitate utriuſque: quod autem pro communi utilitate inductum eſt, non debet eſſe magis in gravamen unius, quàm alterius; & ideo debet ſecundùm æqualitatem rei inter eos contractus inſtitui: & ideò ſi vel pretium excedat quantitatem valoris rei, vel è converſo res excedat pretium, tolletur juſtitiæ æqualitas; & ideò cariùs vendere vel viliùs emere rem quàm valeat, eſt ſecundùm ſe injuſtum & illicitum.*

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. in corp.

*Quæſt.* 2.

*Quæſt.* 2. In quo conſiſtit juſtum cujuslibet rei pretium?

*Reſp.* Duo ſunt pretii ſpecies; nam aliud eſt pretium legitimum, quod ſcilicet ſtabilitum & determinatum eſt à lege, aut à Principe, aut alio quocumque ſuperiori legitimo: ut apparet in omnibus rebus taxatis à Magiſtratibus politicis & præfectis annonæ; & illud pretium augeri aut minui non poteſt, ita ut injuſtitiæ evidentis & manifeſtæ reus ſit ille, qui rem quampiam ultra pretium à Principe, aut aliis Magiſtratibus taxatum & determinatum, vendit, quive minori pretio emit. Aliud pretium vocatur naturale & commune, quo ſcilicet res venalis communiter æſtimatur, & appretiatur; ut enim dicitur in lege: *Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur*: id eſt res quælibet illud habent pretium, quod illis communiter, ab hominibus qui earum qualitatem, & valorem agnoſcunt, quique ſine fraude aut præventione judicant, aſſignatur. Illud pretium non conſiſtit in indiviſibili, ſed in quadam menſura & mediocritate morali, quæ tres gradus continet, ſecundùm Ariſtotelis doctrinam: ſummum ſcilicet, medium aut moderatum, & infimum: ita ut res non poſſit præcisè & abſolutè æſtimari, exempli gratiâ, centum aureis, ſecluſo quolibet minori, aut majori pretio. Sed quando pretio medio & moderato valet centum aureos, poteſt etiam ſummo pretio æſtimari centum quinque aureis, & circiter nonaginta quinque, ſi minimo pretio æſtimetur.

L. Pretia rerum, ff. ad legem falcidiam.

His poſitis, dicendum eſt, illum qui vendit, nunquam poſſe excedere ſummum pretium, illumque qui emit, non poſſe in-

ſra pretium infimum emere; quia ut docet S. Thomas, *Pretium rerum, non eſt punctualiter determinatum, ſed magis in quadam æſtimatione conſiſtit; ita modica additio vel minutio non videtur tollere æqualitatem juſtitiæ*; & ex ſancto Antonino: *Poteſt diſtingui triplex limitationis gradus etiam juſtus. Primus poteſt nominari pius, ſecundus diſcretus, tertius verò rigidus. Primus eſt pretii minoris, ſecundus eſt mediocris, tertius eſt majoris.*

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 2. ad 1.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 1.

*Quæſt.* 3. Poteſt-ne quis licitè emere infra pretii infimi limites, aut ultra ſummum pretium vendere?

*Reſp.* Illud fieri nequaquam poteſt, ut ſupra inſinuatum eſt; & generaliter loquendo, juſto pretio res quælibet vendi debet: attamen reperiuntur aliqui caſus, in quibus id licere videtur.

*Quæſt.* 4. In quibus caſibus licet emere infra pretii infimi limites, aut emere ultra ſummum pretium?

*Reſp.* Varii ſunt hujuſmodi caſus: primus fusè explicatur à S. Antonino his verbis: *Notandum quòd cùm quis vendit merces certo pretio majori, quàm ſit illud quod tunc valent cùm venduntur, ex eo, quòd non intendebat eas vendere, ſed ſervare uſque ad tempus quo probabiliter exiſtimatur tantùm tunc valituras, vel plus, quantùm nunc vendit, ſed ad inſtantiam alterius vendit; iſtud eſt etiam pretium juſtificatum & licitum, ut expreſsè dicitur in cap.* in civitate, *De Uſuris. Secùs autem ſi non intendebat ea ſervare, ſed tunc vendere, vel etiam ſi non eſt probabile ſeu veriſimile, quòd eo tempore quo volebat in futurum vendere, tantùm debeant valere, quantùm nunc vendit, quia tunc non haberetur reſpectus ad indemnitatem ſuam. Idem dicendum*

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 1.

*dum de tempore ; ſcilicet quòd ſi emptor dat pretium mercium, antequam recipiat merces; & minùs dat quàm tunc valent cùm emit, ex eo, quòd eo tempore quo recepturus eſt merces, veriſimiliter exiſtimatur, quòd minùs debeant valere, quàm tunc cùm emit.* Obſervandum tamen eſt, ad plenam illius primi casûs elucidationem, quòd ille qui majori pretio vendit, eo quòd poterat rem ſervare uſque ad tempus, in quo probabiliter plus valitura erat, debere aliquid minuere de tali pretio, quod habitura probabiliter eſſet hæc res, ob incertitudinem eventus & alia incommoda & diſpendia, quæ in illa ſervanda toleranda eſſent.

Secundus caſus in quo licet rem pluris quàm valeat vendere, accidit, dum quis emere vult bona alicujus quæ illi valdè neceſſaria & utilia ſunt, ita ut venditor damnum patiatur ex rei quam poſſidebat privatione: in tali caſu licet ſine dubio venditori rem ſuam ultra juſtum pretium vendere, ut damnum, quod patitur, reſarciat; quia ut optimè docet S. Thomas, *Cùm aliquis multùm indiget habere rem aliquam & alius læditur, ſi ea careat: in tali caſu juſtum pretium erit, ut non ſolùm reſpiciatur ad rem quæ venditur, ſed ad damnum quod venditor ex venditione incurrit; & ſic licitè poterit aliquid vendi pluſquàm valeat ſecundùm ſe, quamvis non vendatur pluſquàm valeat habenti.* D.Th. 2.2. q.77. art.1. in corp. Quod tamen intelligendum eſt, fieri poſſe, dum venditor ad inſtantiam preceſque emptoris, & ut illi morem gerat, vendit; nam ſi vẽderet neceſſitate compulſus aut alio modo quàm ad inſtantiam venditoris per ſe, vel per alium, tunc non poſſet vendere ultra juſtum pretium; quia ut ait idem S. Doctor, *Qui emit rem aliquam, tantùm pro ea juſtè dat quantùm valet, non autem* D. Thom. qu. de malo, q.14. art. 4.

*quan-*

*quantum ille qui vendit, ex ejus carentia damnificatur*. Dum etenim quis, emptoris precibus motus, rem ſuam vendit, poteſt illum ad damnum, quod ex illius privatione ſentit, reſarciendum obligare, quia tunc emptor eſt prima talis damni cauſa; ſed è contrario dum neceſſitate compulſus, aut generaliter ut ſibi conſulat vendit, non poteſt illud damnum, quod patitur, in emptorem rejicere, cùm illius cauſa non ſit, ſed potiùs proveniat ex neceſſitate venditoris, quæ illum ad vendendum impulit.

*Quæſt.* 5. Nullus-ne alius poteſt aſſignari caſus, in quo liceat res infra juſtum pretium emere?

*Reſp.* Poteſt quodammodo dici, licere res infra juſtum pretium emere, quoties emptorum penuria venditorem ad rem ſuam offerendam compellit, ut qui eam emere velit, inveniri poſſit; quia licèt tunc rem minori pretio emat, quàm re verâ in ſe conſiderata valeat, eam tamen juſto pretio emit ob tales circumſtantias, cùm certum ſit minui aliquid de pretio mercium, dum rariores ſunt emptores, & pretium augeri, dum emptorum eſt concurſus frequentior. Et ita experientiâ conſtat, quòd dum Rex âd aliquam urbem accedit, pretium mercium multùm augetur ob majorem ementium numerum; & è contrario Rege recedente, tale pretium minuitur. Unde illi qui minori, & viliori pretio emunt in aliqua platea, aut ſub haſtatione publica, aut etiam ſub finem nundinarum, nullam injuſtitiam in hoc committunt, dummodò nulla fraus interveniat; quia licèt merces minori pretio quàm in ſe valent, emant, tamen juſto emunt pretio, ob tales circumſtantias; cer-

certum enim eſt, quòd ſecundùm communem æſtimationem, quæ tanquam pretiorum regula conſiderari debet, ut dicitur in lege ſuperiùs citata, rerum pretium augetur ut plurimum, aut minuitur, juxta majorem, aut minorem emptorum concurſum, & numerum.

*Quæſt.* 6. Poteſt-ne emi cenſus, aut penſio conſtituta minori pretio, quàm ſit capitale, propter quod talis cenſus conſtitutus eſt?

*Reſp.* In hoc caſu cum aliqua diſtinctione reſpondendum eſt; aut enim capitale talis cenſus datum eſt eo modo, ut penſio aut Canon, & cenſus non poſſet eſſe major, cùm ſcilicet dantur in ſtatu Eccleſiaſtico ſeptem quolibet anno pro unoquoque centenario, ut decernitur in Bulla 6. Clementis Papæ VIII. aut ſex vel etiam quinque, juxta regionum varios uſus; & in hoc caſu videtur, nullo modo licere capitale alicujus cenſus hoc modo rigoroſo conſtituti, emere minori pretio & ſumma, quàm ſit ipſummet capitale; quia ſine dubio, juxta conſtitutionem B. Pii Papæ V. ille injuſtitiam, atque adeò uſuram committit, qui, exempli gratiâ, pro centum aureis conſtituit cenſum annuum octo aureorum; & evidenter conſtat, quòd is qui minori pretio emit capitale alicujus cenſus, qui ſeptem pro quolibet centenario annuatim reddit, minuendo illud capitale, & percipiendo totum cenſum, percipit aliquid ex ſua pecunia ultra pretium taxatum à Superiori in cenſibus; quod tanquam uſurarium in dicta Bulla Pii V. damnatur, & ita cenſus annuus ſeptem aureorum conſtitutus pro capitali centum aureorum, non poteſt emi, exempli gratiâ, octuaginta aureis; quia in hoc reperitur

ritur injuſtitia aliquâ uſuræ labe infecta, ex eo quòd ille qui octuaginta tantùm dedit; ſeptem annuatim contra conſtitutionem prædictam percipit.

Quòd ſi è contrario ob capitale datum, cenſus minùs rigoroſus conſtitutus ſit, ut, verbi gratiâ, pro quolibet centenario, quatuor aut quinque annuatim ſolvantur: in hoc caſu licet emere talem cenſum minori pretio, quàm illud pro quo conſtitutus eſt; quia poteſt quilibet pecuniâ ſuâ cenſum uſque ad limites vigoroſi pretii conſtituere. Et ita in illis regionibus, in quibus ſeptem pro quolibet centenario annuatim in cenſibus ſolvi & recipi poſſunt, poteſt quilibet pretio ſexaginta aureorum emere cenſum quatuor aureorum, conſtitutum pro capitali centum aureorum.

Attamen in tali caſu duo obſervanda ſunt. Primò, ut intereſſe quod percipitur non excedat taxam à Principe in cenſibus conſtitutam. Secundò, ut ſi ille qui primus vendidit cenſum, & ſuper cujus bonis conſtitutus eſt, velit ſe redimere à tali cenſu ſolvendo, reddendo illius capitale; tunc hic qui illud à tertio emerat, tenetur venditori reddere illud omne, quod accepit ultra ſummam quam pro emptione talis cenſûs dederat, eo quòd non poſſit plus recipere quàm dedit, cùm à B. Pio V. ubi ſupra, decretum ſit, quòd debitor cenſus poſſit ſe redimere ſolvendo eamdem ſummam quam accepit; unde uſuram committeret qui cenſum quinque aureorum pro centum aureis conſtitueret, hoc pacto ut debitor non poſſet ſe redimere, niſi ſolvendo centum & decem aureos: & ita videtur, quòd ſimiliter ille qui capitale quinquaginta aureorum pro quadraginta aureis emit, non poteſt ſine uſura exigere, & recipere ali-

quid

quid ultra dictam ſummam quadraginta aureorum. Concludendum igitur videtur, quòd ſi Petrus emit octuaginta aureis à Joanne capitale centum aureorum, cum ſuo annuo cenſu quatuor aureorum quod illi debebatur à Paulo: in hoc caſu ſi Paulus velit ſe redimere à tali cenſu, Petrus tenetur reddere Joanni viginti aureos; quia juſtum non eſt, ut plus accipiat, quàm dedit.

*Quæſt.* 7. Nonne dici poſſet, quòd is qui ut ſupra capitale centum aureorum, pretio octuaginta aureorum emit, poteſt tamen totam illam centum aureorum ſummam in caſu ſolutionis & extinctionis cenſus retinere, propter periculum quod ſubiit perdendi ſummam ſic traditam?

*Reſp.* Illud certè dici non poteſt, ſicut non licet ei qui cenſum emit, exigere in caſu extinctionis pluſquàm dedit, ob periculum in quo fuit data pecunia. Attamen ſi cenſus eſſet litigioſus, & neceſſarium eſſet expenſas facere ad illius aſſecurationem; in hoc caſu tales expenſæ neceſſariæ poſſent capitale datum augere; & ita poſſet quis licitè percipere non ſolùm illam ſummam quam venditori dedit, ſed etiam omnes expenſas neceſſarias quas fecit, & etiam juſtum ſalarium recipere ob tempus, quod in tali lite ſuſtinenda inſumpſit.

*Quæſt.* 8. Quo pacto intelligi debent legis verba, quòd ſcilicet: *Res tantum valet, quantum vendi poteſt*: ex quibus inferri poſſe videtur, licere rem quamlibet vendere majori pretio quo vendi de facto poteſt, cùm liceat vendere quantum valet; & ut ait Sanctus Thomas, res tantùm valet, quantùm ſine fraude vendi poteſt?

*Reſp.*

*Reſp.* Hæc legis & Doctoris Angelici verba intelligenda ſunt: Primò, quòd res valet, quantùm vendi poteſt, modò non vendatur ultra limites majoris & ſummi pretii, aut infra pretium infimum; quod probatur ex lege in qua habetur, quòd *Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur.*

L. Pretia rerum, ff. ad legem falcidiam.

Secundò, hæc verba intelligi debent ſecundùm illud quod à Canoniſtis & à Jureconſultis dicitur, quòd ſcilicet dum venditor ultra dimidiam juſti pretii læſus fuit, author læſionis tenetur rem emptam reſtituere, aut illud, quod juſto pretio deeſt ſupplere, ut habetur in lege & in una Decretali, in qua ſic loquitur ſummus Pontifex: *Cùm conſtitiſſet nobis, monaſterium in venditione ultra dimidiam juſti pretii fuiſſe deceptum, ſententiando decrevimus, ut præfati cives aut recepto pretio poſſeſſiones reſtituerent memoratas, aut ſupplerent quantum conſtaret, legitimæ venditionis tempore, pretio defuiſſe.* Ex quo evidenter ſequitur, juſtum rerum pretium non eſſe illud, quo vendi quoquo modo poſſunt, cùm jure civili & Canonico obligetur ille qui emit rem infra dimidiam juſti pretii, ad duplicandum pretium quod dederat, ut ad juſtum pretium deveniatur; & ita facilè cognoſcitur, quòd ſecundùm jura juſtum rerum pretium non eſt illud quo vendi poſſunt, ſed illud quo communiter æſtimantur. Unde Sanctus Thomas aſſerit, quòd *Secundùm divinam legem illicitum reputatur, ſi in emptione & venditione non ſit æqualitas juſtitiæ obſervata. Et tenetur ille qui plus habet, recompenſare ei, qui damnificatus eſt, ſi ſit notabile damnum: quod ideo dico, quia juſtum pretium rerum, non eſt punctualiter determinatum, ſed magis*

Leg. Rem majoris, C. de reſcind. vendit.

Cap. Cùm cauſa, De empt. & vendit.

D. Th. 2.2. q.77. art. 1. ad 1.

*in*

*in quadam æſtimatione conſiſtit : ita quòd modica additio vel minutio non videtur tollere æqualitatem juſtitiæ.* Cæterùm Sanctus Antoninus verba legis ſupra in quæſtione relata ſic explicat : *Cùm dicitur, quòd res tantum valet quantum vendi poteſt, fateor, ſi pro tanto vendi permittitur quantum valet.* D. Anton. 2.p. tit. 1. cap. 8. § 5.

---

## CAPUT III.

### *Vtrum liceat minori pretio & infra infimum rem emere, quando tale pretium anticipatò ſolvitur.*

*Quæſt.* I. Licet-ne mercatori emere, exempli gratiâ, lanam minori pretio, quàm reverà valeat, dum pecuniam per anticipationem ſolvit?

*Reſp.* Illud omninò non licere conſtat ex Decretali, in qua Alexander Papa III. ſic loquitur: *Qui merces comparant, quæ tunc ultra quinque libras non valent, & promittunt ſe illis à quibus illas merces accipiunt, ſex libras ſtatuto termino ſoluturos, venditores peccatum incurrunt, niſi dubium ſit merces illas plus ſolutionis tempore valituras;* Et ita cùm eadem ſit ratio emptoris & venditoris, ſi non licet cariùs vendere, ob dilationem ſolutionis, neque pariter licet viliùs emere, & infra juſtum pretium, ob ſolutionis anticipationem ; niſi pariter conſtet, rem minùs valituram eo tempore quo tradi debet; quia, ut docet Sanctus Thomas, *Cùm aliquis cariùs velit vendere res ſuas, quàm ſit juſtum pretium, ut de pecunia ſolvenda emptorem expectet, manifeſtè* Alexander III. in cap. In civitate De uſuris. D.Th. 2.2. q.78 art.2. ad 7.

*uſura*

*uſura committitur, quia hujuſmodi expectatio pretii ſolvendi habet rationem mutui, quod pertinet ad rationem uſuræ: ſimiliter etiam ſi quis emptor velit rem emere viliùs, quàm ſit juſtum pretium, eo quòd pecuniam ante ſolvit quàm poſſit ei res tradi, eſt peccatum uſuræ, quia etiam iſta anticipatio ſolutionis pecuniæ habet mutui rationem, cujus quoddam pretium eſt, quod diminuitur de juſto pretio rei emptæ.*

Illud etiam expreſsè prohibetur in Concilio Mediolanenſi his verbis, *Ne ob anticipatam ſolutionem, res minoris ematur juſto pretio, vel ſolvatur minùs quàm debeatur.* Concil. Mediol. 1.

*Quæſt.* 2. Nonne poteſt eſſe aliquis caſus, in quo liceat minori pretio emere ob anticipatam ſolutionem?

*Reſp.* Poſſet reperiri aliquis hujuſce generis caſus, ut ſi adeſſet verum lucrum ceſſans, aut damnum emergens; modò adſint omnes circumſtantiæ neceſſariæ, ut lucrum ceſſans, aut damnum emergens excuſent in conſcientia illum qui aliquod intereſſe ex mutuata pecunia recipit; de quibus circumſtantiis loquemur, Deo dante, in tractatu de Uſurâ. Et ita ſi, verbi gratiâ, mercator neceſſe haberet pecuniam accipere cum onere ſolvendi intereſſe, & illud fieret in gratiam ejus cujus lanam emit; in hoc caſu mercator poſſet compenſare & computare damnum, quod re verâ ſentit ex tali intereſſe, quod patitur, ut poſſit ſolvere per anticipationem pretium lanæ venditæ.

*Quæſt.* 3. Nonne, præter rationem lucri ceſſantis, vel anticipatam ſolutionem, eſt alius caſus, in quo liceat viliori pretio emere?

*Reſp.* Sanctus Antoninus aſſerit, quòd

*Si emptor dat pretium mercium, antequam recipiat merces, & minùs dat quàm tunc valent cùm emit, ex eo quòd eo tempore, quo recepturus eſt merces, veriſimiliter æſtimatur, quòd minùs debeant valere, quàm tunc cùm emit, vel ſaltem dubium eſt, utrum plus vel minùs ſint valituræ, quàm ſit pretium datum; pretium eſt juſtificatum & licitum: ſecùs ſi ratione anticipationis ſolutionis pretii ante receptionem mercium, diminueret pretium tunc currens, vel veriſimiliter æſtimaret minori pretio non poſſe valere merces illas emptas, quàm ſit illud quod dat, ſed bene multò pro majori pretio, quia tunc eſſet uſura*, juxta Can. *In civitate. De Vſuris*. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 8. §. 1.

*Quæſt.* 4. Nonne dici poſſet, mercatoribus licere viliori pretio emere, dum anticipatò ſolvunt, quia periculo perdendæ pecuniæ ſe exponunt, aut etiam, quia aliquoties illi à quibus, exempli gratiâ, lanam emunt, eos fallunt eam aquâ aſpergendo, aut in loco humido conſervando, ut illius pondus augeatur?

*Reſp.* Mercatores nullo modo poſſunt viliori pretio emere ob periculum pecuniæ quod ſubeunt, quia tale periculum non poteſt illos excuſare, qui aliquod intereſſe recipiunt, niſi dum pecuniam periculo alicujus commercii exponunt in contractu Societatis, non verò in contractu Mutui, quod implicitè fit, dum quis emit viliori pretio ob anticipatam ſolutionem, ut expoſitum fuit ſupra ex doctrinâ S. Thomæ; quia, *Ratio periculi etiam circa ſortem non excuſat uſuram in mutuo, ut probatur in cap.* Naviganti. Illud etiam expreſsè aſſeritur à Sancto Antonino his verbis: *Ratione dubii in mutuo, quod eſt ibi implicitum, non licet ſperare lucrum*. D. Thom. opuſc. 73. cap. 9. D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 2.

Quan-

Quantum ad fraudem, quam adhibent lanæ venditores, non poteſt juſtam ſubminiſtrare rationem ad emendum infra juſtum pretium. Primò, quia multos norunt modos mercatores tales fraudes vitandi. Secundò, quia non omnes venditores tali fraude utuntur, & tamen iis qui fideliter vendunt, non ſuppletur de pretio, quod diminutum fuerat ob ſolutionis anticipationem; quod injuſtitiam manifeſtam involvit, juſtus enim pœnam fraudulenti portare non debet.

*Quæſt.* 5. Nonne dici poſſet in gratiam mercatorum qui viliori pretio emunt ob anticipatam ſolutionem, illud eis licere quia mercium minuitur pretium, quoties ob emptorum penuriam venditor ad offerendas merces cogitur?

*Reſp.* Licèt verum ſit, ut capite præcedenti dictum fuit, mercium pretium minui dum, ob emptorum penuriam, illas venditor ultrò offert non requiſitus, quia ob talem penuriam minùs communiter æſtimantur; attamen in caſu propoſito hæc ratio non ſufficit, ut mercatores licitè viliori poſſint pretio emere. Primò, quia ſolummodò locum habet, dum qui ad alterius requiſitionem emit mercem oblatam, non plus valere æſtimat, quàm pecuniam quam loco pretii dat; ſi enim hoc modo tantùm emeret, ut lucrum extraordinarium conſequeretur, non verò ut neceſſitati proximi tali emptione ſuccurreret prout ſæpiſſimè à mercatoribus fit, uſuram committeret, & obligationem reſtituendi contraheret. Quod probatur authoritate Urbani Papæ III. qui de iis loquens, qui cariùs vendunt ob ſolutionis dilationem, quorum eadem eſt ratio, ac eorum qui viliùs ob anticipatam ſolutionem emunt, ut

ait

ait S. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 2. ad 7. cùm ab eodem Pontifice quæſitum fuiſſet, utrum ille uſuram committeret, qui merces cariùs ob dilationem ſolutionis vendit, quàm ſi ſtatim illarum pretium traderetur: ita diſſerit: *Vtrum reatu criminis involvatur, qui merces majori pretio diſtrahit, ſi ad ſolutionem faciendam prolixioris temporis dilatio prorogetur, quàm ſi ei incontinenti pretium perſolvatur, hujuſmodi homines pro intentione lucri quam habent, judicandi ſunt malè agere, & ad ea quæ taliter ſunt accepta reſtituenda, in animarum judicio efficaciter inducendi*. Et ita juxta illius Pontificis Decretum, verum eſt, quòd dum mercatores viliori pretio, ob ſolutionis anticipationem, emunt, ſi ita agant cum intentione majus lucrum conſequendi, uſuram committunt. Secundò, quia certum eſt, multos reperiri mercatores qui cum ſolutionis anticipatione emunt, ex quo patet, quòd non vilius emunt ob penuriam emptorum, & quia illis offeruntur merces, ſed ſolummodò quia anticipatò ſolvunt: quod uſuram manifeſtam involvit. Cap. Conſuluit, de Uſuris.

*Quæſt.* 6. Quidnam de his dici poteſt, qui in quibuſdam regionibus viliori pretio oleum emunt ob anticipatam ſolutionem: Exempli gratiâ, ante olivarum collectam, menſuram olei decem aureis emunt, dum probabiliter quatuordecim, aut quindecim aureos valituram tempore collectæ putant: & conſequenter venditor ſe ad dandas tres olei menſuras obligat, aſſerens ſe illas ab emptore accepiſſe, licèt non oleum, ſed pecuniam acceperit?

*Reſp.* Conſtat ex authoritatibus ſupra relatis cap. *In civitate*, & cap. *conſuluit. De Vſuris*; ex doctrina S. Thom. & S. Antonini, talem contractum uſurarium

eſſe; quia certum eſt, ob ſolam ſolutionis anticipationem viliùs emi: ſed ultra peccatum uſuræ, in hoc contractu reperitur etiam perjurium, cùm juramentum omnibus contractibus apponatur, & ita juret quis ſe tres olei menſuras dediſſe, licèt pecuniam ſolummodò dederit.

*Quæſt.* 7. Illa quæ jam olim introducta eſt conſuetudo, emendi viliùs cùm anticipatione ſolutionis pretii, ut & venditores poſſint ſibi conſulere, & variis neceſſitatibus ſubvenire; & emptores poſſint compenſare & reſarcire expenſas, quas ad habendam anticipatam pecuniam facere convenit, poteſt-ne verè mercatores in tali caſu à peccato excuſare?

D. Anton. 2.p. tit.1. c.8.§.3.

Reſp. *Dicendum*, cum ſancto Antonino, *quòd ſi talis conſuetudo de dilatione ſolutionis introducta ſit pro communi bono, & non in fraudem uſurarum, ſed pro expeditione mercantiarum: tunc diſtinguendum eſt, ſecundùm Thomam: quia aut mercator merces ſuas vendit ad terminum ultra quantitatem juſti pretii, aut non. Si primo modo, non eſt dubium, quòd contractus uſurarius eſt, cùm in eo expectatio temporis ſub pretio injuſto cadit, contra cap. Conſuluit. Extra de Vſuris. Si autem ſecundo modo, quia ſecundùm quantitatem juſti pretii vendit, licèt terminum tradat, & pro termino pretio majori vendere videatur: non tamen eſt ibi uſura.*

*Quæſt.* 8. Debet-ne tanquam uſurarius conſiderari mercator, qui regulariter cariùs ob dilatam ſolutionem vendit, quàm dum ſtatim pretium ſolvitur, quique potiùs eligit minori pretio in pecunia numerata vendere, quàm majori dum ſolutio expectanda eſt?

*Reſp.* Non ideò talis mercator ſtatim condemnari debet; quia in hoc caſu non expe-

expectat pretii ſolutionem, dum vendit, ut majus lucrum faciat; Summus autem Pontifex in dicto cap. *Conſuluit*, eos tantùm damnat, qui ideò cum dilatione ſolutionis cariùs vendunt, ut poſſint majus lucrum percipere; at conſtat, quòd in caſu propoſito mercator cariùs ſolummodò vendit, ut poſſit compenſare damnum, quod ob dilationem ſolutionis ſentit.

## CAPUT IV.

### *De illis qui res furto ſurreptas, aut aliis modis injuſtis acquiſitas, emunt.*

*Quæſt.* I. TENETUR-ne ad reſtitutionem, qui rem aliquam furto ſurreptam emit?

*Reſp.* Huic quæſtioni appoſitè reſpondit ſanctus Raymundus his verbis: *Circa illos qui emerunt de rapina, diſtingue: Quòd aut ſciebant rapinam eſſe, aut probabiliter credebant; aut credebant de juſto eſſe, vel de hoc nihil cogitabant, ſcilicet, utrum eſſet rapina, vel non, utrum de juſto, vel non. In primis duobus caſibus ſubdiſtingue, quia aut emit quis mala fide, id eſt, cupiditate acquirendi ſibi, aut bona fide, id eſt, voluntate reſtituendi, quaſi gerens utiliter negotium illius cui fuerat ablata res quam videbat perire, vel in tale caſum devenire, quòd non poſſet poſtea recuperari, vel ſi poſſet, non ſine magna difficultate. In primo caſu, ſcilicet quando mala fide emit, tenetur indiſtinctè ad reſtitutionem, nec liberatur vendendo, vel aliàs alienando rem alteri, vel etiamſi res pereat morte, vel alio caſu, vel ſi ſibi violenter au-* D. Raym. lib. 2. tit. de raptoribus, §. 22.

*feratur, vel furtivè ſubtrahatur, vel alio ſimili modo; & hæc eſt ratio, quia furtum commiſit contrectando rem alienam invito domino, ff. de furtis leg. 1. Et fur ſemper eſt in mora reſtituendi; unde nec pretium quod dedit poterit repetere ab illo cujus res eſt, nec expenſas quas ibi fecit, & omnem utilitatem quam ex illa re habuit, tenetur reſtituere. D. Raymundus.* Ibid. *Si verò emit aliquis bona fide à raptore vel ab alio rem de rapina, vel furto, bona ſcilicet intentione, non ut ſibi lucraretur, ſed ut ſpoliato reſtitueret; poteſt à ſpoliato repetere illud quod dedit pro ipſa re bona fide, & etiam quidquid expendit poſtea ad conſervationem illius rei; niſi fortè cum re ipſa lucratus aliqua, unde poſſet facere dictas expenſas, & breviter quidquid ſibi adeſt ex illa re, reſtituere tenetur, quidquid ſibi abeſt, poteſt repetere, eſt, quia geſſit utiliter negotium abſentis ſpoliati.*

*Quæſt.* 2. Qui bonâ fide emit, non putans rem fuiſſe furto ſurreptam, tenetur-ne rem reſtituere? Et poteſt-ne illius verum dominum adſtringere ad reddendum pretium furti bonâ fide ſolutum?

D. Raym. lib. 2. tit. de furtis, § 7.

*Reſp.* Idem ſanctus Raymundus ſimilem quæſtionem proponit, & ſolvit his verbis: *Si aliquis emit rem furtivam ignoranter, & bona fide, & in foro publico, & publicè, nunquid poteſt ſaltem pretium quod numeravit, petere à domino, cùm deprehendit rem eſſe furtivam; vel nunquid poterit retinere rem, donec pretium fuerit ſolutum? Reſpondeo quòd non.* Et hæc deciſio expreſsè habetur in lege his verbis: *Incivilem (id eſt ut ait Gloſſa, contra jus) rem deſideratis, ut agnitas res furtivas non priùs reddatis, quàm pretium fuerit ſolutum à dominis;* Quia ille qui à latrone emit, nullum jus in re emptâ habet, cùm illius dominium nul-

L. Incivilem, Cod. de furtis.

nulliter in eum fuerit tranſlatum à non domino, qui idcircò nullum jus ſuper eâ re conferre poterat; quia, ut dicitur in regula juris Canonici, *Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur*. Attamen qui bonâ fide emit, poteſt expenſas ad conſervandam aut augendam rem factas retinere: & ob eamdem rationem non tenetur ad reſtitutionem fructuum quos, pendente bonâ fide, percepit, ut inferri poteſt ex cap. *Requiſivit*, *De in integrum reſtitutione*. Niſi ex his factus fuerit ditior, juxta legem in qua dicitur, quòd *Fructus bonæ fidei poſſeſſores reddere cogendi non ſunt, niſi ex eis locupletiores extiterint*. Locupletior autem quis factus eſt, quando utiliter rem expendit, ita ut ſi tales fructus non habuiſſet, ex propriis bonis talem expenſam prudenter feciſſet.

Regula. 69. de regulis juris in 6.

L. 1. Cod. de petitione hæreditatis.

*Quæſt.* 3. Qui rem furto ſurreptam ignorans & bonâ fide emit, tenetur-ne ad reſtitutionem, ſi furtivam eſſe neſciens, illam vendidit, aut alio modo alienavit, aut etiam ſi caſu aliquo fortuito periit?

*Reſp.* Docet ſanctus Raymundus, quòd *Bonæ fidei emptor, ſi durante bona fide ipſius periit res, non tenetur; idem credo ſi alienavit durante ſimiliter bona fide*. Primò quia non acquiſivit, nec detinet injuſtè rem alienam, cùm ut dicitur in lege, *Nummus qui redactus eſt ex pretio rei furtivæ, non eſt furtivus*. Secundò, quia, ut habetur in lege, *Poſſeſſor bonæ fidei reſtituere tenetur, ſi factus ſit locupletior*. At ille factus non eſt locupletior, ut ſupponitur, ex tali emptione & venditione; ergo nihil reſtituere tenetur: & eadem videtur eſſe doctrina ſancti Thomæ, dum dicit, quòd

D. Raym. lib. 2. tit. de furtis, §. 7.

L. Qui vas, ff. de furtis, §. Cùm fur.

L. Utrum autem, ff. de petit. hæred.

D. Th. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 3.

quòd poſſeſſor bonæ fidei: *Non tenetur reſtituere fructus conſumptos, quia bona fide poſſedit.*

*Quæſt.* 4. Si ille qui rem furtivam, bonâ fide neſciens emit, tractu temporis cognoſcit eſſe furtivam, tenetur-ne ad reſtitutionem, ſi ſciens non eſſe ſuam, illam aliquo modo alienavit, aut caſu fortuito perdidit?

*Reſp.* Ad reſtitutionem procul dubio tenetur, quia ut dicitur in Canone: *Tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum; cùm verò ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei poſſeſſor perhibetur: tunc juſtè injuſtus poſſeſſor vocabitur:* At conſtat ex ſupra dictis, poſſeſſorem malæ fidei ſemper ad reſtitutionem teneri, ſive res ſuâ culpâ perierit, aut non; unde evidenter concluditur, quòd ille qui in caſu propoſito ſciens rem eſſe alienam, eam vero domino non reſtituit, ad reſtitutionem tenetur, ſi dum eſt in tali mora, res caſu fortuito perierit, quia factus eſt malæ fidei poſſeſſor.

Can. Si virgo, 34. q. 2.

*Quæſt.* 5. Licet-ne panni laſcinias à ſartoribus emere?

*Reſp.* Illud generaliter non licet, juxta ea quæ ex ſancto Raymundo relata ſunt; illi enim qui talia fruſta emunt, habent juſtum & ſufficiens fundamentum dubitandi, ne ſartores ea furati ſint; attamen ſi conſtaret non eſſe furto ſurrepta, licitè abſque dubio emi poſſent.

Et illud quod de ementibus à ſartoribus dicitur, ad alios generaliter debet extendi, qui aliqua à perſonis ſuſpectis comparant. Ut ſericum ab iis qui illud pro aliis variis modis præparant, & expoliunt; & ſic de cæteris, dum adeſt fundamentum ſuffi-

ciens dubitandi, quòd res ad venditorem non pertineat.

---

## CAPUT V.

### *De illis qui merces ſummo pretio vendunt, & eaſdem mox infimo pretio emunt.*

*Quæſt.* I. LICET-ne mercatori vendere, exempli gratiâ, aliquam mercem centum nummis poſt annum ſolvendis, ſciens eandem ſibi mox ab eodem, pretio nonaginta nummorum præſentium dandam eſſe?

*Reſp.* Id licitè fieri non poteſt, quia in hâc emptione adeſt mutuum implicitum cum uſuræ labe. Nam idem eſt, ac ſi mercator nonaginta nummos mutuo daret, cum pacto, quòd centum ei poſt annum ſolverentur. Nam, ut ait ſanctus Antoninus: *Patens eſt, quòd ideo ſecundus revendidit primo vendenti pro pretio ſatis minori, quia ſub quadam mutui ratione, potiùs quàm ſub reali veritate ſolutionis, tradidit ille ſibi nonaginta, vel octoginta, ab eo debens rehabere centum; quia ipſi primò vendenti non ſolvit tunc: propterea talis contractus uſurarius eſt, & omni malignitate ac duplicitate plenus.* D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 3.

Illud etiam expreſsè damnatum & prohibitum fuit à ſancto Carolo in Concilio Mediolanenſi primo, his verbis: *Ne cui præſentem pecuniam quærenti quidquam cariùs vendatur, ut ſtatim à venditore per ſe, vel per interpoſitam perſonam, viliùs ematur.*

Demùm ſummus Pontifex Innocentius undecimus ſequentem propoſitionem

40\. Propoſ. damnata ab Innoc. XI. an. 1679. damnavit. 40. Propoſ. damnata: *Contractus Mohatra licitus eſt etiam reſpectu ejuſdem perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævie inito cum intentione lucri.*

*Quæſt.* 2. Licet-ne fundum cum hâc conditione vendere, ut ſi venditor pretium intra certum tempus reſtituat, emptor fundum pariter reſtituere teneatur, fructibus perceptis non computatis?

D. Raym. lib. 2. tit. de uſuris, §. 6. *Reſp.* Sanctus Raymundus talem contractum licitum eſſe docet, his verbis: *Si vendidit tali conditione, ut quandocumque ſolvatur pretium, rehabeat prædium: non eſt mutuum, & emptor facit fructus ſuos ſine periculo uſuræ, licèt venditor juxta venditionis formam poſtea recuperet prædium: & hoc intelligas, niſi in fraudem uſurarum ſit facta talis venditio; quod præſumitur ex his conjecturis, ſcilicet ex eo, quòd modicum eſt pretium reſpectu valoris rei: idem ex eo, quòd aliquid perſolvitur ultra ſummam receptam.* Unde Innocentius tertius loquens in una ſua Decretali de ſimili contractu, dicit, quòd

Cap. Illos vos, de pignorib. *Ex duobus quæ in pacto fuerunt expreſſa, videlicet quòd fructus percepti deberent in ſolvenda pecunia numerari, & quòd ultra ſummam receptam, ſexaginta ſolidi deberent perſolvi, contrà ipſum emptorem præſumitur vehementer, præſertim cùm uſuras conſueverit exercere.* Ex quo concludi poſſe videtur, non poſſe vendi fundum cum pacto redemptionis, ea conditione, ut venditor redimens teneatur dare aliquid ultra pretium tempore venditionis ſolutum.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 8. Regulam aſſignat ſanctus Antoninus ad cognoſcendum, utrum hujuſcemodi contractus in praxi ſit uſurarius, an non; dum ait;

ait: *Si emptor intendit realiter emere, & juſto pretio, tamen dat illi venditori poteſtatem reemendi, potiùs tamen vellet, quòd ſibi remaneret prædium, non eſt uſura.*

*Quæſt.* 3. Aurifices poſſunt-ne vaſa aurea aut argentea, non computato artificio, emere, dum illa facilè ita reſarcire poſſunt, ut vaſa nova appareant, & ut talia vendantur, ita ut ſæpiùs pretium quod dederant duplicetur?

*Reſp.* Id eis licet; quia ut ſuperiùs cap. 2. dictum fuit, juſtum venalis rei pretium illud eſt, quo communiter æſtimaretur ab homine, qui ejus valorem cognoſceret, quique de ea ſine fraude aut præventione judicaret; & hæc ipſa eſt legis diſpoſitio, in qua dicitur, quòd *Pretia rerum non ex affectu nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur.* Sed certum eſt, vaſa aurea aut argentea, dum venalia proponuntur, æſtimari ſolùm communiter ab his qui illorum valorem agnoſcunt, ſecundùm eorum pondus, nullâ factâ conſideratione artificii & laboris: Aurifices igitur poſſunt ea emere juxta pondus, nec aliquid tenentur ſolvere pro labore aut artificio. Quod tamen intelligendum ſolummodò eſt de vaſibus quæ ordinario & communi artificio ſunt elaborata; fieri enim poſſet ut vaſa aurea & argentea venalia proponantur, quorum figura & labor pluris quàm ipſamet materia æſtimetur, quæque ob hanc rationem multò magis communiter æſtimentur, quàm vaſa ordinaria ejuſdem materiæ & ponderis.

L. Pretia rerum, ff. ad L. falcidiam.

*Quæſt.* 4. Licet-ne frumentum meſſis aut vinum vindemiæ tempore modico pretio emere, cum intentione revendendi eo ſolùm tempore, quo majus erit illorum pretium?

*Reſp.* Cum aliquâ diſtinctione in hoc caſu reſpondendum eſt; ſi enim talia emens ut deinde vendat, intendit illa cariora efficere propter raritatem, & ſi illas tempore alicujus ſterilitatis accumulet, ſciens populum grave incommodum ex tali frumenti aut vini cumulo ſubiturum: cum his circumſtantiis hujuſmodi commercium illicitum eſt: & hoc modo intelligi debet id, quod à Papa Julio primo, in Canone illi adſcripto, dicitur, quòd ſcilicet: *Quicumque tempore meſſis, vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum: verbi gratia, de duobus nummis comparat modium unum, & ſervat uſque dum vendatur nummis quatuor, aut ampliùs: hoc turpe lucrum dicimus.*

Can. Quicumque, 14. q. 4.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 23. §. 16.

Quod à ſancto Antonino dilucidè explicatur his verbis: *Qui tempore meſſis emunt blada, & tempore vindemiarum vinum, ut poſtea vendant cariùs in futurum, licitè poſſunt pro opera ſua recipere lucrum, ut ſuſtententur, dummodò non intendant cariſtiam inducere. Si autem hoc faciant ex avaritia, ita quòd unus tantum emit de hujuſmodi & congregat, quòd poſtea compelluntur homines emere ab eo ad placitum ſuum, & ideò vendit carè ut vult: & iſti enormiter peccant contra proximum, & communitatem; & tales qui victualia, vel alias res aut etiam monetas emunt, ut cariſtiam inducant, vocat Raymundus nefandas belluas, & mortale eſt.*

Ex quibus concludi poſſe videtur, tale commercium licitum eſſe, dum fit ſine intentione penuriæ inducendæ, & eo tempore quo meſſis adeò modica non fuit, ut tales res ad victum neceſſariæ ob id deficere poſſint, aut aliquo extraordinario

pre-

pretio vendi, modò etiam tale commercium ad aliquem bonum finem dirigatur, veluti ad faciendum honeſtum lucrum, ex quo quis ſibi & familiæ neceſſaria habere poſſit. Imò illud commercium bono publico utiliſſimum eſt, ut ruſtici ex fructibus collectis pecuniam congregare poſſint variis uſibus neceſſariam. Et autoritati Canonis, qui prima fronte contrarius videtur, reſponderi poteſt, quód eos tantùm damnat, qui vinum aut frumentum emunt: *Propter cupiditatem*, non autem illos qui, ut ſuis neceſſitatibus ſubveniant, id agunt; quia, ut ait ſanctus Thomas: *Negotiatio quæ fit non propter res neceſſarias vitæ, ſed propter lucrum quærendum, ſecundùm ſe conſiderata, quamdam turpitudinem habet: ſed licita reddetur, ſicut cùm aliquis lucrum moderatum, quod negotiando quærit, ordinat ad domus ſuæ ſuſtentationem, vel etiam ad ſubveniendum indigentibus, vel etiam cùm aliquis negotiationi intendit propter publicam utilitatem, ne ſcilicet res neceſſariæ patriæ ad vitam deſint.* D. Th. 2. 2. q. 77. art. 4. in corp.

---

## CAPUT VI.

### *De Emptione fructuum & proventuum.*

*Quæſt.* I. LICET-ne emere proventum certum, exempli gratiâ, quatuor annos alicujus proventus & penſionis annuæ centum aureorum, pro præſenti pecuniâ trecentorum aureorum? D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 12.

*Reſp.* S. Antoninus ſimilem quæſtionem

ſibi proponit, huicque reſpondet his verbis: *Si aliquis emit jura contractus contra debitorem qui debebat recipere ab aliquo centum, in certo termino, pro pretio nonaginta, quia nunc ſolvit, numquid emptor committit uſuram? Reſpondeo, ſi ille emit tantùm minus, quantum nunc eſt intereſſe ſuum, aut quantùm verè æſtimandum, ſive timendum, ne ille debitor ſolvat, aut quantus eſt futurus labor rehabendi, non eſt uſura. Si verò aliquis vult diminuere pretium, ſolùm propter hoc, quòd tunc ſolvit, ſed in futuro rehabebit plus, eſt manifeſtè uſura.* Ex qua doctrina concludi poteſt, ferè ſemper in praxi uſuram committi in caſu propoſito; quia illi qui tales emptiones faciunt, non ſolùm volunt reſarcire damnum, quod ex anticipatione pecuniæ patiuntur, ſed etiam principaliter lucrari intendunt, in quo adeſt uſura manifeſta, juxta ſancti Antonini mentem. Quæ doctrina confirmari poteſt deciſione doctrinali in lucem editâ à multis ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis Doctoribus 27. Auguſti 1673. his verbis: *Nos infrà ſcripti ſacræ Theologiæ Facultatis Pariſienſis Doctores, & alii Socii Sorbonici, re maturè dicuſſa, cenſuimus, prædictum contractum qui ſuprà expoſitus eſt, quo nempè cenſus temporalis pro quatuor annis ſolvendus minori pretio emitur, putà cenſus annuus centum florenorum per ſpatium quatuor annorum percipiendus, trecentis tantùm florenis die contractus ſolutis, emitur, aliumque ſimilem quocumque nomine appelletur, planè injuſtum eſſe, nec omninò ab uſuræ vitio liberum eſſe, atque ideò eos qui hujuſmodi nundinationibus quæſtum faciunt, ad reſtitutionem teneri.*

*Quæſt.* 2. Si Creditor à debitore petat, ut ſibi per anticipationem centum aureos

qui

qui poſt annum ſolvendi erant, ſtatim ſolvat, ob idque quinque aureos remittat; poteſt-ne acquieſcere debitor, & hoc modo à centum aureis intra annum ſolvendis ſe redimere, octuaginta aureos ſtatim ſolvendo?

*Reſp.* Id fieri licitè non poteſt juxta ſanctum Thomam: *Nam ille*, inquit Angelicus Doctor, *qui ad certum terminum debet, ſi ante terminum ſolvat, ut ei de debito aliquid dimittatur, uſuram committere videtur, quia manifeſtè tempus ſolutionis vendit; unde ad reſtitutionem tenetur, nec excuſatur per hoc quòd ſolvendo ante terminum gravatur, vel quòd ad hoc ab alio inducitur; quia eadem ratione poſſent uſurarii excuſari omnes.* Quod tamen à ſancto Antonino clariùs explicatur his verbis: *Aut debitor ex tali anticipatione ſolutionis damnum non incurrit, ſed ſolum quia prævenit tempus, vult ſibi illa quinque remitti, tunc eſt uſura: & ratio eſt, quia vendit tempus, & mutuum eſt ibi implicitum cum lucro intento: & in hoc caſu loquitur beatus Thomas: quòd ſi illa quinque ſibi retinet debitor, quia tantumdem eſt damnum quod ipſe inde recipit ex anticipatione ſolutionis: tunc non eſt uſura, quia nullum ex hoc lucrum conſequitur, ſed ſolùm conſervat ſe indemnem.*

D. Th. opuſculo 67.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. § 13.

*Quæſt.* 3. Licet-ne alicui communitati debita minori pretio emere, ob expenſas quæ ad procurandam ſolutionem faciendæ ſunt?

*Reſp.* Ex ſupra relatis ſancti Thomæ, & ſancti Antonini autoritatibus, evidenter conſtat, illud licere, dummodò lucrum quod fit, non excedat expenſas & operas, quæ neceſſariò inſumi debent ad procurandam talium debitorum ſolutionem, &

diſpenſationem; ergo
tentione talem diſpen
etiamſi quis juraſſet c
petere, quia tale jura
[illegible] contrarium eſſet
D.Th.2.2. q.[illegible] non eſſet. *In iuramento*
*[illegible]*
*[illegible]*
*[illegible], non impleat, q*
*[illegible]*
*[illegible] : eſſet [illegible]*
*[illegible].*

Rationem affert In
[illegible] non [illegible] quis
ſervare, quo promitti
[illegible], illo
[illegible] cont
[illegible] tra
[illegible] . inquit, *[illegible]*
Innoc. [illegible] *[illegible]*
*[illegible] non [illegible]*
*[illegible] . [illegible] eſt contra*
*[illegible]* &c. Et ead
Gloſſa in Canone [illegible]
[illegible], illum qui j
[illegible] in judicio aliun
danda bona propria a
non debere talem pro
*Si autem* . inquit Gloſ
*[illegible]*
*cum , quia ex præcepto*
*Si [illegible]* .

*Quæſt.* 10. Qui matri
aut aliquod votum fec
[illegible] in conſtantem
ad implendum tale vot
dum in matrimonio?

*Reſp.* Duobus modi
Fieri namque poteſt
matrimonium , aut v

[illegible], & nullum [illegible] [illegible]: & in hoc caſu, [illegible] matrimonium invalidum [illegible], [illegible] obligatio ſervand[illegible] [illegible] contractum; quia conſenſus [illegible], [illegible] neceſſarius eſt in matrimonio [illegible], ut ſuprà probavimus, non [illegible] ſpecie, ſed potiùs [illegible] cum apparenti tantùm & [illegible] conſenſu externo. Secundò, [illegible] in ſimili caſu bona fide & [illegible] ternè conſentire, ut ſi puella [illegible] compulſa ad contrahendum matrimonium, conſideratis talibus circumſtantiis, eligat tali matrimonio conſentire ut [illegible]tanda gravia mala quæ [illegible], [illegible] caſu difficilis eſt quæſtio, [illegible] matrimonium validum ſit [illegible]: [illegible] fuit verus conſenſus: & reſpondere [illegible] detur Gloſſa, quòd licet [illegible] matrimonium, ex jure naturali, [illegible] civalidum; quia verus fuit conſenſus, [illegible] tamen invalidum & nullum eſt, ex jure poſitivo, quod exigit liberum omninò conſenſum, & nullatenùs coactum; Coactio [illegible], inquit Gloſſa, [illegible] eſt: [illegible] eſt in matrimonio, [illegible] [illegible] vel ſpontanea. Extra. De ſponſalibus. cap. Cùm locum. Et quod de matrimonio dicitur, debet etiam [illegible] [illegible], [illegible] habetur in Can. Perlatum, [illegible], [illegible] Decretali dicitur, Libera debent eſſe matrimonia, cùm coactiones difficiles ſoleant exitus [illegible] habere.

Gloſſa, [illegible] Can. [illegible] [illegible]

Can. [illegible]

Quæſt. 11. Si quis matrimonio conſentiret ob ſolam reverentiam Patris, & ne illius indignationem experiatur, [illegible] non faciens, [illegible] validum tale matrimonium?

Reſp. Validum eſſe, quia, [illegible] [illegible] lege,



[illegible]lâ ſpe
[illegible] caſibus
[illegible] retine-
[illegible]quen-
[illegible]tinue-
[illegible] cujus
[illegible] idcircò
[illegible]m fore
[illegible]d fuiſſe
[illegible]et ſe de-
[illegible]icitiæ, &
[illegible] cauſa lex
[illegible]e ſpe ſa-
[illegible]ſi gratui- L. Obligatio, ff. mandati.
[illegible]icio atque
eſt officio
[illegible]b ſpecie
ſalarii &
[illegible]o emptu-
[illegible]ligaſſe ad
[illegible] poſſe ſine
[illegible]ne palam,

accepit ali-
[illegible]n aliquod
[illegible] amicitiæ
[illegible]juſdam ex
[illegible]ntis; ſar-
[illegible]atore, qui
[illegible] & amici-
[illegible]r emit, mi-
[illegible]n conſcien-
[illegible]uid exigere
[illegible]i traditum,
[illegible]tii quo ſolet
[illegible]or, quoque
[illegible] quo vendita
[illegible]artore, emiſ-

quòd caſus
iſte

quòd poſſeſſor bonæ fidei: *Non tenetur reſtituere fructus conſumptos, quia bona fide poſſedit.*

*Quæſt.* 4. Si ille qui rem furtivam, bonâ fide neſciens emit, tractu temporis cognoſcit eſſe furtivam, tenetur-ne ad reſtitutionem, ſi ſciens non eſſe ſuam, illam aliquo modo alienavit, aut caſu fortuito perdidit?

*Reſp.* Ad reſtitutionem procul dubio tenetur, quia ut dicitur in Canone: *Tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum; cùm verò ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei poſſeſſor perhibetur: tunc juſtè injuſtus poſſeſſor vocabitur:* At conſtat ex ſupra dictis, poſſeſſorem malæ fidei ſemper ad reſtitutionem teneri, ſive res ſuâ culpâ perierit, aut non; unde evidenter concluditur, quòd ille qui in caſu propoſito ſciens rem eſſe alienam, eam vero domino non reſtituit, ad reſtitutionem tenetur, ſi dum eſt in tali mora, res caſu fortuito perierit, quia factus eſt malæ fidei poſſeſſor.

Can. Si virgo, 34. q. 2.

*Quæſt.* 5. Licet-ne panni laſcinias à ſartoribus emere?

*Reſp.* Illud generaliter non licet, juxta ea quæ ex ſancto Raymundo relata ſunt; illi enim qui talia fruſta emunt, habent juſtum & ſufficiens fundamentum dubitandi, ne ſartores ea furati ſint; attamen ſi conſtaret non eſſe furto ſurrepta, licitè abſque dubio emi poſſent.

Et illud quod de ementibus à ſartoribus dicitur, ad alios generaliter debet extendi, qui aliqua à perſonis ſuſpectis comparant. Ut ſericum ab iis qui illud pro aliis variis modis præparant, & expoliunt; & ſic de cæteris, dum adeſt fundamentum ſufficiens

ciens dubitandi, quòd res ad venditorem non pertineat.

---

# CAPUT V.

## *De illis qui merces ſummo pretio vendunt, & eaſdem mox infimo pretio emunt.*

*Quæſt.* I. LICET-ne mercatori vendere, exempli gratiâ, aliquam mercem centum nummis poſt annum ſolvendis, ſciens eandem ſibi mox ab eodem, pretio nonaginta nummorum præſentium dandam eſſe?

*Reſp.* Id licitè fieri non poteſt, quia in hâc emptione adeſt mutuum implicitum cum uſuræ labe. Nam idem eſt, ac ſi mercator nonaginta nummos mutuo daret, cum pacto, quòd centum ei poſt annum ſolverentur. Nam, ut ait ſanctus Antoninus: *Patens eſt, quòd ideo ſecundus revendidit primo vendenti pro pretio ſatis minori, quia ſub quadam mutui ratione, potiùs quàm ſub reali veritate ſolutionis, tradidit ille ſibi nonaginta, vel octoginta, ab eo debens rehabere centum; quia ipſi primò vendenti non ſolvit tunc: propterea talis contractus uſurarius eſt, & omni malignitate ac duplicitate plenus.* D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 3.

Illud etiam expreſsè damnatum & prohibitum fuit à ſancto Carolo in Concilio Mediolanenſi primo, his verbis: *Ne cui præſentem pecuniam quærenti quidquam carius vendatur, ut ſtatim à venditore per ſe, vel per interpoſitam perſonam, viliùs ematur.*

Demùm ſummus Pontifex Innocentius undecimus ſequentem propoſitionem damnavit. 40. Propoſ. damnata: *Contractus Mohatra licitus eſt etiam reſpectu ejuſdem perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævie inito cum intentione lucri.*

40. Propoſ. damnata ab Innoc. XI. an. 1679.

*Quæſt.* 2. Licet-ne fundum cum hâc conditione vendere, ut ſi venditor pretium intra certum tempus reſtituat, emptor fundum pariter reſtituere teneatur, fructibus perceptis non computatis?

D. Raym. lib. 2. tit. de uſuris, §. 6.

*Reſp.* Sanctus Raymundus talem contractum licitum eſſe docet, his verbis: *Si vendidit tali conditione, ut quandocumque ſolvatur pretium, rehabeat prædium: non eſt mutuum, & emptor facit fructus ſuos ſine periculo uſuræ, licèt venditor juxta venditionis formam poſtea recuperet prædium: & hoc intelligas, niſi in fraudem uſurarum ſit facta talis venditio; quod præſumitur ex his conjecturis, ſcilicet ex eo, quòd modicum eſt pretium reſpectu valoris rei: idem ex eo, quòd aliquid perſolvitur ultra ſummam receptam.* Unde Innocentius tertius loquens in una ſua Decretali de ſimili contractu, dicit, quòd *Ex duobus quæ in pacto fuerunt expreſſa, videlicet quòd fructus percepti deberent in ſolvenda pecunia numerari, & quòd ultra ſummam receptam, ſexaginta ſolidi deberent perſolvi, contrà ipſum emptorem præſumitur vehementer, præſertim cùm uſuras conſueverit exercere.* Ex quo concludi poſſe videtur, non poſſe vendi fundum cum pacto redemptionis, ea conditione, ut venditor redimens teneatur dare aliquid ultra pretium tempore venditionis ſolutum.

Cap. Illos vos, de pignorib.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 8.

Regulam aſſignat ſanctus Antoninus ad cognoſcendum, utrum hujuſcemodi contractus in praxi ſit uſurarius, an non; dum

ait:

ait: *Si emptor intendit realiter emere, & juſto pretio, tamen dat illi venditori poteſtatem reemendi, potiùs tamen vellet, quòd ſibi remaneret prædium, non eſt uſura.*

*Quæſt.* 3. Aurifices poſſunt-ne vaſa aurea aut argentea, non computato artificio, emere, dum illa facilè ita reſarcire poſſunt, ut vaſa nova appareant, & ut talia vendantur, ita ut ſæpiùs pretium quod dederant duplicetur?

*Reſp.* Id eis licet; quia ut ſuperiùs cap. 2. dictum fuit, juſtum venalis rei pretium illud eſt, quo communiter æſtimaretur ab homine, qui ejus valorem cognoſceret, quique de ea ſine fraude aut præventione judicaret; & hæc ipſa eſt legis diſpoſitio, in qua dicitur, quòd *Pretia rerum non ex affectu nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur.* Sed certum eſt, vaſa aurea aut argentea, dum venalia proponuntur, æſtimari ſolùm communiter ab his qui illorum valorem agnoſcunt, ſecundùm eorum pondus, nullâ factâ conſideratione artificii & laboris: Aurifices igitur poſſunt ea emere juxta pondus, nec aliquid tenentur ſolvere pro labore aut artificio. Quod tamen intelligendum ſolummodò eſt de vaſibus quæ ordinario & communi artificio ſunt elaborata; fieri enim poſſet ut vaſa aurea & argentea venalia proponantur, quorum figura & labor pluris quàm ipſamet materia æſtimetur, quæque ob hanc rationem multò magis communiter æſtimentur, quàm vaſa ordinaria ejuſdem materiæ & ponderis.

L. Pretia rerum, ff. ad L. falcidiam.

*Quæſt.* 4. Licet-ne frumentum meſſis aut vinum vindemiæ tempore modico pretio emere, cum intentione revendendi eo ſolùm tempore, quo majus erit illorum pretium?

*Reſp.* Cum aliquâ diſtinctione in hoc caſu reſpondendum eſt; ſi enim talia emens ut deinde vendat, intendit illa cariora efficere propter raritatem, & ſi illas tempore alicujus ſterilitatis accumulet, ſciens populum grave incommodum ex tali frumenti aut vini cumulo ſubiturum: cum his circumſtantiis hujuſmodi commercium illicitum eſt: & hoc modo intelligi debet id, quod à Papa Julio primo, in Canone illi adſcripto, dicitur, quòd ſcilicet: *Quicumque tempore meſſis, vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum: verbi gratia, de duobus nummis comparat modium unum, & ſervat uſque dum vendatur nummis quatuor, aut ampliùs: hoc turpe lucrum dicimus.*

Can. Quicumque, 14. q. 4.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 23. §. 16.

Quod à ſancto Antonino dilucidè explicatur his verbis: *Qui tempore meſſis emunt blada, & tempore vindemiarum vinum, ut poſtea vendant cariùs in futurum, licitè poſſunt pro opera ſua recipere lucrum, ut ſuſtententur, dummodò non intendant cariſtiam inducere. Si autem hoc faciant ex avaritia, ita quòd unus tantum emit de hujuſmodi & congregat, quòd poſtea compelluntur homines emere ab eo ad placitum ſuum, & ideò vendit carè ut vult: & iſti enormiter peccant contra proximum, & communitatem; & tales qui victualia, vel alias res aut etiam monetas emunt, ut cariſtiam inducant, vocat Raymundus nefandas belluas, & mortale eſt.*

Ex quibus concludi poſſe videtur, tale commercium licitum eſſe, dum fit ſine intentione penuriæ inducendæ, & eo tempore quo meſſis adeò modica non fuit, ut tales res ad victum neceſſariæ ob id deficere poſſint, aut aliquo extraordinario pre-

pretio vendi, modò etiam tale commercium ad aliquem bonum finem dirigatur, veluti ad faciendum honeſtum lucrum, ex quo quis ſibi & familiæ neceſſaria habere poſſit. Imò illud commercium bono publico utiliſſimum eſt, ut ruſtici ex fructibus collectis pecuniam congregare poſſint variis uſibus neceſſariam. Et autoritati Canonis, qui prima fronte contrarius videtur, reſponderi poteſt, quód eos tantùm damnat, qui vinum aut frumentum emunt: *Propter cupiditatem*, non autem illos qui, ut ſuis neceſſitatibus ſubveniant, id agunt; quia, ut ait ſanctus Thomas: *Negotiatio quæ fit non propter res neceſſarias vitæ, ſed propter lucrum quærendum, ſecundùm ſe conſiderata, quamdam turpitudinem habet: ſed licita reddetur, ſicut cùm aliquis lucrum moderatum, quod negotiando quærit, ordinat ad domus ſuæ ſuſtentationem, vel etiam ad ſubveniendum indigentibus, vel etiam cùm aliquis negotiationi intendit propter publicam utilitatem, ne ſcilicet res neceſſariæ patriæ ad vitam deſint.* D. Th. 2. 2. q. 77. art. 4. in corp.

---

## CAPUT VI.

### *De Emptione fructuum & proventuum.*

*Quæſt.* I. LICET-ne emere proventum certum, exempli gratiâ, quatuor annos alicujus proventus & penſionis annuæ centum aureorum, pro præſenti pecuniâ trecentorum aureorum? D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 8. §. 12.

*Reſp.* S. Antoninus ſimilem quæſtionem

I 5 ſibi

ſibi proponit, huicque reſpondet his verbis: *Si aliquis emit jura contractus contra debitorem qui debebat recipere ab aliquo centum, in certo termino, pro pretio nonaginta, quia nunc ſolvit, numquid emptor committit uſuram? Reſpondeo, ſi ille emit tantùm minus, quantum nunc eſt intereſſe ſuum, aut quantùm verè æſtimandum, ſive timendum, ne ille debitor ſolvat, aut quantus eſt futurus labor rehabendi, non eſt uſura. Si verò aliquis vult diminuere pretium, ſolùm propter hoc, quòd tunc ſolvit, ſed in futuro rehabebit plus, eſt manifeſtè uſura.* Ex qua doctrina concludi poteſt, ferè ſemper in praxi uſuram committi in caſu propoſito; quia illi qui tales emptiones faciunt, non ſolùm volunt reſarcire damnum, quod ex anticipatione pecuniæ patiuntur, ſed etiam principaliter lucrari intendunt, in quo adeſt uſura manifeſta, juxta ſancti Antonini mentem. Quæ doctrina confirmari poteſt deciſione doctrinali in lucem editâ à multis ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis Doctoribus 27. Auguſti 1673. his verbis: *Nos infrà ſcripti ſacræ Theologiæ Facultatis Pariſienſis Doctores, & alii Socii Sorbonici, re maturè diſcuſſâ, cenſuimus, prædictum contractum qui ſuprà expoſitus eſt, quo nempè cenſus temporalis pro quatuor annis ſolvendus minori pretio emitur, putà cenſus annuus centum florenorum per ſpatium quatuor annorum percipiendus, trecentis tantùm florenis die contractus ſolutis, emitur, aliumque ſimilem quocumque nomine appelletur, planè injuſtum eſſe, nec omninò ab uſuræ vitio liberum eſſe, atque ideò eos qui hujuſmodi nundinationibus quæſtum faciunt, ad reſtitutionem teneri.*

*Quæſt.* 2. Si Creditor à debitore petat, ut ſibi per anticipationem centum aureos

qui

qui poſt annum ſolvendi erant, ſtatim ſolvat, ob idque quinque aureos remittat; poteſt-ne acquieſcere debitor, & hoc modo à centum aureis intra annum ſolvendis ſe redimere, octuaginta aureos ſtatim ſolvendo?

*Reſp.* Id fieri licitè non poteſt juxta ſanctum Thomam: *Nam ille*, inquit Angelicus Doctor, *qui ad certum terminum debet, ſi ante terminum ſolvat, ut ei de debito aliquid dimittatur, uſuram committere videtur, quia manifeſtè tempus ſolutionis vendit; unde ad reſtitutionem tenetur, nec excuſatur per hoc quòd ſolvendo ante terminum gravatur, vel quòd ad hoc ab alio inducitur; quia eadem ratione poſſent uſurarii excuſari omnes.* D. Th. opuſculo 67.

Quod tamen à ſancto Antonino clariùs explicatur his verbis: *Aut debitor ex tali anticipatione ſolutionis damnum non incurrit, ſed ſolum quia prævenit tempus, vult ſibi illa quinque remitti, tunc eſt uſura: & ratio eſt, quia vendit tempus, & mutuum eſt ibi implicitum cum lucro intento: & in hoc caſu loquitur beatus Thomas: quòd ſi illa quinque ſibi retinet debitor, quia tantumdem eſt damnum quod ipſe inde recipit ex anticipatione ſolutionis: tunc non eſt uſura, quia nullum ex hoc lucrum conſequitur, ſed ſolùm conſervat ſe indemnem.* D. Ant. 2. p.tit.1.c.8. § 13.

*Quæſt.* 3. Licet-ne alicui communitati debita minori pretio emere, ob expenſas quæ ad procurandam ſolutionem faciendæ ſunt?

*Reſp.* Ex ſupra relatis ſancti Thomæ, & ſancti Antonini autoritatibus, evidenter conſtat, illud licere, dummodò lucrum quod fit, non excedat expenſas & operas, quæ neceſſariò inſumi debent ad procurandam talium debitorum ſolutionem, &

illud quod ex illorum juſto valore minuitur, non ſit majus damno, quod probabiliter in hoc negotio ſentire quis poteſt. Sed è contra ſi hæc communitati debita, omnibus penſatis, minori pretio cum intentione lucrandi emantur, committitur manifeſta injuſtitia; quia, ut ait ſanctus Thomas: *Viliùs emere rem quàm valeat, eſt ſecundùm ſe injuſtum & illicitum.* Et ita cùm pecunia pretium determinatum habeat, non poſſunt illa debita minori pretio, quàm valeant, emi, deductis expenſis & laboribus ad eorum ſolutionem communiter neceſſariis; nam aliàs illud quod ultra exigeretur, ob ſolam anticipationem ſolutionis exigeretur, quod uſuram manifeſtam involvit, ut fuſiùs in tractatu de uſura inferiùs probabitur.

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. in corp.

Id tamen ſæpè accidit in praxi, ut facilè cognoſcitur ex eo, quòd ii qui hujuſmodi emunt debita, plerumque illorum exactionem aliis committunt longè minori pretio, quàm ſit illud quod ex tali commercio lucrantur, non ſine alicujus injuſtitiæ periculo.

## Caput VII.

### *De illis qui cum pecunia, & nomine alterius emunt.*

*Quæſt.* 1. Qui ex pecuniâ alterius & ejus nomine rem aliquam emit, poteſt-ne aliquid pro ſuo labore retinere?

*Reſp.* Si talis emptor jam induſtriæ & laboris ſui mercedem aliunde accepit, aut ſi eſt famulus ſalariatus, aut demùm ſi pro-

promiſit, ſe gratuitò, & abſque ullâ ſpe mercedis empturum: in talibus caſibus certum eſt, non poſſe aliquid ab eo retineri ſine injuſtitia manifeſta, & conſequenter ad reſtitutionem teneri, ſi quid retinuerit damnum enim injuſtum infert ei cujus nomine emit, qui ei tale mandatum idcircò committit, quia fidelem & gratuitum fore emptorem putat: & ſi ſciret aliquid fuiſſe retentum, graviter admodùm ferret ſe deluſum fraudatumque ſub fictæ amicitiæ, & gratuiti laboris ſpecie. Et ea de cauſa lex etiam civilis voluit mandatum ſine ſpe ſalarii impleri: & ita, *Mandatum, niſi gratuitum, nullum eſt; nam originem ex officio atque amicitia trahit: contrarium porro eſt officio merces*; conſtat igitur, illum qui ſub ſpecie amicitiæ, & ſine ulla mentione ſalarii & mercedis, rem aliquam ſe pro alio empturum promiſit, eo ipſo ſe tacitè obligaſſe ad id agendum gratuitò, & ita non poſſe ſine injuſtitia aliquid ex tali emptione palam, aut clanculùm retinere. L. Obligatio, ff. mandati.

*Quæſt.* 2. Ille qui mandatum accepit aliquid emendi, poteſt-ne lucrum aliquod ex tali emptione adipiſci ratione amicitiæ venditorum, aut authoritatis cujuſdam ex emptionum frequentiâ provenientis; ſartor, exempli gratiâ, qui à mercatore, qui ei ob quamdam conſuetudinem & amicitiam, aut certè quia frequenter emit, minori pretio vendit, poteſt-ne in conſcientiâ ab illo pro quo emit, aliquid exigere ultra pretium ab eo venditori traditum, modò non excedat limites pretii quo ſolet talem mercem vendere mercator, quoque illam reverâ vendidiſſet ei pro quo vendita eſt, ſi ipſemet, non adhibito ſartore, emiſſet?

*Reſp.* Videtur primâ fronte, quòd caſus
iſte

iſte in ſe conſideratus, injuſtitiam nullam involvit; quia emptor nullo modo fidem aut amicitiam violat; cùm, ut ſupponitur, gratis omnem ſuam induſtriam ponat, & mercem amico ſuo tradit eo pretio, quo omnis emptor communiter eam emiſſet: quòd ſi aliquid lucri ex tali emptione percipit; id accidit ratione circumſtantiarum, de quibus ſupra in quæſtione facta eſt mentio, quæque ad eum ſolummodò ſpectant. Attamen in praxi difficillimum eſt talem agendi modum excuſare.

Primò, quia illi quibus talia mandata dantur, ſemetipſos adulantur, putantque ſe minori pretio ob tales circumſtantias emiſſe, quod aliquoties non eſt verum; mercatores enim illis ſæpè imponunt, proteſtando ſe viliori pretio vendere, licèt id verum non ſit, ſed tantùm fictio quædam & adulatio, ut ad ſæpiùs emendum inducantur. Secundò, quia etiam ſi verè & realiter merces minori pretio illis ob prædictas circumſtantias traderentur, cùm talia mandata eis eo ſolummodò intuitu committantur, quia creduntur minori pretio empturi, eos qui mandant, miſerè fallunt, dum talem modicitatem pretii in ſua lucra convertunt, ſibique iis inconſultis applicant. Tertiò, quia cum illa diminutio pretii oriatur ex magno numero emptionum quæ illis committuntur, qui certè numerus talium emptorum perſonis non ahæret, ſed ex committentium confidentia provenit, æquum eſſe videtur, ut fructus ſi qui ſunt, ad eoſdem committentes pertineant, & tales pretii diminutiones mandantibus non mandatariis proſint. His rationibus motus videtur Cice- dum tale lucrum damnat his verbis:

*In*

*In privatis rebus ſi quis rem mandatam non modò malitioſiùs geſſiſſet, ſeu quæſtus aut commodi cauſa, verùm etiam negligentiùs, eum majores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Itaque mandati conſtitutum eſt judicium non minùs turpe quàm furti. Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum converſurus es? cur mihi te offers, & meis commodis officio ſimulato officis & obſtas? Ergo idcircò turpis hæc culpa eſt, quòd duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam & fidem: nam neque mandat quiſquam ferè niſi amico, neque credit, niſi ei quem fidelem putat. Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet niſi crediſſet.* Cicero in Epiſt. pro Sexto Roſcio.

*Quæſt.* 3. Nonne dici poſſet, ſartores, dum alicujus veſtis affinia & acceſſoria emunt, poſſe aliquid ſuper pretio lucrari & retinere, ut damnum, quod ex inſumptione temporis ob talem emptionem ſentiunt, aliquo modo reſarciant?

*Reſp.* Sartoribus non licet aliquid ex pretio talium rerum ſibi retinere, ſub prætextu damni, quod ob inſumptionem temporis ſentiunt. Primò, quia tale damnum non eſt notabile. Secundò, quia hæc conſumptio temporis cenſetur compenſata in pretio, quod pro factura veſtium datur; certum quippe eſt, illum qui in tali emptione ſartoris operâ utitur, nunquam intendere ſolvere pro ea aliquid diſtinctum à ſalario, quod pro factura datur: neque etiam vellet ſartor ſcire illum, ſe aliquid pro tali opera in emptione exhibita retinere. Adde, quòd facilè fieri poteſt, ut ille idem ex tali ſartoris retentione damnum patiatur; ſi enim cognoviſſet ſartorem velle aliquid lucrari ſuper tali emptione, alte-

rius fortaſsè opera uſus eſſet, qui nullam omninò mercedem expectaſſet.

*Quæſt.* 4. Dum ſartor ab aliquo adhibetur in emptione alicujus panni, peccat-ne & obligatur-ne ad reſtitutionem, ſi ob reverentiam mercatoris, ſciens permittit, ut merces tali perſonæ ultra debitum vendantur, aut malæ pro bonis, aut unius qualitatis pro alia?

*Reſp.* In talibus caſibus ſartor ſine dubio peccat, & obligatur ad reſtitutionem in ſolidum, ſicut & mercator, totius lucri injuſti, quod mercator fecit, & ſartor permiſit; quia, juxta doctrinam S. Thomæ: *Dare alicui occaſionem periculi vel damni, ſemper eſt illicitum*: Sed evidens eſt in caſu propoſito, ſartorem dare occaſionem, imò cauſam damni ei qui pannum ultra juſtum pretium emit ob confidentiam, quam in illius induſtria & fidelitate ponit: & ita concludi poteſt, ſartorem eſſe loco medii, quo utitur mercator ad vendendas merces ultra juſtum pretium, aut pluris quàm ſine illo vendidiſſet, aut ad vendendas merces non bonas pro bonis: quod peccatum mortale involvit, juxta mentem Angelici Doctoris & inducit obligationem reſtituendi, & reparandi damnum proximi. *Fraudem adhibere ad hoc quòd aliquid plus juſto pretio vendatur, omninò peccatum eſt, in quantum aliquis decipit proximum in damnum ipſius; & conſequens eſt, quòd reſtituere id, quod injuſtè ablatum eſt alicui, ſit de neceſſitate ſalutis.*

D.Th. 2.2. q.77. ar.3. in corp.

D. Thom. 2.2. qu.77. artic. 1. in corp.

2.2. q.62. art.2. in corp.

# CAPUT VIII.

## *De Definitione venditionis; & de rebus vendibilibus.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt Venditio?

*Reſp.* Eſt alienatio, per quam transfertur rei dominium, & poſſeſſio, pro certo pretio. Hæc definitio ſatis ſuperque explicata eſt in principio tractatûs, dum de definitione emptionis agebatur.

*Quæſt.* 2. Quæ ſunt res vendibiles?

*Reſp.* Res omnes quæ aliquâ pecuniâ appretiari & æſtimari poſſunt, vendibiles ſunt, modò talis venditio non prohibeatur legibus civilibus, aut Canonicis.

*Quæſt.* 3. Quæ res vendi non poſſunt?

*Reſp.* Primò res quæ in uſus tantùm malos inſervire poſſunt, & hæc eſt doctrina Sancti Thomæ, dum dicit, quòd *Si quæ ars eſt ad faciendum opera, quibus homines uti non poſſunt abſque peccato, per conſequens artifices talia faciendo peccarent, utpotè præbentes directè aliis occaſionem peccandi.* D.Th. 2.2. q.169. a.2. ad 4. Et ita non licet vendere malos libros qui igne purgari debent; quod probatur ex authoritate Adriani Papæ, qui de libris famoſis loquens, ait: *Si quis famoſum libellum ſive domi, ſive in quocumque loco ignarus repererit, aut corrumpat prius quàm alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si verò non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit vel igne combuſſerit, ſciat ſe quaſi authorem hujuſmodi delicti, capitali ſententia ſubjugandum.* Cap. Si quis 5.q.1. Videtur etiam non licere fucum muliebrem vendere, quia illius uſus ſine peccato eſſe non poteſt, juxta S. Thomam, qui ſic loquitur: *De fucato autem ornatu ſemper eſt peccatum; mulieribus enim* D. Thom. lect.2. c.1. primæ ad Timoth.

*non permittitur ornari, niſi propter viros, & viri nolunt decipi, ut fucatæ eis appareant.* Illud etiam priùs docuerat Sanctus Auguſtinus relatus in Canone his verbis: *Fucare pigmentis, quò vel rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia eſt; quia non dubito etiam ipſos maritos ſe nolle decipi; quibus ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari, ſecundùm veniam, non ſecundùm imperium: nam verus ornatus, maximè Chriſtianorum & Chriſtianarum, non tantùm non eſt ullus fucus mendax, verùm nec auri quidem, veſtiſque pompa, ſed mores boni ſunt.* De hac materia fuſiùs locutus ſum in Tractatu 5. de 4. Decalogi Præcepto cap. 2. Tom. 5.

Can. Fucare, de conſecr. diſt. 5.

*Quæſt.* 4. Licet-ne facere, aut vendere tabellas depictas, quæ vulgò Cartæ dicuntur, aut taxillos?

*Reſp.* Huic quæſtioni Sanctus Antoninus reſpondet, his verbis: *Videtur dicendum de factoribus, vel venditoribus alearum, taxillorum, cartarum: quòd quia in pluribus homines utuntur his ad peccatum mortale propter avaritiam, ideo non videntur tales poſſe excuſari à mortali: unde nec abſolvendi, niſi talia dimittant. De Pænitentia diſt. 5. Can.* Falsas, *& Can.* Fratres, *& Can.* Negotium, *Can.* Eiscopus, *diſt. 5.* Prætereà expreſsè prohibentur in Canone *Epiſcopus*, renovato in Concilio Tridentino cap. 1. ſeſſ. 22. tam Laicis, quàm Clericis, Ludi qui ex fortuna pendent: *Epiſcopus & Presbyter, aut Diaconus aleæ deſerviens, aut deſinat, aut certè condemnetur. Subdiaconus autem, aut Lector, aut Cantor ſimilia faciens aut deſinat, aut Communione privetur: Similiter & Laicus.*

D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 23. §. 13.

Ex hoc Can. concludit S. Raymundus, *Quòd peccatum eorum qui aleæ deſerviunt, ſit* mor-

D. Raymundus, lib. 2. de

*mortale & grave, cùm tales pœnæ non ſint imponendæ pro levi crimine.* Et in eodem loco novem rationibus probat, magnum illos peccatum committere, qui aleâ ludunt, etiam Laicos. Dicit etiam S. Thomas, quòd *Ipſum lucrum aleatorum eſt lege prohibitum*; & S. Bonaventura, quòd *Talis ludus eſt turpis, & reprobatus, & contra Deum, & contra omnia jura.*

negotiis ſæcularib. §. 11.

D. Th. in 4. ſent. diſt. 15. qu. 2. ad 4.

D. Bonav. in 4. ſent. diſt. 15. n. 67.

Demùm Sanctus Franciſcus Saleſius, cui nullus unquam nimiam ſeveritatem objecit, aſſerit, ludos taxillorum, cartarum, & ſimiles, qui à fortuna principaliter pendent, eſſe recreationes ſimpliciter, & naturaliter malas & vituperabiles, & ideò à legibus civilibus & Canonicis eſſe prohibitas.

In Philotea cap. 32. p. 3.

*Quæſt.* 5. Poſſunt-ne juſtè condemnari omnes illi, qui cartas, aut taxillos vendunt?

*Reſp.* Abſolutè loquendo videtur condemnandos non eſſe, ſed incitandos ad eligendum aliud opus, ut ſuæ ſuſtentationi laudabiliùs provideant: & ratio eſt, quia multi ſunt ludi qui à fortuna totaliter non pendent, licèt cum cartis, aut taxillis fiant, ut ludus vulgò dictus Trictrac, aut Tocatillo, & Piquetum; in quibus conſequenter licet aliquam honeſtam recreationem cum debitis circumſtantiis quærere. Secundò, quia non omnes abſolutè condemnandi ſunt, qui in ludis qui à fortuna pendent, ſe exercent, cùm tales ludi poſſint aliquando exerceri, ſaltem à Laicis, modò in iis non exponant res tanti momenti, ut earum amiſſio ludentibus notabile incommodum afferre poſſit, illoſque ad iracundiam, aut impatientiam provocare: aut earum lucrum cum nimio ardore allicere valeat, ut dicitur in lege civili.

Neque

Neque illud contrarium eſt authoritatibus ſupra relatis; quia tales aleatorios ludos in iis tantùm damnare videntur, qui ex avaritia & nimia aviditate ludunt, juxta S. Antoninum, aut qui frequentiùs ludunt, & aleæ deſerviunt, ut dicitur in ſupra citato Canone *Epiſcopus*, in quo verbum *deſerviens* eos ſignificat, qui in hujuſcemodi ludis principaliter occupantur: præterea Sanctus Thomas tales ludos in iis ſolummodò reprobat, qui cum nimia cupiditate lucri ludunt. Idcircò concludendum videtur, eos tantùm eſſe condemnandos, qui domos ad hoc paratas habent, ut alii accedant ad ludendum taxillis aut cartis; illiſque abſolutio in Sacramento pœnitentiæ deneganda eſt, ſi in tali uſu perſeveraturi putentur, ut decernit Sanctus Carolus his verbis: *Nec eos abſolvant, qui cum peccatis mortalibus, ſimul etiam occaſiones vitare planè non proponunt, ut ſunt qui domum tenent in hunc finem aliis paratam, ut tabellis cartaceis vel aleis ludant*. De ludo fuſiùs diſſeruimus infra Tract. 6. cap. 3.

S. Carolus Inſtr. Confeſſ. cap. 5.

*Quæſt. 6.* Tabernarii & macellarii poſſuntne tutâ conſcientiâ dare aut vendere carnes in quadrageſima, aut aliis diebus, quibus illarum comeſtio probibita eſt?

*Reſp.* Id fieri non poteſt, niſi adſit juſtum fundamentum credendi, illos quibus datur aut venditur, legitimam excuſationem habere; quia aliter, tales aliorum peccatis cooperarentur, occaſionem peccandi dando; nam *Dicendum eſt*, ex Sancto Thomâ, *quòd ſi qua ars eſt ad faciendum opera, quibus homines uti non poſſunt abſque peccato, per conſequens artifices talia faciendo peccarent, utpotè præbentes directè aliis occaſionem peccandi.*

D. Th. 2. 2. q. 169. a. 2. ad 4.

*Quæſt.* 7. Poſſunt-ne Tabernarii tutâ con-

conſcientiâ parare aut miniſtrare cœnam illis quos à jejunio excuſari non putant, dum timent cum aliquo fundamento, ne ſi parare cœnam nolint, eorum tabernæ non frequententur, & ita lucrum ex quo ſuſtentantur pereat?

*Reſp.* Certum eſt, peccare tabernarios dum cœnam illis præparant, quos ad jejunium obſervandum obligatos eſſe ſciunt; quia ut ait Sanctus Raymundus, *Ille peccat quando ex qualitate perſonæ vel temporis cognoſcit, vel probabiliter dictat ſibi conſcientia, quòd ille non quærit rem niſi ad malum perpetrandum: tunc enim non deberet illi vendere contra talem conſcientiam.* Et ut dicitur in Canone, *qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur.* Et ita peccat ille, qui aliis occaſionem peccandi ſciens præbet.

D. Raym. lib. 2. de negotiis ſæcularib. §. 6.

Can. Si culpa, de pœnit.

*Quæſt.* 8. Tenetur-ne Tabernarius inquirere, utrum illi, quibus in tempore quadrageſimali cœnam præparat, à jejunio excuſentur? & peccat-ne, ſi nihil tale inquirens, cœnam parat?

*Reſp.* Ut plurimùm non peccant Tabernarii, dum cœnam in diebus jejunii præparant; quia varias ob cauſas poſſunt hoſpites ſine peccato his diebus cœnare, de quibus cauſis curioſiùs inquirere Tabernarius non tenetur, & ſibi perſuadere debet, eos qui cœnare volunt, cœnare licitè poſſe. Attamen Tabernarii, qui hoſpites itinerantes ordinariè non recipiunt, ſæpiſſimè peccant, dum cœnam incolis præparant, & eorum peccatis occaſionem præbent, ſcientes, tales ſanos eſſe, proindeque à jejunio nullo modo excuſari; quod evidens eſt ex authoritate Sancti Raymundi ſupra relatâ.

*Quæſt.* 9. Quale peccatum committunt

illi

illud quod ex illorum juſto valore minuitur, non ſit majus damno, quod probabiliter in hoc negotio ſentire quis poteſt. Sed è contra ſi hæc communitati debita, omnibus penſatis, minori pretio cum intentione lucrandi emantur, committitur manifeſta injuſtitia; quia, ut ait ſanctus Thomas: *Viliùs emere rem quàm valeat, eſt ſecundùm ſe injuſtum & illicitum.* Et ita cùm pecunia pretium determinatum habeat, non poſſunt illa debita minori pretio, quàm valeant, emi, deductis expenſis & laboribus ad eorum ſolutionem communiter neceſſariis; nam aliàs illud quod ultra exigeretur, ob ſolam anticipationem ſolutionis exigeretur, quod uſuram manifeſtam involvit, ut fuſiùs in tractatu de uſura inferiùs probabitur.

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. in corp.

Id tamen ſæpè accidit in praxi, ut facilè cognoſcitur ex eo, quòd ii qui hujuſmodi emunt debita, plerumque illorum exactionem aliis committunt longè minori pretio, quàm ſit illud quod ex tali commercio lucrantur, non ſine alicujus injuſtitiæ periculo.

## CAPUT VII.

### *De illis qui cum pecunia, & nomine alterius emunt.*

*Quæſt.* I. QUI ex pecuniâ alterius & ejus nomine rem aliquam emit, poteſt-ne aliquid pro ſuo labore retinere?

*Reſp.* Si talis emptor jam induſtriæ & laboris ſui mercedem aliunde accepit, aut ſi eſt famulus ſalariatus, aut demùm ſi pro-

promiſit, ſe gratuitò, & abſque ullâ ſpe mercedis empturum: in talibus caſibus certum eſt, non poſſe aliquid ab eo retineri ſine injuſtitia manifeſta, & conſequenter ad reſtitutionem teneri, ſi quid retinuerit damnum enim injuſtum infert ei cujus nomine emit, qui ei tale mandatum idcircò committit, quia fidelem & gratuitum fore emptorem putat: & ſi ſciret aliquid fuiſſe retentum, graviter admodùm ferret ſe deluſum fraudatumque ſub fictæ amicitiæ, & gratuiti laboris ſpecie. Et ea de cauſa lex etiam civilis voluit mandatum ſine ſpe ſalarii impleri: & ita, *Mandatum, niſi gratuitum, nullum eſt; nam originem ex officio atque amicitia trahit: contrarium porro eſt officio merces;* L. Obligatio, ff. mandati. conſtat igitur, illum qui ſub ſpecie amicitiæ, & ſine ulla mentione ſalarii & mercedis, rem aliquam ſe pro alio empturum promiſit, eo ipſo ſe tacitè obligaſſe ad id agendum gratuitò, & ita non poſſe ſine injuſtitia aliquid ex tali emptione palam, aut clanculùm retinere.

*Quæſt.* 2. Ille qui mandatum accepit aliquid emendi, poteſt-ne lucrum aliquod ex tali emptione adipiſci ratione amicitiæ venditorum, aut authoritatis cujuſdam ex emptionum frequentiâ provenientis; ſartor, exempli gratiâ, qui à mercatore, qui ei ob quamdam conſuetudinem & amicitiam, aut certè quia frequenter emit, minori pretio vendit, poteſt-ne in conſcientiâ ab illo pro quo emit, aliquid exigere ultra pretium ab eo venditori traditum, modò non excedat limites pretii quo ſolet talem mercem vendere mercator, quoque illam reverâ vendidiſſet ei pro quo vendita eſt, ſi ipſemet, non adhibito ſartore, emiſſet?

*Reſp.* Videtur primâ fronte, quòd caſus

iſte

iſte in ſe conſideratus, injuſtitiam nullam involvit; quia emptor nullo modo fidem aut amicitiam violat; cùm, ut ſupponitur, gratis omnem ſuam induſtriam ponat, & mercem amico ſuo tradit eo pretio, quo omnis emptor communiter eam emiſſet: quòd ſi aliquid lucri ex tali emptione percipit; id accidit ratione circumſtantiarum, de quibus ſupra in quæſtione facta eſt mentio, quæque ad eum ſolummodò ſpectant. Attamen in praxi difficillimum eſt talem agendi modum excuſare.

Primò, quia illi quibus talia mandata dantur, ſemetipſos adulantur, putantque ſe minori pretio ob tales circumſtantias emiſſe, quod aliquoties non eſt verum; mercatores enim illis ſæpè imponunt, proteſtando ſe viliori pretio vendere, licèt id verum non ſit, ſed tantùm fictio quædam & adulatio, ut ad ſæpiùs emendum inducantur. Secundò, quia etiam ſi verè & realiter merces minori pretio illis ob prædictas circumſtantias traderentur, cùm talia mandata eis eo ſolummodò intuitu committantur, quia creduntur minori pretio empturi, eos qui mandant, miſerè fallunt, dum talem modicitatem pretii in ſua lucra convertunt, ſibique iis inconſultis applicant. Tertiò, quia cum illa diminutio pretii oriatur ex magno numero emptionum quæ illis committuntur, qui certè numerus talium emptorum perſonis non ahæret, ſed ex committentium confidentia provenit, æquum eſſe videtur, ut fructus ſi qui ſunt, ad eoſdem committentes pertineant, & tales pretii diminutiones mandantibus non mandatariis proſint. His rationibus motus videtur Cicero, dum tale lucrum damnat his verbis:

*In*

*In privatis rebus ſi quis rem mandatam non modò malitioſiùs geſſiſſet, ſeu quæſtus aut commodi cauſa, verùm etiam negligentiùs, eum majores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Itaque mandati conſtitutum eſt judicium non minùs turpe quàm furti. Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum converſurus es? cur mihi te offers, & meis commodis officio ſimulato officis & obſtas? Ergo idcircò turpis hæc culpa eſt, quòd duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam & fidem; nam neque mandat quiſquam ferè niſi amico, neque credit, niſi ei quem fidelem putat. Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet niſi crediaiſſet.* Cicero in Epiſt. pro Sexto Roſcio.

*Quæſt.* 3. Nonne dici poſſet, ſartores, dum alicujus veſtis affinia & acceſſoria emunt, poſſe aliquid ſuper pretio lucrari & retinere, ut damnum, quod ex inſumptione temporis ob talem emptionem ſentiunt, aliquo modo reſarciant?

*Reſp.* Sartoribus non licet aliquid ex pretio talium rerum ſibi retinere, ſub prætextu damni, quod ob inſumptionem temporis ſentiunt. Primò, quia tale damnum non eſt notabile. Secundò, quia hæc conſumptio temporis cenſetur compenſata in pretio, quod pro factura veſtium datur; certum quippe eſt, illum qui in tali emptione ſartoris operâ utitur, nunquam intendere ſolvere pro ea aliquid diſtinctum à ſalario, quod pro factura datur: neque etiam vellet ſartor ſcire illum, ſe aliquid pro tali opera in emptione exhibita retinere. Adde, quòd facilè fieri poteſt, ut ille idem ex tali ſartoris retentione damnum patiatur; ſi enim cognoviſſet ſartorem velle aliquid lucrari ſuper tali emptione, alte-

rius

rius fortaſsè opera uſus eſſet, qui nullam omninò mercedem expectaſſet.

*Quæſt.* 4. Dum ſartor ab aliquo adhibetur in emptione alicujus panni, peccat-ne & obligatur-ne ad reſtitutionem, ſi ob reverentiam mercatoris, ſciens permittit, ut merces tali perſonæ ultra debitum vendantur, aut malæ pro bonis, aut unius qualitatis pro alia?

*Reſp.* In talibus caſibus ſartor ſine dubio peccat, & obligatur ad reſtitutionem in ſolidum, ſicut & mercator, totius lucri injuſti, quod mercator fecit, & ſartor permiſit; quia, juxta doctrinam S. Thomæ: *Dare alicui occaſionem periculi vel damni, ſemper eſt illicitum*: Sed evidens eſt in caſu propoſito, ſartorem dare occaſionem, imò cauſam damni ei qui pannum ultra juſtum pretium emit ob confidentiam, quam in illius induſtria & fidelitate ponit: & ita concludi poteſt, ſartorem eſſe loco medii, quo utitur mercator ad vendendas merces ultra juſtum pretium, aut pluris quàm ſine illo vendidiſſet, aut ad vendendas merces non bonas pro bonis: quod peccatum mortale involvit, juxta mentem Angelici Doctoris & inducit obligationem reſtituendi, & reparandi damnum proximi. *Fraudem adhibere ad hoc quòd aliquid plus juſto pretio vendatur, omninò peccatum eſt, in quantum aliquis decipit proximum in damnum ipſius; & conſequens eſt, quòd reſtituere id, quod injuſtè ablatum eſt alicui, ſit de neceſſitate ſalutis.*

D. Th. 2. 2. q. 77. ar. 3. in corp.

D. Thom. 2. 2. qu. 77. artic. 1. in corp.

2. 2. q. 62. art. 2. in corp.

C A-

# CAPUT VIII.

## *De Definitione venditionis; & de rebus vendibilibus.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt Venditio?
*Reſp.* Eſt alienatio, per quam transfertur rei dominium, & poſſeſſio, pro certo pretio. Hæc definitio ſatis ſuperque explicata eſt in principio tractatûs, dum de definitione emptionis agebatur.

*Quæſt.* 2. Quæ ſunt res vendibiles?

*Reſp.* Res omnes quæ aliquâ pecuniâ appretiari & æſtimari poſſunt, vendibiles ſunt, modò talis venditio non prohibeatur legibus civilibus, aut Canonicis.

*Quæſt.* 3. Quæ res vendi non poſſunt?

*Reſp.* Primò res quæ in uſus tantùm malos inſervire poſſunt, & hæc eſt doctrina Sancti Thomæ, dum dicit, quòd *Si quæ ars eſt ad faciendum opera, quibus homines uti non poſſunt abſque peccato, per conſequens artifices talia faciendo peccarent, utpotè præbentes directè aliis occaſionem peccandi.* D.Th. 2.2. q.169. a.2. ad 4. Et ita non licet vendere malos libros qui igne purgari debent; quod probatur ex authoritate Adriani Papæ, qui de libris famoſis loquens, ait: *Si quis famoſum libellum ſive domi, ſive in quocumque loco ignarus repererit, aut corrumpat prius quàm alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si verò non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit vel igne combuſſerit, ſciat ſe quaſi authorem hujuſmodi delicti, capitali ſententia ſubjugandum.* Cap. Si quis 5.q.1. Videtur etiam non licere fucum muliebrem vendere, quia illius uſus ſine peccato eſſe non poteſt, juxta S. Thomam, qui ſic loquitur: *De fucato autem ornatu ſemper eſt peccatum; mulieribus enim* D. Thom. ſect.2. c.1. primæ ad Timoth.

*non permittitur ornari, niſi propter viros, & viri nolunt decipi, ut fucatæ eis appareant.* Illud etiam priùs docuerat Sanctus Auguſtinus relatus in Canone his verbis: *Fucare pigmentis, quò vel rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia eſt; quia non dubito etiam ipſos maritos ſe nolle decipi; quibus ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari, ſecundùm veniam, non ſecundùm imperium: nam verus ornatus, maximè Chriſtianorum & Chriſtianarum, non tantùm non eſt ullus fucus mendax, verùm nec auri quidem, veſtiſque pompa, ſed mores boni ſunt.* De hac materia fuſiùs locutus ſum in Tractatu 5. de 4. Decalogi Præcepto cap. 2. Tom. 5.

Can. Fucare, de conſecr. diſt. 5.

*Quæſt.* 4. Licet-ne facere, aut vendere tabellas depictas, quæ vulgò Cartæ dicuntur, aut taxillos?

*Reſp.* Huic quæſtioni Sanctus Antoninus reſpondet, his verbis: *Videtur dicendum de factoribus, vel venditoribus alearum, taxillorum, cartarum: quòd quia in pluribus homines utuntur his ad peccatum mortale propter avaritiam, ideo non videntur tales poſſe excuſari à mortali: unde nec abſolvendi, niſi talia dimittant. De Pœnitentia diſt. 5. Can.* Falsas, *& Can.* Fratres, *& Can.* Negotium, *Can.* Eiscopus, *diſt.* 5. Præterea expreſsè prohibentur in Canone *Epiſcopus*, renovato in Concilio Tridentino cap. 1. ſeſſ. 22. tam Laicis, quàm Clericis, Ludi qui ex fortuna pendent: *Epiſcopus & Presbyter, aut Diaconus aleæ deſerviens, aut deſinat, aut certè condemnetur. Subdiaconus autem, aut Lector, aut Cantor ſimilia faciens aut deſinat, aut Communione privetur: Similiter & Laicus.*

D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 23. §. 13.

Ex hoc Can. concludit S. Raymundus, *Quòd peccatum eorum qui aleæ deſerviunt, ſit mor-*

D. Raymundus, lib. 2. de

*mortale & grave, cùm tales pænæ non ſint imponendæ pro levi crimine.* Et in eodem loco novem rationibus probat, magnum illos peccatum committere, qui aleâ ludunt, etiam Laicos. Dicit etiam S. Thomas, quòd *Ipſum lucrum aleatorum eſt lege prohibitum*; & S. Bonaventura, quòd *Talis ludus eſt turpis, & reprobatus, & contra Deum, & contra omnia jura.*

negotiis ſæcularib. §. 11.

D. Th. in 4. ſent. diſt. 15. qu. 2. ad 4.

D. Bonav. in 4. ſent. diſt. 15.

Demùm Sanctus Franciſcus Saleſius, cui nullus unquam nimiam ſeveritatem objecit, aſſerit, ludos taxillorum, cartarum, & ſimiles, qui à fortuna principaliter pendent, eſſe recreationes ſimpliciter, & naturaliter malas & vituperabiles, & ideò à legibus civilibus & Canonicis eſſe prohibitas.

n. 67. In Philotea cap. 32. p. 3.

*Quæſt.* 5. Poſſunt-ne juſtè condemnari omnes illi, qui cartas, aut taxillos vendunt?

*Reſp.* Abſolutè loquendo videtur condemnandos non eſſe, ſed incitandos ad eligendum aliud opus, ut ſuæ ſuſtentationi laudabiliùs provideant: & ratio eſt, quia multi ſunt ludi qui à fortuna totaliter non pendent, licèt cum cartis, aut taxillis fiant, ut ludus vulgò dictus Trictrac, aut Tocatillo, & Piquetum; in quibus conſequenter licet aliquam honeſtam recreationem cum debitis circumſtantiis quærere. Secundò, quia non omnes abſolutè condemnandi ſunt, qui in ludis qui à fortuna pendent, ſe exercent, cùm tales ludi poſſint aliquando exerceri, ſaltem à Laicis, modò in iis non exponant res tanti momenti, ut earum amiſſio ludentibus notabile incommodum afferre poſſit, illoſque ad iracundiam, aut impatientiam provocare: aut earum lucrum cum nimio ardore allicere valeat, ut dicitur in lege civili.

Neque

Neque illud contrarium eſt authoritatibus ſupra relatis; quia tales aleatorios ludos in iis tantùm damnare videntur, qui ex avaritia & nimia aviditate ludunt, juxta S. Antoninum, aut qui frequentiùs ludunt, & aleæ deſerviunt, ut dicitur in ſupra citato Canone *Epiſcopus*, in quo verbum *deſerviens* eos ſignificat, qui in hujuſcemodi ludis principaliter occupantur: prætereà Sanctus Thomas tales ludos in iis ſolummodò reprobat, qui cum nimia cupiditate lucri ludunt. Idcircò concludendum videtur, eos tantùm eſſe condemnandos, qui domos ad hoc paratas habent, ut alii accedant ad ludendum taxillis aut cartis; illiſque abſolutio in Sacramento pœnitentię deneganda eſt, ſi in tali uſu perſeveraturi putentur, ut decernit Sanctus Carolus his verbis: *Nec eos abſolvant, qui cum peccatis mortalibus, ſimul etiam occaſiones vitare planè non proponunt, ut ſunt qui domum tenent in hunc finem aliis paratam, ut tabellis cartaceis vel aleis ludant*. De ludo fuſiùs diſſeruimus infra Tract. 6. cap. 3.

S. Carolus Inſtr. Confeſſ. cap. 5.

*Quæſt.* 6. Tabernarii & macellarii poſſuntne tutâ conſcientiâ dare aut vendere carnes in quadrageſima, aut aliis diebus, quibus illarum comeſtio probibita eſt?

*Reſp.* Id fieri non poteſt, niſi adſit juſtum fundamentum credendi, illos quibus datur aut venditur, legitimam excuſationem habere; quia aliter, tales aliorum peccatis cooperarentur, occaſionem peccandi dando; nam *Dicendum eſt*, ex Sancto Thomâ, *quòd ſi qua ars eſt ad faciendum opera, quibus homines uti non poſſunt abſque peccato, per conſequens artifices talia faciendo peccarent, utpotè præbentes directè aliis occaſionem peccandi*.

D. Th. 2. 2. q. 169. a. 2. ad 4.

*Quæſt.* 7. Poſſunt-ne Tabernarii tutâ

con-

conſcientiâ parare aut miniſtrare cœnam illis quos à jejunio excuſari non putant, dum timent cum aliquo fundamento, ne ſi parare cœnam nolint, eorum tabernæ non frequententur, & ita lucrum ex quo ſuſtentantur pereat?

*Reſp.* Certum eſt, peccare tabernarios dum cœnam illis præparant, quos ad jejunium obſervandum obligatos eſſe ſciunt; quia ut ait Sanctus Raymundus, *Ille peccat quando ex qualitate perſonæ vel temporis cognoſcit, vel probabiliter dictat ſibi conſcientia, quòd ille non quærit rem niſi ad malum perpetrandum: tunc enim non deberet illi vendere contra talem conſcientiam.* Et ut dicitur in Canone, *qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur.* Et ita peccat ille, qui aliis occaſionem peccandi ſciens præbet.

D. Raym. lib. 2. de negotiis ſæcularib. §. 6.

Can. Si culpa, de pœnit.

*Quæſt.* 8. Tenetur-ne Tabernarius inquirere, utrum illi, quibus in tempore quadrageſimali cœnam præparat, à jejunio excuſentur? & peccat-ne, ſi nihil tale inquirens, cœnam parat?

*Reſp.* Ut plurimùm non peccant Tabernarii, dum cœnam in diebus jejunii præparant; quia varias ob cauſas poſſunt hoſpites ſine peccato his diebus cœnare, de quibus cauſis curioſiùs inquirere Tabernarius non tenetur, & ſibi perſuadere debet, eos qui cœnare volunt, cœnare licitè poſſe. Attamen Tabernarii, qui hoſpites itinerantes ordinariè non recipiunt, ſæpiſſimè peccant, dum cœnam incolis præparant, & eorum peccatis occaſionem præbent, ſcientes, tales ſanos eſſe, proindeque à jejunio nullo modo excuſari; quod evidens eſt ex authoritate Sancti Raymundi ſupra relatâ.

*Quæſt.* 9. Quale peccatum committunt illi

illi qui res vendunt, quibus ementes ad peccandum utuntur, dum vendentes habent fundamentum ſufficiens judicandi, ementes in uſus malos talibus rebus uti velle?

*Reſp.* Illorum peccatum ejuſdem naturæ eſt, cujus eſt peccatum eorum qui emunt; & ideò in Canone dicitur, *Facientem & conſentientem par pœna conſtringit.*

Can. Notum, 2. q. 1.

---

## CAPUT IX.

### *De Fraudibus quæ à mercatoribus in venditionibus committuntur, quæque illos ad reſtitutionem obligant.*

*Quæſt.* 1. QUæ eſt prima fraus quæ à mercatoribus vendentibus adhibetur, quæque ad reſtitutionem adſtringit?

D. Thom. 2. 2. qu. 77. art. 2. in corp.

Reſp. *Primus defectus eſt*, ut ait S. Thomas, *ſecundùm ſpeciem rei; & hunc quidem defectum ſi venditor cognoſcat in re quam vendit, fraudem committit in venditione; unde venditio illicita redditur, & hoc eſt, quod dicitur contra quoſdam Iſajæ cap.* 1. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aquâ. *Et in tali caſu non ſolum aliquis peccat injuſtam venditionem faciendo, ſed etiam ad reſtitutionem tenetur. Si verò eo ignorante aliquis prædictorum defectuum in re vendita fuerit, venditor quidem non peccat, quia facit juſtum materialiter, nec ejus operatio eſt injuſta: tenetur tamen cùm ad ejus notitiam pervenerit, damnum recompenſare emptori.* Attamen notandum eſt, cum S. Antonino, quòd *Cùm aliqui ſophiſticant ea quæ vendunt, ut ſe ſervent indemnes,*

D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 17. §. 4.

*demnes, & cum aliquo lucro congruo: quia ſi venderent puras res, emptores non vellent dare juſtum pretium: quia alii vendunt talia ſic ſophiſticata, & mixta, minori pretio: videntur poſſe excuſari, dummodò non fiant tales mixturæ quæ noceant humanis corporibus, quod accidere poteſt in his quæ venduntur in cibum & potum hominum, & præcipuè in medicinalibus.* Fatendum nihilominùs eſt, tales mixtiones valdè periculoſas in praxi videri, & videndum ſummâ cum attentione, ne quis in his conſcientiam offendat, ob varias circumſtantias, quæ reperiri poſſunt, ne ſe ipſum adulando, animæ ſuæ noceat.

*Quæſt.* 2. Qualis eſt ſecunda fraus, quæ à mercatoribus in vendendo aliquando, committitur?

*Reſp.* Dum fallunt in pondere, menſurâ aut quantitate; in his namque caſibus peccant, & ad reſtitutionem obligātur: *Et ideò,* inquit S. Thomas, *ſi quis ſcienter utatur deficienti menſura in vendendo, fraudem committit, & eſt illicita venditio; unde dicitur Deuteron.* 2. Non habebis in ſacculo diverſa pondera, majus & minus, nec erit in domo tuâ modius major & minor: *Et poſtea ſubditur:* Abominatur enim Dominus eum qui facit hæc, & adverſatur omnem injuſtitiam.

D. Th 2.2. q.77.art.2. in corp.

Ob eamdem rationem, ut docet S. Antoninus, *Lanifices qui faciunt trahere pannos ad tractorium ultra debitum arti, unde poſtea madefactus & tonſus, ut moris eſt, retrahitur ad longè minorem menſuram, quàm debet, fraudem faciunt.* Aut etiā qui pannum menſurando, nimis trahunt, ita ut deindè juſta menſura deficiat; quive lanam aut ſericum vendunt, poſtquam tales merces in locis humidis, ut creſceret pondus, tenuerunt.

D. Anton. 2.p. tit.1. c.17. §.5.

Omnes

Omnes hujuſmodi fraudes injuſtè proximo nocent, & ita ad reſtitutionem obligant.

*Quæſt.* 3. Quæ eſt tertia mercatorum vendentium fraus?

*Reſp.* Fraudant mercatores, dum mercem diverſæ qualitatis pro aliâ vendunt, & in hoc ad reſtitutionem totiùs damni dati obligantur, juxta S.Thomam, qui ſic loquitur: *Tertius defectus in venditione, eſt ex parte qualitatis; putà ſi aliquod animal infirmum vendat quaſi ſanum; & in omnibus talibus, non ſolum aliquis peccat, injuſtam venditionem faciendo, ſed etiam ad reſtitutionem tenetur*. Hujuſmodi fraudum varia exempla proponit S. Antoninus his verbis: *In qualitate facit fraudem, cùm ſcilicet venduntur carnes infectæ pro ſanis, aromata antiquata, & ſic virtute debilitata, pro recentibus: liber corruptus & falſus, pro fideli, & corium fragile, pro durabili: vinum corruptum pro ſano: domus ruitura pro ſtabili, & firma: animal infirmum pro ſano: pannus defectuoſus pro indefectuoſo, & hujuſmodi.*

D.Th. 2.2. q.77.art.2. in corp.

D. Anton. 2.p. tit.1. c.17. §.6.

Hæ fraudes & plures aliæ ſimiles, quæ nimiùm communes & uſitatæ reperiuntur inter Mercatores, S. Leonem Pontificem ita commoverunt, ut dixerit omnibus penſatis, *Quod difficile eſt inter vendentis & ementis commercium non intervenire peccatum*. Id perpendere magnoperè debent fideles commercio & negotiationi vacantes, & multùm ſibi cavere, ne occultam ut plurimùm cupiditatem ſequentes, ea dicant aut faciant, quæ animæ multùm nocent; ſæpiùs animo revolvant hæc Domini verba: *Quid enim prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?*

S. Leo. Ep 92. cap.9.

Matt.c.16.

# CAPUT X.

## *De Venditione rerum quæ aliquo vitio aut defectu laborant.*

*Quæſt.* I. REDDITUR-ne injuſta venditio, ob defectum qui reperitur in re venditâ?

*Reſp.* Reſpondet S. Thomas, *Dicendum, quòd circa rem venalem, triplex defectus conſiderari poteſt, ſcilicet ſecundùm ſpeciem, quantitatem, & qualitatem: ut ſi vendatur aurichalcum pro auro, vel ut atur quis deficienti pondere vel menſura, vel ſi animal infirmum vendatur quaſi ſanum. In his igitur tribus caſibus, ſi venditor ſcienter offendit, peccat, & reſtituere tenetur. Si verò ignoranter, non peccat quidem, tenetur tamen cùm ad ejus notitiam pervenerit, damnum recompenſare emptori.* Id eſt, reddere illud omne quod accipit ultra juſtum pretium rei habentis talem defectum. D.Th.2.2. q.77.art.1. in corp.

*Quæſt.* 2. Tenetur-ne venditor rei venalis vitium emptori manifeſtare?

*Reſp.* Duas defectuum ſpecies diſtinguere neceſſe eſt, juxta doctrinam S. Thomæ, ut huic quæſtioni dilucidè reſpondeatur. Alii enim defectus minuunt quidem pretium rei venditæ, ſed nullum aliud damnum emptori afferunt: ut cùm quis vendit pannum ad faciendas veſtes, qui ob aliquem defectum ſecretum, minùs in ſuâ pulchritudine durabit. Alii verò defectus dant etiam emptori occaſionem damni & periculi, aut in propria perſona, aut in bonis, quia ob tales defectus, res vendita nociva emptori redditur: ut cùm venduntur

carnes, aut aliæ res comeſtibiles corruptæ, aut etiam remedia diverſa ab his, quæ à medico ordinata ſunt, aut quæ non habent ampliùs qualitates neceſſarias ad procurandam ſanitatem; aut tigna, & alia ligna, aut lapides ad conſtruendum aliquod ædificium, quæ cùm non ſint qualitatis convenientis, ruinam talis ædificii cauſant: Et ſic de cæteris. In primo caſu; cùm ſcilicet defectus minuit tantummodò pretium, ſed nullum aliud damnum emptori ignoranti affert, venditor non tenetur illum manifeſtare, ſive occultus, ſive manifeſtus ſit, modò pretium minuat, juxta qualitatem defectûs; quia hoc modo juſta ex omni parte eſt venditio, & emptor non gravatur à venditore; nam, ut ait S. Thomas: *Si*

D. Th. quodlib. 2. a. 10. *vitium rei venditæ faciat rem minùs valere, quàm pretium impoſitum à venditore, injuſta erit venditio; unde peccat occultans vitium: Si autem non faciat rem minùs valere, quàm pretium impoſitum, quia fortè venditor minus pretium imponit propter vitium; tunc non peccat tacens vitium, quia venditio non eſt injuſta, & fortè eſſet ſibi damnoſum, ſi vitium diceret; quia emptor vellet habere rem etiam minori pretio, quàm valeret.* In ſecundo verò caſu, cum ſcilicet vitium & defectus rei venalis dat occaſionem damni, ſubdiſtinguendum videtur: aut enim defectus notorius eſt, ut ſi equus claudus ſit; & tunc videtur dici poſſe, venditorem non teneri illum manifeſtare emptori, qui cognoſcit aut facillimè cognoſcere poteſt talem defectum, & ita vitare damnum ex eo imminens. Sed ſi defectus occultus ſit, ita ut difficilè ad ejus cognitionem devenire poſſit emptor, tenetur venditor illum manifeſtare, neque ſufficit minuere aliquid de pretio; ſupereſt enim

occa-

occaſio injuſta periculi & damni, quæ ab eo venditori ignoranti datur. *Dare alicui occaſionem periculi vel damni, ſemper eſt illicitum*, inquit S. Thomas: *Venditor autem qui rem vendendam proponit, ex hoc ipſo dat emptori damni vel periculi occaſionem, quòd rem vitioſam ei offert, ſi ex ejus vitio damnum vel periculum incurrere poſſit*. D. Th. 2. 2. q. 77. art. 3. in corp.

*Quæſt.* 3. Ad quid tenetur ille, qui rem quampiam habentem vitium & defectum occultum ſciens vendidit ignoranti emptori?

*Reſp.* Si talis venditor minuit pretium juxta proportionem defectûs, qui cæterùm nullam occaſionem damni emptori dedit, ad nihil tenetur; quia cum his circumſtantiis venditio injuſta non eſt, & emptor huic debuiſſet conſentire, etiam ſi talem defectum cognoviſſet; cùm res, omnibus penſatis, ei vendatur juſto pretio. Quòd ſi venditor pretium ob defectum non minuit, venditio valida eſt, ſed tenetur reſtituere exceſſum pretii, juxta menſuram defectûs; nam ut diximus ſupra in tract. 2. de Contractibus in generali cap. 3. num. 4. habetur expreſsè in lege: *Si venditor dolo fecerit, ut rem pluris venderet, tenetur præſtare emptori illud quod minus dediſſet, ſi dolum cognoviſſet*. L. Julianus, ff. de actionibus empti & venditi, §. Si véditor.

*Quæſt.* 4. Ad quid tenetur venditor, dum defectus occultus rei venditæ, emptori cauſam damni dedit, illius uſum periculoſum & nocivum reddendo?

*Reſp.* Tenetur primò venditor in hoc caſu omnia damna, quæ paſſus eſt emptor, occaſione uſus rei venditæ, quam vitioſam eſſe ignorabat, reſarcire; quia juxta Canonem: *Qui occaſionem damni dat, dam-* Can. Si culpa, de pœnis.

K 2 *num*

*num dediſſe videtur*. Secundò tenetur recipere rem venditam, & illius pretium reddere, caſu quo emptori ita placeat; quia contractus emptionis nullus & planè invalidus fuit ob defectum legitimi conſensûs; non enim huic emptor ullo modo conſenſiſſet, ſi cognoviſſet, rem venalem vitio laborare, quod illius uſum periculoſum & nocivum redderet: *Et cùm dolus*, inquit Gloſſa, *dat cauſam contractui, putà dolo induxi te ad vendendam rem aliàs non vendíturum, non tenet contractus. Adde quòd*, ut alibi dicitur, *vendens animal non patefaciens vitium latens, tenetur redhibitoria. Lege* REDHIBET, *ff. de ædilitio Edicto*. Id eſt, tenetur denuò recipere rem hoc modo venditam, & illius pretium reſtituere, ſi ita velit emptor.

Gloſſa in cap. Cùm dilecti, de emptione & vendi- tione, verbo, Deceptione. Gloſſa in cap. Injuſtum, de rerum permutatione.

*Quæſt.* 5. Quando venditor emptori proteſtatus eſt, quòd in caſu cujuſcumque defectus occulti ad nihil teneri vult, & ita monuit, ut antequam conſentiat, rem attentè conſideret: tenetur-ne aliquid præſtare, ſi deindè talem rem vitio occulto laborare comperiatur ab emptore?

*Reſp.* Aut talis defectus venditori cognitus aut incognitus erat tempore venditionis: Si cognitus, aut rem ultra juſtum valorem & pretium, omnibus penſatis, vendidit; & in hoc caſu tenetur illud omne, quod accepit ultra juſtum pretium, reſtituere; quia, ut docet S. Thomas, *Cariùs vendere rem quàm valeat, eſt ſecundùm ſe injuſtum, & illicitum*. Aut rem juſto pretio vendidit, & illud juxta qualitatem defectûs minuit, & in hoc caſu tenetur ſemper reſarcire & reparare damnum omne quod emptori dedit, injuſtè occultando talem defectum periculoſum; quia, ut do-

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 3. ad 1.

docet S. Thomas, *Si vitia rei quæ vendenda proponitur, ſint occulta; niſi per venditorem manifeſtentur, non ſufficienter committitur emptori judicium.* Aut venditor ignorabat defectum rei venalis, & cùm ſupra dictis proteſtationibus eam vendidit; & tunc etiam diſtinguendum eſt; ſi enim vendidit non habitâ ratione periculi, quod in emptorem rejiciebatur, tenetur reſtituere juxta illud quod tale periculum à viro prudenti æſtimari poſſit, nam rem vendidit ultra juſtum pretium; ſed ſi aliquid minuit propter tale periculum, ad nihil omninò tenetur, quia rem juſto planè pretio omnibus penſatis vendidit.

D. Th. 2. 2. q. 78. art. 1. in corp.

---

## CAPUT XI.

### *De Mercatorum monopoliis.*

*Quæſt.* I. QUID eſt monopolium?
*Reſp.* Eſt conventio quædam inter duas aut plures perſonas inita ad augendum alicujus rei pretium, ratione neceſſitatis quæ, cum damno reipublicæ, imponitur emendi ab aliquo ex ſociis.

Ad hujuſce definitionis intelligentiam, ſupponendum, vocabulum illud *Monopolium*, originem ſumere à voce Græca *μόνος*, id eſt ſolus, *πωλεῖν*, id eſt vendere; quia in monopoliis id quæritur, ut nullus vendat talem mercem, aut faciat tale opus præter ſocios monopolii, ad hoc, ut majori pretio merx vendi poſſit, aut opus fieri. Poteſt etiam quandoque unus homo ſine ſociis monopolium facere, emendo omnes aut ferè omnes fructus aut merces venales

nales in aliquo oppidulo, ut hiemis tempore neceſſariò à ſe emant ruſtici quocumque pretio.

*Quæſt.* 2. Quot ſunt monopoliorum ſpecies?

*Reſp.* Poteſt primò monopolium dividi in illud quod autoritate publicâ conſtituitur, ut quando Rex, Reſpublica, aut communitas privilegium concedit alicui mercatori, ut ſolus tales merces poſſit vendere, exempli gratiâ, panem, nivem, &c. Et illud quod à privatis fit, ut cùm duo aut plures mercatores ſimul conjurant, ut alicujus mercis pretium augeant.

*Quæſt.* 3. Monopolium quod autoritate publicâ fit, eſt-ne prohibitum?

*Reſp.* Illud non prohibetur; quia ſine dubio licet Principibus, & Magiſtratibus publicis, alicui privato facultatem dare, ut ſolus quandam mercem vendere poſſit, dum bono publico id utile & expediens eſt; in quo caſu debet illius mercis pretium taxari; ne illius pro libito augere pretium venditor poſſit.

*Quæſt.* 4. Eſt-ne grave delictum in monopolio quod autoritate privatâ fit?

*Reſp.* Magnum procul dubio peccatum eſt, & obligat ad reſtitutionem damnorum omnium, quæ ex tali monopolio, quocumque modo paſſus eſt proximus, ob augmentum pretii mercium quarumcumque. Et S. Raymundus de autoribus monopolii loquens: *Illos credo*, inquit, *tanquam nefandas belluas deteſtandos, qui ea intentione emunt aureos, vel alias monetas, vel res venales, & præcipuè victualia, ut de talibus cariſtiam inducant*. In illos etiam dici poteſt, quod habetur in Canone: *Si illi qui nulla ex rebus ſuis pau-*

D. Raym. lib. 2. tit. de uſuris & pignorib. §. 9.

Can. Et ſi illi, 12. q. 2.

*pauperibus diſtribuunt, æterni judicii voce condemnabuntur in futuro, quantò magis ii, qui auferunt pauperibus, quòd non dederunt?* Quia certum eſt, facientes monopolium, ut alicujus rei, præſertim ad ſuſtentationem neceſſariæ, pretium augeant, auferre pauperibus, quod non dederunt, dum illos adſtringunt ad emendas tales res majori pretio, ratione monopolii iniquè contracti. Et illud crimen ita odioſum, & grave eſt, ut lex civilis expreſsè decernat, quòd *Si quis monopolium auſus fuerit exercere, bonis propriis ſpoliatus, perpetuitate damnetur exilii.* L. Jubemus, Cod. de monopoliis.

*Quæſt.* 5. Quot modis fieri poteſt monopolium autoritate privatâ?

*Reſp.* Variis modis committi poteſt. Primò dum conveniunt inter ſe mercatores, ut mercem quampiam ſolummodò tali determinato pretio vendant, quod his verbis prohibetur in lege: *Iubemus, ne quis illicitis habitis conventionibus conjuret, aut paciſcatur, ut ſpecies diverſorum corporum negotiationis, non minoris quàm inter ſe ſtatuerint, venundentur.* L. Jubemus, Cod. de monopoliis. Vel etiam dum concordant, tali ſolummodò pretio emere; & in utroque caſu mortaliter peccant, & tenentur reſtituere id omne, quod ultra juſtum ſummum pretium vendiderunt, aut infra infimum emerunt.

Secundò fit monopolium, cùm duo aut plures mercatores conveniunt ad emendas omnes alicujus oppidi merces, ut illas majori pretio vendant ob neceſſitatem impoſitam emendi ab eis: in quo caſu mercatores contra juſtitiam peccant, tenenturque reſtituere damna omnia quæ ob tale monopolium alii paſſi ſunt, etiam ſi tales merces ultra ſummum pretium non vendidiſſent; & ratio eſt, juxta S. Thomam, quia D. Th. 2. 2. q. 77. art. 3. in corp.

*Dare alicui occaſionem periculi vel damni, ſemper eſt illicitum, & tenetur venditor ad damni recompenſationem.* Certum autem eſt, mercatores qui ita conveniunt, ut omnes alicujus civitatis merces emant, ut deinde illas majori pretio vendant, dare occaſionem damni ementibus, cùm in cauſa ſint, ut cariùs emant.

Tertiò fit monopolium, dum artifices & operarii conveniunt inter ſe, ut nullus opus ab alio inceptum perficiat, dum à primo artifice imperfectum relinquitur, aut dum, relicto primo, novam dominus inſtituere vult conventionem cum alio. Et hoc expreſsè prohibetur in lege his verbis: *Ædificiorum quoque artifices aliorumque diverſorũ operum profeſſores penitùs arceantur pacta inter ſe componere, ut ne quis quod alteri commiſſum eſt opus impleat, aut injunctam alteri ſolicitudinem alter intercipiat; data licentia unicuique ab altero inchoatum, & derelictum opus alterum ſine aliquo timore diſpendii implere. Si quis autem monopolium auſus fuerit exercere, bonis propriis ſpoliatus, perpetuitate damnetur exilii.*

L. Jubemus, Cod. de Monopoliis.

Quartò & ultimò à mercatoribus fit monopolium, dum fraude aut mendacio impedire procurant, ne merces aut fructus aliunde veniant, ut cariùs quod habent, in præjudicium & damnum reipublicæ vendant. Illudque monopolium in lege condemnatur: *Ne quis navem, nautamque retineat; aut dolo malo faciat, quo quis detineatur, & pœna viginti aureorum ſtatuitur.*

L. Julia, ff. ad legem Juliam de annona.

TRA-

# TRACTATUS QUARTUS.

## *DE*

# MUTUO

## ET USURA.

---

### Caput Primum.

### *De Definitione & natura Mutui.*

*Quæſt.* 1. QUID intelligitur per vocabulum Mutui?

*Reſp.* Mutuum ideò dicitur ſecundùm jureconſultos, quòd ex meo tuum fiat; nam in eo id agitur, ut rei alicujus transferatur dominium à mutuante in mutuatarium, ut videbitur inferiùs.

*Quæſt.* 2. Quo pacto definitur mutuum?

*Reſp.* Mutuum definitur, Contractus, quo traditur res quæ uſu conſumitur, quæque pondere, numero & menſurâ conſtat, eâ lege, ut in accipientis dominium tranſeat, & eadem res reddatur in genere, non in ſpecie. Hæc definitio ſumitur ex ipſiſmet Imperatoris Juſtiniani verbis, juxta quem, *Mutui datio in iis rebus conſiſtit, quæ pondere, numero, menſura conſtant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro; quas res in hoc damus, ut accipientium fiant; & quoniam nobis non eædem res, ſed aliæ ejuſdem naturæ & qualitatis redduntur.* Juſt. lib. 3. Inſt. tit. 15.

Sed hæc definitio aliqua explicatione indiget. Primò igitur mutuum fit alicujus rei quæ uſu conſumitur, ut olei, frumenti, vini, & ſimilium, quibus uti non poſſumus, quin conſumatur; in quo mutuum à commodato differt: nam in commodato traditur res quæ non conſumitur uſu, qui à proprietate diſtinctus omninò eſt, ut dum commodatur domus, equus, & ſimilia. E contrario, quando mutuo dantur frumentum, vinum, oleum, & ſimilia, illorum uſus ordinarius à conſumptione non dividitur, & ſine eâ non procedit. Et cum S. Thoma notandum eſt, quòd *Pecunia principaliter eſt inventa ad commutationes faciendas; & ita proprius & principalis pecuniæ uſus eſt ipſius conſumptio, ſive diſtractio, ſecundùm quod in commutationes expenditur. Et propter hoc ſecundùm ſe eſt illicitum pro uſu pecuniæ mutuatæ, accipere pretium, quod dicitur uſura.*

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. in corp.

Secundò tales res mutuo dantur eâ lege & intentione, ut in accipientis dominium tranſeant, & idcircò *Mutuum appellatum eſt*, inquit Juſtinianus, *quia ita à me tibi datur, ut ex meo tuum fiat.*

Tertiò mutuum datur ita ut non obligetur accipiens ad eaſdem res in individuo (ut ajunt Philoſophi, quod idem eſt, ac in ſpecie, juxta Jure-Conſultos) reddendas, ſed tantummodò alias ſimiles & ejuſdem naturæ; quod exprimitur per hæc verba, ut eadem res reddatur in genere, non in ſpecie; quia in Jure genus idem ſonat, quod ſpecies in Philoſophia, & ſpecies idem ſonat, quod individuum; & ita qui frumentum mutuo accepit, non tenetur idem planè numero frumentum reddere, ſed aliud ſimile; quod idem eſt de pecunia & aliis. In quo etiam mutuum à commoda-

modato differt, in quo tenetur commodatarius eamdem numero rem reſtituere, nec ei ſufficeret, aliam ſimilem & ejuſdem naturæ dare.

---

## CAPUT II.

### *De Definitione & diviſione uſuræ*.

*Quæſt.* I. QUID eſt Uſura?

*Reſp.* Definitur à S. Antonino: *Lucrum ex mutuo principaliter intentum*: *eſt lucrum*, quod in aliqua re temporali appretiabili conſiſtit, ut in pecunia, frumento, vino, & aliis fructibus aut mercibus; aut etiam in aliquo ſervitio & obligatione quâcumque pecuniâ æſtimabili; & ita juxta Canonem ex ſancto Auguſtino deſumptum: *Si fœneraveris homini, id eſt, ſi mutuo dederis pecuniam tuam, à quo pluſquam dediſti expectes, non pecuniam ſolam, ſed aliquid pluſquam dediſti, ſive illud triticum ſit, ſive vinum, ſive oleum, ſive quodlibet aliud, ſi pluſquam dediſti expectes accipere, fœnerator es*.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. § 1.

Can. Si fœneraveris, 14. q. 3.

Secundò dicitur *Lucrum ea mutuo intentum*; quia propriè uſura in mutuo tantùm committitur; nam etiam ſi adſit aliquoties uſura in contractibus emptionis & venditionis, pignoris & ſimilibus; illud accidit, quia tunc in his contractibus reperitur mutuum implicitum. Etenim dum, exempli gratiâ, vendo tibi menſuram frumenti pretio unius aurei, ſimulque à te exigo ultra talem ſummam, quinque aſſes; quia, te requirente, expecto uſque ad anni finem talis pretii ſolutionem: idem planè eſt, ac ſi vendito frumento pretio unius

aurei ſtatim ſoluti, mutuo deinde darem illum aureum cum hac conditione, ut intra annum quinque aſſes mihi ultra aureum ſolverentur.

Tertiò, dicitur lucrum *Intentum*, ut oſtendatur, uſuram perinde ac ſimoniam ſolâ intentione, etiam abſque ullo pacto committi. Igitur qui mutuo dat cum intentione recipiendi aliquid ultra ſortem, committit uſuram, etiam ſi nullum fecerit pactum cum eo cui mutuò dedit: quod dilucidè probatur ex Decretali Urbani Papæ tertii, in quâ ſic loquitur: *Qui non aliàs mutuò traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit, ut licèt omni conventione ceſſante, plus tamen ſorte recipiat, pro hujuſmodi lucri intentione quam habet, judicandus eſt malè agere, & ad ea quæ taliter ſunt accepta reſtituenda, in animarum judicio efficaciter inducendus.*

Urbanus III. Cap. Conſuluit, de uſuris.

Quartò, & ultimò eſt lucrum *Principaliter* intentum; ad ſignificandum, intentionem minùs principalem non reddere mutuantem, id eſt illum qui mutuo dat, uſurarium. Et ita ſi quis mutuo dederit cum intentione primariâ & principali, amico gratificandi, aut proximo ſubveniendi, non committit uſuram mentalem, etiam ſi habeat in tali mutuo intentionem minùs principalem aliquid lucrandi; nam ut ait Gloſſa: *Peccant ſperantes cauſa mutui in ſpe lucri principaliter poſita; ſecundariò tamen aliquid ſperare non puto malum.*

Gloſſa in cap. Conſuluit, de uſuris, verbo, Sperantes.

Modum autem cognoſcendi, utrum ille qui aliquid ultra ſortem mutuatam ſperat, id principaliter aut minùs principaliter intendat, aſſignat S. Antoninus his verbis: *Intentio ſecundaria dicitur, cùm etſi ſperat aliquid ſibi dari ab eo cui mutuavit, ex ſua libe-*

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 1.

*liberalitate, tamen non illud eum movet, ſed magis benevolentia, ita quòd etiamſi non crederet ſibi aliquid dari ultra ſortem, adhuc tamen mutuaret.*

*Quæſt.* 2. Quid ex hâc mutui definitione inferendum eſt?

*Reſp.* Concludi debet,& cum Sancto Antonino notari, quòd *Si quis mutuat alteri ea intentione vel pacto, ut vadat ad molendinum ſuum, vel furnum, vel ad apothecam ſuam ad emendum, aliàs non mutuaturus, uſuram committit, etiamſi non majori pretio ſive vendit propter hoc, ſeu plus ab eo quàm ab aliis petit; ratio eſt, quia commoditatem ſive utilitatem inde recipit, quæ pretio æſtimari poteſt.* D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 8.

*Quæſt.* 3. Quonam modo dividitur uſura?

*Reſp.* Dividitur generaliter loquendo in realem & mentalem: realis uſura committitur, cùm intervenit aliquod pactum explicitum aut implicitum, id eſt, expreſſum, aut tacitum, dandi & recipiendi aliquid ultra ſortem principalem. Uſura autem mentalis fit, dum mutuo datur cum intentione principali lucrandi abſque ullo pacto.

---

## CAPUT III.

### *De Peccati uſuræ gravitate.*

*Quæſt.* 1. PEccatum uſuræ eſt-ne valdè grave?

*Reſp.* Eſt certè, quia Jus naturale, divinum, & eccleſiaſticum violat.

*Quæſt.* 2. Oſtende, quæſo, quo pacto uſura contraria ſit juri naturali?

*Reſp.*

D.Th. 2.2. q.78. art.1. in corp. *Reſp.* Juxta doctrinam Sancti Thomæ, *Accipere uſuram pro pecunia mutuata eſt ſecundùm ſe injuſtum: quia venditur id quod non eſt. Ad cujus evidentiam ſciendum eſt, quòd quædam res ſunt, quarum uſus eſt ipſarum rerum conſumptio, ſicut vinum conſumimus eo utendo ad potum. Vnde in talibus non debet ſeorſum computari uſus rei à re ipſa, ſed cuicumque conceditur uſus, ex hoc ipſo conceditur res. Et propter hoc, in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo ſeorsùm vellet vendere vinum, & vellet ſeorſum vendere uſum vini, venderet eamdem rem bis, vel venderet id quod non eſt: unde manifeſtè per injuſtitiam peccaret. Et ſimili ratione injuſtitiam committit, qui mutuat vinum, aut triticum, petens ſibi duas recompenſationes; unam quidem, reſtitutionem æqualis rei, aliam verò pretium uſus, quod uſura dicitur. Pecunia autem principaliter eſt inventa ad commutationes faciendas, & ita proprius & principalis pecuniæ uſus, eſt ipſius conſumptio ſeu diſtractio, ſecundùm quod in commutationes expenditur. Et propter hoc ſecundùm ſe eſt illicitum, pro uſu pecuniæ mutuatæ accipere pretium, quod dicitur uſura.*

*Quæſt.*3. Quonam modo uſura eſt contra jus divinum?

*Reſp.* Hæc contrarietas apparet primò in veteri Teſtamento. Pſal. 14. In Pſalmis etenim vocatur juſtus, *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram.* Ezechiel. cap.18. Apud Ezechielem quoque juſtus is dicitur, *Qui ad uſuram non commodaverit, & ampliùs non acceperit. Ad uſuram dans & ampliùs accipiens, nunquid vivet? Non vivet, cùm univerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur.* Et idem Propheta narrans crimina, propter quæ Deus Cap.22. iratus erat contra Iſraelitas: *Vſuram,*

in-

inquit, & *ſuperabundantiam accepiſti*.

Idem ex novo Teſtamento probatur, in quo expreſsè habetur, *Mutuum date, nihil inde ſperantes*. Unde in Concilio Burdigalenſi dicitur, quòd *Mutuum ex præcepto divino debet eſſe gratuitum*. Et in comitiis generalibus Cleri Gallicani anno 1579. quòd *Omnes audire tenentur illud Chriſti: Mutuum date, nihil inde ſperantes*. Luc. cap. 6. Concil. Burd. 1583. cap. 19.

*Quæſt.* 4. In verbis ſupra relatis, quæ in Euangelio ſecundùm Lucam reperiuntur, continetur-ne præceptum, aut ſolummodò conſilium?

Reſp. *Dare mutuum*, inquit S. Thomas, *non ſemper tenetur homo; & ideo quantum ad hoc, ponitur inter conſilia: Sed quòd lucrum de mutuo non quærat, hoc cadit ſub ratione præcepti*. Concilium Lateranenſe ſub Leone X. ſic loquitur, *Dominus noſter, Luca Euangeliſta atteſtante, aperto nos præcepto obſtrinxit, ne ex dato mutuo quidquam ultra ſortem ſperare debeamus*. In alio Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. dicitur uno verbo, quòd uſuras *Vtriuſque Teſtamenti pagina deteſtatur*. D. Th. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 4. Concilio Lateran. ſeſſ. 10. Can. Quia in omnib. de uſuris.

Igitur duo Concilia generalia, & duo ſummi Pontifices declararunt, hæc verba Chriſti, *Mutuum date, nihil inde ſperantes*, continere non ſolùm ſalutare conſilium, ſed etiam præceptum.

*Quæſt.* 5. In quo caſu tenemur, ſub pœnâ peccati, mutuum dare?

*Reſp.* In iiſdem planè caſibus, in quibus tenemur eleemoſynam dare, quod fuſiùs explicabimus Tom. 5. Tract. 2. capite 3. quæſtione 15. ubi de eleemoſyna differitur.

*Quæſt.* 6. Quo modo uſura jure Eccleſiaſtico & Canonico prohibetur?

*Reſp.*

*Reſp.* Ut cætera taceam, hæc prohibitio ſatis apparet in unâ Decretali S. Leonis Papæ, qui ad Epiſcopos Campaniæ ſcribens, ſic loquitur: *Nec hoc quoque præter-eundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos, uſurariam exercere pecuniam, & fænore velle diteſcere, quod nos, non dicam in eos qui ſunt in Clericali ordine conſtituti, ſed etiam in Laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus: quod vindicari acriùs in eos qui fuerint confutati decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.*

Can. Nec hoc, 14. qu.4.

*Quæſt.* 7. Si uſura jure divino prohibita eſt, quo pacto intelligenda ſunt hæc Deuteronomii verba cap. 23. *Non fæneraberis fratri tuo, ſed alieno?*

*Reſp.* S. Antoninus reſpondet, *Si per alienum intelligitur quilibet, qui non erat de genere Iudæorum; & tunc dicetur, quòd illa fuit comparativa permiſſio, qua permittitur minus malum, ne majus malum fiat: ſicut etiam permiſſum fuit eis dare libellum repudii & repudiare uxorem, ad impediendum uxoricidium. Sic & uſura fuit permiſſa eis erga alienigenas, ne ſimpliciter prohibita, majori crudelitate graſſarentur in ſuos, ut ſuæ cupiditati ſatisfacerent. Excuſabantur ergo à pœna temporali legis, ſed non à pœna gehennali: ſicut nec à culpa mortali.*

D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 7. §. 2.

*Quæſt.* 8. Cùm non ſolùm prohiberetur Judæis dare mutuo cum uſura, ſed etiam id eis tanquam præmium promitteretur, juxta verba Deuteronomii cap. 28. *Fæneraberis gentibus multis, & ipſe à nullo fænus accipies*: videtur, verum non eſſe, quòd illud toleratum ſolummodò fuerit, ob duritiam cordis.

*Reſp.* Sanctus Thomas: *Quod cùm in præmium promittitur, fæneraberis gentibus mul-*

D.Th. 2.2. q.78. art.1. ad 2.

*multis, fœnus ibi largè accipitur pro mutuo, ſicut Eccleſiaſtici 29. dicitur: Multi cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, id eſt, non mutuaverunt. Promittitur ergo in præmium Iudæis abundantia divitiarum, ex qua contingit, quòd aliis mutuare poſſint.* Poſſet etiam reſponderi cum Sancto Ambroſio relato in Canone, his verbis: *Quis erat tunc alienigena, niſi Amalec, niſi Amorreus, niſi hoſtis? ab illo uſuram exige, cui meritò nocere deſideras; cui jure inferuntur arma, huic legitimè indicantur uſuræ; ab hoc uſuram exige, quem non ſit crimen occidere: ergo ubi jus belli, ibi etiam jus uſuræ.* Et ita eodem planè jure, quo Hebræis licuit auferre Ægyptiis illud omne, quod eis fuerat commodatum, quia ſcilicet Deus in eos earum rerum dominium tranſtulerat, licuit etiam uſuras à Cananeis accipere; non enim minùs præcepto divino prohibetur, ne commodata ſerventur, quàm ne uſuræ exigantur.

Ambroſ. lib. De Tobia cap. 5.

---

## CAPUT IV.

### *De Rationibus & titulis propter quos poteſt aliquid, ultra ſortem principalem mutuo datam, accipi.*

*Quæſt.* 1. QUot ſunt tituli qui jus tribuunt accipiendi aliquid ultra ſortem?

*Reſp.* Duo præcipui ſunt, ſcilicet lucrum ceſſans, & damnum emergens.

*Quæſt.* 2. Quid intelligitur per lucrum ceſſans?

*Reſp.*

*Reſp.* Adeſt lucrum ceſſans, dum qui pecuniam mutuo dat, non lucratur id, quod ſi mutuò non dediſſet, lucratus fuiſſet. Ut ſi Petrus intendens locos montium, aut fundum emere, aut etiam commercio alicui attendere non potuit, eò quòd pecuniam his uſibus deſtinatam mutuo dedit.

*Quæſt.* 3. Quale eſt damnum emergens?

*Reſp.* Quando ob mutui dationem, tolerat quis aliquod damnum in ſuis bonis, verbi gratiâ, dum Petrus, quia pecuniam mutuo dedit, non poteſt domum ſuam reſarcire, quæidcircò corruit, aut ſaltem locari non poteſt; ut etiam dum idem Petrus pecuniam mutuo ab alio accipere cogitur, cum conditione intereſſe ſolvendi, eò quòd alteri ipſemet mutuo dedit.

*Quæſt.* 4. Quæ conditiones requiruntur, ut excuſatio lucri ceſſantis valida & juſta ſit?

*Reſp.* Tres planè conditiones requiruntur. Primò, ut pecunia quæ mutuo datur ſit expoſita in negociatione & commercio aut alio quovis juſto uſu, in quo licitè lucrum fieri poſſit; cùm enim quis ex ſua pecunia nullum ſimile commercium facit, dici non poteſt, quòd lucratus non eſt, quia eamdem pecuniam mutuo dedit.

Secundò, requiritur, ut qui mutuo dat nullam aliam pecuniam poſſit mutuo dare, quàm illam quæ ei in aliquo commercio, aut alio uſu lucrativo inſervit; dum enim mutuans poteſt aliam pecuniam mutuo dare, quâ non utitur in aliqua negociatione licita, verè dici non poteſt, mutuum in cauſa eſſe, cur ille non lucretur; cùm adhuc dato mutuo habeat ſufficientem pecuniam ad faciendum illud omne commercium quod poteſt aut vult facere.

Tertiò, requiritur, ut non modò lucrum

ſit poſſibile, ſed etiam probabile; non enim ſufficit dicere: poteram cum mea pecunia lucrari, ſi negociationi expoſita remanſiſſet; ſed ultra neceſſe eſt, ut adſint rationes & veriſimilitudines valdè probabiles lucri faciendi, & ut occaſio lucrandi ſit moraliter præſens. Unde etiam in vera Theologia morali, nullum datur lucrum ceſſans ſine damno probabili; nam etſi non adſit ſemper damnum, quod actualiter ex mutuo proveniat: attamen neceſſe eſt, ut valdè probabile ſit damnum adfuturum. Ut ſi mercator illam pecuniam mutuo det, quam negociationi exponere ſolebat, in quâ ut plurimùm ſeptem aut octo pro quolibet centenario lucrabatur: dici tunc poteſt mercatorem illum eſſe in caſu lucri ceſſantis, quia privatur ob mutuum lucro quod probabiliter feciſſet.

*Quæſt. 5.* Quales conditiones requiruntur in damno emergenti?

*Reſp.* Concordant Theologi, tres requiri conditiones in damno emergenti.

Primò, ut damnum ſit verum & reale, cauſatum à mutuo, non verò ab aliis circumſtantiis quæ ad pecuniam mutuo datam non pertinent, nec ad eam referuntur; ita ut facta conventione cum debitore de ſumma quæ debet dari ad reſarciendum damnum, quod probabiliter eventurum putatur, ſi deinde tale damnum non accidat, nihil poſſit accipere creditor qui mutuo dedit, à debitore qui mutuo accepit, propter illud damnum, quod timebatur quidem, ſed re verà non evenit.

Secundò, ut damnum ſit æquale & proportionatum ſummæ, quæ illius cauſa à debitore exigitur.

Tertiò, ut creditor debitorem moneat dum illi pecuniam mutuo dat, de damno

quod

quod ſibi eveniet ob tale mutuum; nam ſi id non fieret, gravaretur fortaſſis debitor; ſi enim admonitus fuiſſet de quantitate damni reſarciendi, forſitan noluiſſet cum illa conditione mutuo accipere, aut ſe obligare ad tale diſpendium tolerandum.

*Quæſt.* 6. Qui mutuo dedit pecuniam, quâ reverà in aliquo negotio lucrativo uti decreverat, ſed tamen aliam quoque tunc habebat pecuniam: erat-ne in caſu lucri ceſſantis, & poterat-ne illud à debitore exigere?

*Reſp.* Si ille mutuo dans habebat aliam pecuniam quâ non utebatur, quamque nulli uſui deſtinaverat; non erat in caſu lucri ceſſantis, cùm facilè poſſet ſubſtituere talem ſummam quâ non utebatur, alteri quam mutuo dabat, & ita lucrari ex ea eodem modo, ac ſi aliam mutuo non dediſſet. Attamen ſi illam pecuniam ſervabat ad matrimonio collocandas filias, ut ſibi conſuleret in caſu morbi ſupervenientis aut aliorum eventuum fortuitorum: erat reverà in caſu lucri ceſſantis; quia verè ob pecuniam mutuo datam, lucrum perdebat; habebat enim rationem legitimam non utendi reliqua pecunia quam conſultò ſervabat.

*Quæſt.* 7. Oſtendat, quandonam verum eſt lucrum ceſſans, aut damnum emergens in praxi, & quandonam utrumque eſt tantùm palliatum & fictitium?

*Reſp.* Ut lucrum ceſſans, aut damnum emergens non ſit palliatum, neceſſe eſt, ut creditor mutuo non det ex motivo avaritiæ, & ut magis, aut commodiùs lucrari poſſit; ſed potiùs id faciat ex motivo charitatis & benevolentiæ, ut gratificetur illi qui mutuo ſibi dari petit; ita ut mutuo dans vellet potiùs uti ſua pecunia in aliquo

com-

commercio aut negotio licito, quàm illam mutuo dare cum intereſſe; quòd ſi è contra principaliter mutuo dat, quia putat ſe eo modo poſſe ampliùs aut commodiùs lucrari, tunc lucrum ceſſans verum non eſt, ſed potiùs palliatum.

Primò; quia, ut ait Sanctus Thomas, *Tollitur injuſtitia uſuræ, quando non ſpe lucri accipitur, ſed pro recompenſatione damni.* At ille qui non dat mutuo ex motivo charitatis & beneficentiæ, non habet puram & ſinceram intentionem vitandi damnum, ſed habet potiùs intentionem lucrandi; ergo ex doctrina Sancti Thomæ ſequitur, illum uſuram committere, dum aliquid extra ſortem exigit ſub tali damni prætextu. D. Thom. opuſc. 73. de uſuris, cap. 7.

Secundò, quia ille qui mutuo dat, duobus variis motivis id facere poteſt: aut enim mutuo dat ex motivo charitatis & beneficentiæ: aut ex motivo lucrandi; at motivum lucri prohibitum eſt in mutuo, dicente S. Thoma, quòd *In mutuis vitium uſuræ annexum eſt, ex eo quod fiant ſpe lucri, quod eſt contra naturam mutui, non excuſatur, niſi tollatur ſpes lucri.* Dicendum igitur eſt, quòd ad hoc ut quis licitè poſſit aliquod intereſſe exigere ob rationem lucri ceſſantis, aut damni emergentis, neceſſe eſt, quòd elegerit mutuo dare potiùs, quàm alicui commercio licito attendere, ex motivo charitatis & benevolentiæ, ut ſerviret amico; non verò ex motivo avaritiæ & lucri: & tunc licitum eſt & juſtum, ut aliquid recipiat ultra ſortem principalem, non tanquam intereſſe proveniens ex pecunia, ſed ſolummodò ut reſarciat & compenſet damnum, quod ob mutuum datum, re verà patitur: & ita videtur, quòd ferè omnes qui mutuo dant cum intereſſe ſub prætextu lucri ceſſantis, aut D. Thom. opuſc. 73. de uſuris, cap. 6.

damni

damni emergentis, ſæpiùs uſuram committunt; quia non id faciunt principaliter & primariò ex motivo charitatis & beneficentiæ, ſed potiùs ut ſibi meliùs conſulant, & magis aut commodiùs lucrentur; quod uſuram manifeſtam, ex doctrinâ S. Thomæ ſupra relatâ, involvit.

---

## Caput V.

### *De quibuſdam aliis rationibus quæ afferuntur, ut poſſit aliquid in mutuo exigi ultrà ſortem principalem.*

*Quæſt.* 1. Non-ne juſtus habetur titulus, aliquid ultra ſortem principalem exigendi, ex eo quòd quis ad certum tempus pecuniâ ſuâ privetur, ſeque obliget ad non repetendum durante illo termino?

*Reſp.* Certum eſt, illum titulum planè nullum eſſe; & quia varii hujuſce ſæculi Doctores aliter temerè putaverant, Summus Pontifex Alexander VII. ſequentem propoſitionem damnavit 10. Martii 1666.

42. Propoſitio damnata.

*Licitum eſt mutuanti, aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempus.* Et ratio eſt, quia ut docet S.Thomas, *Quidquid cauſa temporis accidit in contractibus ſicut in mutuis, ſorti accidit ſine juſto titulo; quia ipſe facit ſuum per fraudem, ſcilicet vendendo tempus quod Dei eſt, & datum communiter omnibus: & hinc eſt, quòd omnis contractus, in quo aliquid plus accipitur, quàm detur, ſive in ſpe, ſive in re, & hoc tantùm propter cauſam*

D. Thom. opuſc. 73. cap. 8.

*ſam temporis, vocatur contractus uſurarius*, Idem habetur in cap. *Conſuluit*, & cap. *In civitate* de uſuris.

*Quæſt.* 2. Nonne ille, cui beneficium mutui datione præſtatur, obligatur viciſſim ad beneficium referendum? quod cùm ita ſit, cur non poterit cum eo fieri conventio, ut gratum ſe exhibeat dando talem ſummam ultra ſortem principalem?

*Reſp.* Licèt is cui mutuum datur, teneatur ad reciprocum titulo gratitudinis: attamen non poteſt cum eo fieri pactum & conventio, ut obligetur ad ſolvendum aliquid ultra ſortem principalem; quia gratitudo & remuneratio neceſſariò debet eſſe libera, & voluntaria, tam circa qualitatem, quàm circa quantitatem rerum, cum quibus datur gratitudinis teſtimonium; liberum enim eſt ei, qui beneficium accepit, quovis modo ſibi benè viſo, vicem rependere, aut cum muneribus, aut cum obſequiis, aut cum ſimplici ſenſu & memoria beneficii, quibus vult circumſtantiis & temporibus. Et ita dum ſe obligat ad dandam quamlibet rem, quocumque tandem modo id fiat, negotii natura planè mutatur, nec ampliùs poteſt dici gratitudo, ſed ſolutio; quandoquidem poſt tale pactum & conventionem, non ſolùm obligatur quis ex ſimplici gratitudine, ſed etiam ex lege ſtrictæ & rigoroſæ juſtitiæ, ſecundùm quam tenetur id implere quod promiſit. Rationem autem affert S. Raymundus, cur is qui mutuum dat, non poſſit convenire cum debitore de aliqua re ſibi præſtanda, neque etiam ſperare principaliter talem, gratum ſe exhibiturum, his verbis: *Ideo hanc naturalem obligationem non poteſt creditor deducere in pactum expreſſum, vel ſaltem ſperare effectum ipſius obligationis naturalis,* *quia*

D. Raym. in ſumma lib. 2. Cod. de uſuris, §. 4.

*quia creditor nullo modo debet pactum apponere, nec principaliter ſpem vel intentionem in tali retributione habere; ſed propter Deum, & ex charitate principaliter debet mutuare proximo indigenti; & tunc fortè ſi ſecundariò ſperet, quòd ille debitor ſibi remutuet, vel aliquid ſimile, ſi opus fuerit, forte non eſt reprobandum.* Sed ſummus Pontifex talem quæſtionem omninò reſolvit, & tricis à neſcio quibus Caſuiſtis modernis uſuræ palliandæ causâ adinventis finem impoſuit, dum ſequentem propoſitionem damnavit.

42. Propoſitio damnata.

Decretum Innoc. XI. die 2. Martii 1679. *Vſura non eſt, dum ultra ſortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudinie debitum, ſed ſolùm ſi exigatur tanquam ex juſtitia debitum.*

*Quæſt.* 3. Si ille qui mutuo accipit, motu proprio aliquid creditori offert, poteſt-ne accipere ſine uſura?

*Reſp.* Poteſt, dummodò ſit verum donum, cùm his duabus conditionibus: ut ſcilicet ſit omninò gratuitum: Secundò, ut creditor non intendat principaliter obligare eum cui mutuo dat, ad aliquid præſtandum: in hoc caſu talis donatio eſt legitimus titulus accipiendi aliquid ultra ſortem principalem, & ibi nulla eſt uſura: ſed ſi ille qui mutuo dat, habet intentionem principalem, aliquid quoquo modo ultra mutuum accipiendi, certum eſt, id non velle titulo gratitudinis, cùm tunc neceſſariò intendat obligare eum, cui mutuum dat, ad ſibi aliquid dandum; & in hoc caſu tale donum non producit legitimum titulum, cùm ſit contrarium gratitudini & beneficentiæ, quæ eſſentialiter libera & voluntaria eſt. Notandum autem eſt, ſupradictas conditiones rarò reperiri in praxi.

# Caput VI.

## *De Caſibus, in quibus plus quàm datum eſt, poteſt ſine uſura recipi.*

*Quæſt.* I. PRimus caſus eſt, dum dominus & Toparcha à proprio emphiteota cui pecuniam mutuo dat, accipit proprium feudum in pignus; tunc enim poteſt fructibus gaudere, nec ad illos ſuper ſumma principali imputandos obligatur: prout obligantur omnes illi, qui pignoris loco, fundum aut aliam rem frugiferam poſſident. Quod ita ab Alexandro Papa tertio deciſum fuit. Nam in ea Decretali, ubi decernit, Monachos, qui fundum Clerici cujuſpiam in pignus acceperant, debere illius fructus in ſortem principalem imputare: *Niſi*, inquit, *terra ipſa ſit de feudo monaſterii veſtri.* Et ratio, propter quam dominus directus poteſt fructus percipere ſine obligatione imputandi ſuper ſorte principali, eſt, quia fructus terræ in emphyteuſim datæ, majori pretio non æſtimantur, quàm ſervitium quod vaſſallus domino ſuo debet, quod præſtare non tenetur eo tempore, quo dominus terram pignoris loco poſſidet. Et ita intelligi debet hæc Decretalis, juxta Innocentii Papæ quarti mentem, qui aſſerit, quòd *Ruſtici qui tenent aliquas poſſeſſiones, quarum ratione debent aliqua ſervitia exhibere, & non excedunt multùm fructus valorem ſervitii, quando dant terras in cauſa pignoris domino, non computantur fructus in ſortem, alioquin eſſet contra mandatum Dei.*

Can. Conqueſtus, de uſuris.

Innoc. IV. in cap. Inſinuatione, de feudis.

Secundus caſus eſt, dum ſocer dotem

filiæ promiſſam genero non tradit; tunc enim poteſt gener fundos pignoris loco accipere, nec illorum fructus ſuper uxoris dote tenetur imputare, ut dicitur ab Innocentio III. his verbis: *Sanè generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem, non credimus compellendum, cùm frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonii ſupportanda.* Ex quo inferri poteſt, quòd ſicut genero licet fructus non imputandos percipere, poteſt etiam intereſſe ex dote uxoris percipere, dum ſocer, aut alius qui dotem conſtituit, eam non ſolvit: & ratio eſt, quia præſumitur magnum ex tali retentione damnum pati generum, tam ratione lucri ceſſantis, quàm damni emergentis: & ut loquitur Innocentius IV. in hoc cap. *Recipit fructus pro intereſſe, & non pro uſura*, id eſt, ut damnum vitet, non verò ut lucretur. Nam etiam ſi hæc ratio communis videatur his omnibus qui mutuo dant, id tamen ſpeciale eſt in dote, quòd generi quibus dati fuerant fundi loco pignoris, poſſunt eorum fructus, ultra ſortem principalem, percipere; quia ſæpiùs redditus dotales ad ſuſtinenda onera matrimonii non ſufficiunt; & ita ſemper præſumitur, quòd ratione talium onerum, generi pecunias dotales in fundis frugiferis collocaſſent. Et idcircò idem Innocentius IV. docet, quòd dum maritus non tenetur ampliùs uxorem alere, non debet tales fructus recipere: *Poſtquam non debet eam alere, non debet fructus accipere.* Et ratio eſt, quia præſumptio, quòd gener pecuniam ſuam in fundis frugiferis collocaſſet, non ſubſiſtit ampliùs poſt mortem uxoris: & ideò etiam, ut docet idem Pontifex: *Si mulier habet pignora do-*

*tis*

Mutuum date, cap. Salubriter, de uſuris.

Innoc. IV. loco citato.

*tis ſuæ poſt mortem mariti, debet fructus illos in ſortem computare.*

Tertius caſus eſt, cùm impoſita eſt de conſenſu partium, aliqua pœna debitori, ſi pecuniam ſtatuto tempore non reſtituerit: tunc enim exigitur ab eo talis pœna conventionalis. Attamen notandum eſt, quòd ad hoc ut juſtè poſſit exigi pœna in aliquo contractu appoſita ob ſolutionis moram, neceſſe eſt primò, quòd talis pœna cum recta intentione ſtatuta fuerit, ut ſecuriùs & velociùs recuperandi ſortem principalem, non autem aliquod lucrum faciendi; nam, ut dicitur à Gloſſa & ab Innocentio Papa IV. *Notandum, pœnam impoſitam ex conventione partium licere exigere, dummodo intentio ſit recta, ſcilicet ut pareatur placitis, & non ad uſuras vel lucrum: ſed ſecus eſſet, ſi pœna eſſet appoſita in fraudem uſurarum.* Secundò, licèt pœna de duorum contrahentium conſenſu appoſita fuerit, non tamen illam poteſt creditor exigere, ſi debitoris mora culpabilis non ſit, & ſolutio non aliquâ ſuâ culpâ dilata ſit, ſed caſu quodam fortuito qui impediri non poterat, aut impoſſibilitate inveniendi præſentem pecuniam & ſimilibus; quia cùm pœna neceſſariam relationem habeat ad culpam, injuſtum eſt illi pœnam imponere qui non deliquit, juxta doctrinam ſancti Antonini: *Requiritur*, inquit, *quòd debitori non ſit impotentia ſolvẽdi termino ſtatuto; ſi enim ſine culpa ſua factus eſt impotens ad ſolvendum, non eſt licitum aliquid ab illo exigere.*

Innoc. IV. in c. Suam. de pœnis.

D. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 7. §. 22.

Nihilominùs ſi creditor ex tali mora non culpabili damnum pateretur, poſſet illius æſtimationem à debitore, qui illius author eſt, exigere.

# Caput VII.

## *De Periculo ſortis.*

*Quæſt.* 1. Quot ſunt periculi ſpecies? *Reſp.* Duo planè in hac materia periculi ſpecies diſtingui debent; aliud enim eſt periculum facti, aliud juris. In periculo facti continentur omnes caſus, qui damnum ſortis principalis involvere poſſunt, faciendo, ut debitor non ſit ſolvendo: talia pericula, pericula facti dicuntur, quia quocumque modo res ſe habeat, debitor remanet ſemper obligatus ad ſolvendum, & nihil ſolutionem realem impedit, niſi impotentia debitoris, aut illius perverſa voluntas, dum ſcilicet ſolvere non vult, licèt poſſit. Periculum juris conſiſtit in obligatione patiendi & ſuſtinendi alicujus rei damnum, ſi talis res pereat: & ita qui centum aureos mutuo dat alicui mercatori, qui ut commercio attendat, in orientales plagas tendit, cum expreſſo pacto, quòd ſi navis naufragetur, creditor centum aureos repetere non poterit à debitore, ſed illius ſummæ ſolus damnum integrum ſuſtinebit: tunc talis creditor mutuo dans, eſt in vero periculo juris; quia etiam ſi mercator ſit ſolvendo non tamen ab illo poteſt repetere centum aureos mutuo datos, ex eo, quòd ad illud damnum ſuſtinendum in hoc caſu ſe obligaverit.

*Quæſt.* 2. Licet-ne aliquod intereſſe percipere propter pericula facti, quibus pecunia mutuo data exponitur?

*Reſp.* Cùm talia pericula non minùs cum mutuo conjuncta & annexa ſint, quàm carentia pecuniæ ad certum tempus, inde

de eſt, quòd licèt in ſe conſiderata, & ſeparata à mutuo, poſſint pretio æſtimari; nihilominùs dum cum mutuo conjunguntur, quod illorum ſola cauſa neceſſaria eſt, non poſſunt pretio æſtimari, & illorum prætextu, non poteſt quæri, aut accipi lucrum, ex pecunia mutuo data cum periculo ſolutionis. Et ita quantumcumque pauper ſit debitor, & licèt maxima ſint alia pericula perdendi ſortem principalem, quibus ſupponitur creditor in mutuo; attamen nunquam, talium facti periculorum occaſione, aliquid ultra ſortem principalem exigi poteſt: ſicut etiam nullum intereſſe ſperari poteſt, quantumcumque differatur pecuniæ mutuo datæ ſolutio, prout ab Alexandro VII. deciſum fuit, dum ſequentem propoſitionem damnavit. Decretum Alex. VII. 18. Martii 1666.

42. Propoſitio damnata.

*Licitum eſt mutuanti aliquid extra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempus.*

Sed injuſtitia lucri & intereſſe, propter pericula facti, quæ in mutuo occurrunt, eò evidentior eſt, quòd ſi liceret aliquid, ratione talium periculorum, exigere, poſſet ferè ſemper aliquid in mutuo à pauperibus ultra ſortem principalem exigi, quia pecunia in illorum manibus valdè ut plurimùm periclitatur: quod tamen voluntati divinæ adverſatur; ſæpiùs enim in Scripturis, uſura erga pauperes fieri prohibetur: *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quaſi exactor, nec uſuris opprimes*. Exod. c. 22. v. 25. Sed quia poſſet quiſpiam in his verbis cavillari, & dicere, Deum non prohibere, ne exigatur quodlibet intereſſe à pauperibus, ſed tantùm ne uſuris opprimantur: illud præceptum clariùs expreſſũ

Levit. c. 25. v. 35. habetur in Levitico, in quo ſic loquitur Moyſes ex Dei præſcripto: *Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, ne accipias uſuras ab eo, non ampliùs quàm dediſti. Pecuniam tuam non dabis ei ad uſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges.* Deut. c. 23. v. 20. Et in Deuteronomio legitur, *Fratri tuo abſque uſura id, quod indiget, commodabis.* Et ita dici non poteſt, periculum, ne ſolutio aut non fiat, aut cum difficultate & faſtidio, poſſe ſubminiſtrare titulum legitimum ſperandi aliquod intereſſe in mutuo dato pauperi; cùm his periculis facti non obſtantibus, juſſerit Deus, ut pauperi mutuum gratis detur: & conſequenter concludendum eſt, nihil poſſe exigi in mutuo, ratione quorumcumque periculorum facti.

*Quæſt.* 3. Licet-ne aliquod intereſſe & lucrum exigere, aut ſperare, ratione periculi juris?

*Reſp.* Quamvis abſolutè loquendo poſſit licitè ſperari, & etiam fieri pactum de aliquo intereſſe certo, ratione periculi, quod ſine ullâ prævià obligatione ſubimus; attamen dici poteſt, ferè nunquam in praxi tale intereſſe poſſe eſſe licitum in mutuo, id eſt, dum is qui mutuum accipit, quoddam lucrum mutuum danti promiſit ob periculum, quod in ſe recipit, dum ſe obligat in favorem debitoris ad non petendam ſortem principalem, ſi caſu aliquo fortuito perierit. Et ratio eſt, quia in hoc caſu, ille qui mutuum dat, communiter & ut plurimum intendit aliquid lucrari ratione periculi, quod in ſe recipiet, ita ut ſi nullum hoc modo expectaret lucrum, mutuum non daret: & conſequenter peccat contra Euangelicum præceptum, in quo dicitur, *Mutuum date, nihil inde ſperan-*

*rantes*: Quia primarium & principale motivum, quod talem ad mutuo dandum inducit, eſt certitudo, quòd debitor periculum in mutuo dantem rejiciens, aliquod lucrum, ratione talis periculi, promittat: Igitur in hoc perinde uſurarius eſt, ac ille qui mutuo dat cum intentione principali, quòd debitor molendino ſuo utatur; de quo ſic differit ſanctus Antoninus: *Si quis mutuat alteri ea intentione vel pacto, ut vadat ad molendinum ſuum, vel furnum, vel ad apothecam ſuam ad emendum, & hujuſmodi, aliàs non mutuaturus, uſuram committit, etiam ſi non majori pretio ſibi vendit propter hoc, ſeu plus ab eo quàm ab aliis petit: ratio eſt, quia commoditatem ſeu utilitatem inde recipit, quæ pretio æſtimari poteſt: argumento Canonis* SI FOENERAVERIS, 14. *q.* 3. *& cap.* CONSULUIT, *De uſuris, & tenetur reſtituere*: Quia nunquam licet, illum cui mutuum datur, aliqua nova obligatione, occaſione mutui, onerare, quod tamen in his duobus caſibus accidit; quia in caſu periculi, de quo nunc loquitur, ille qui mutuum dat, vult obligare occaſione mutui debitorem ſuum ad promittendum ei aliquod lucrum, rejiciendo in illum ſortis principalis periculum: & in altero caſu vult etiam occaſione mutui debitorem ad ſuas merces emendas obligare; utraque autem obligatio eſt pretio æſtimabilis, nec minùs onerofa eſt debitori, quàm utilis creditori; cùm debitori tollat plenam libertatem quam habebat, periculum pecuniæ mutuo datæ in neminem, aut in alium quàm in creditorem rejiciendi, vel emendi in qualibet apotheca, aut utendi quodlibet molendino: & ex alia parte creditori ſimiles obligationes fructuoſæ ſunt, quia illi utile eſt, mul-

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 8.

multum vendere, aut lucrari ratione alicujus periculi, quod in ſe recipit. Quod autem dicit S. Antoninus, quòd in talibus adeſt obligatio reſtituendi, ita intelligendum eſt, ut teneatur quis reſtituere iſtam æſtimationem utilitatis, quam occaſione mutui habuit, ſicut & damni quod ratione talis conventionis paſſus eſt debitor; licèt non obligetur ad reſtituendum pretium rerum juſtè venditarum, ſed tantùm lucrum, quod habuit ex multiplicatione emptorum; aut in noſtro caſu, illud quod conſecutus eſt ultra id quod, ratione periculi in ſe ſuſcepti, datum fuiſſet alteri, qui mutuo non dediſſet, & prætereà æſtimationem obligationis impoſitæ creditori. Ut v. g. Mevius mutuo dedit 100. Titio, cum hâc conditione tacitâ aut expreſſâ, ut in Mevium rejecto periculo ſortis principalis in aliquâ negociatione expoſitæ, ei darentur decem à Titio ultra dictam ſortem, licèt ſi Pomponius qui mutuo non dedit, tale periculum in ſe recepiſſet, habuiſſet tantùm octo. Hoc poſito, primò Mevius tenetur reſtituere duo, ex decem quæ accepit, & deinde æſtimationem obligationis impoſitæ Titio arbitrio boni viri.

*Quæſt.* 4. Ratio periculi tribuit-ne juſtum titulum recipiendi aliquid ultra ſortem principalem? Et contrahit ne licitè, qui, exempli gratiâ, quingentos aureos alicui maritimo negociatori tradit cum hâc conditione, ut ſi navis naufragium faciat, ipſemet tradens illos amittat; ſi verò ad portum feliciter perveniat, teneatur negociator quingentos aureos reſtituere, & ultra ſolvere pro intereſſe decem aut quindecim pro quolibet centenario, ſive lucretur, ſive perdat negociator?

*Reſp.*

*Reſp.* Hæc quæſtio expreſsè deciſa remanet in celebri capite: *Naviganti*, in quo habetur, quòd *naviganti vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo quòd ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid ultra ſortem, uſurarius eſt cenſendus.* Quia legitimè præſumitur, talem mutuo dediſſe cum intentione lucrandi, & voluiſſe creditorem obligare ad conſentiendum, quòd idem creditor in ſe recipiendo periculum navigationis, aliquod lucrum ex ſua pecunia perciperet, ut re verà illud ferè ſemper in praxi accidit; cùm videamus, quòd illi qui in hoc caſu mutuum dant, non darent, ſi putarent debitorem nolle in illos periculum pecuniæ mutuatæ rejicere, & ita nullum eos poſſe lucrum ob mutuum ſperare: At illa intentio continet uſuram mentalem, ſi nullum adſit pactum expreſſum inter mutuatarium & mutuantem; ſi verò adeſt pactum, in hoc caſu uſura realis eſt: *Si quis*, inquit S. Thomas, *pecuniam alicui naviganti commiſerit mutuò propter ſpem alicujus lucri, licèt periculum etiam ſortis ſuper ſe receperit, nihilominus judicatur uſurarius, etiamſi totum amiſerit:* Quia, ut jam diximus, tale mutuum fit cum intentione principali lucrandi, & obligandi debitorem ad dandum aliquod intereſſe creditori, in ſe recepturo periculum pecuniæ.

D. Th. opuſcul. 73. c. 6.

Attamen rectè dici poteſt, quòd ſi ille, qui mutuo dat pecuniam ſuam mercatori, qui alicui commercio maritimo, aut terreſtri attendit, ita diſpoſitus & animatus eſt, ut illi tale mutuum daret, etiam ſi non ſperaret ſe aliquid lucraturum ex mutuo, propter periculum ſortis principalis, quod in ſe recipiet: & deinde nolente mercatore totius navigationis

periculum ſubire, & omnia ſua unius diei fortunæ exponere; & proponente, quòd ſuo creditori dabit aliquod intereſſe pecuniæ mutuatæ, ſi velit periculum ſuæ ſortis principalis in ſe recipere, & ſolus illius jacturam pati & ſuſtinere, ſi navis naufragio pereat: tunc ſi creditor tale periculum in ſe velit recipere, cum pacto quòd ſibi dabitur aliquod intereſſe certum juxta communem æſtimationem talis periculi: nulla reperitur uſura in hâc conven-
D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 21. tione ſecundùm ſanctum Antoninum his verbis: *Aut illud ultra ſortem recipit ratione mutui tantùm, & ſic eſt uſura, non obſtante, quòd periculum ipſe ſuſcipiat: & iſte eſt caſus etiam capitis* NAVIGANTI. *Aut recipit illud ultra ſortem præciſè ratione periculi, ut pretium periculi: & ſic non eſt uſura, ſed licitum; nam etiam ſi non mutuaret, & periculum navigantis in ſe vellet recipere, licitè poſſet recipere pretium periculi: nec propter hoc quòd ei ſervitium faciat in mutuando, efficitur deterioris conditionis. Aut aliquid ultra ſortem recipit talis mutuans, partim ratione periculi, & partim ratione mutui: & tunc uſura eſt, quantum ad id quod plus percipit reſpectu mutui; & illud tale tenetur reſtituere. Ita Ioan. Neapolitanus, & Ioan. Calderinus.* Et ita quaſi ſemper accidit in praxi, quòd illi qui contrahunt modo relato in quæſtione, uſuram faciunt. Primò, quia dum pecuniam mutuo dant, pacto expreſſo conveniunt, quòd periculum in ſe recipient, & hoc modo recipient intereſſe certum, quod uſurarium eſt. Secundò, quia accipiunt majus intereſſe, propter periculum quod ſuſtinent, quàm ſi mutuo non dediſſent, & idem periculum ſubirent, in quo uſura manifeſta eſt.

*Quæſt. 5.*

*Quæſt*. 5. Nonne dici poſſet, quòd ille qui pecuniam ſuam hoc modo mercatori tradit, contrahit ſocietatem licitam, non autem mutuum; cum ſortem principalem exponat periculo negotiationis; & ita, quòd poteſt accipere aliquid ultra ſortem principalem, quia ſine dubio licitum eſt, aliquid per ſocietatem lucrari?

*Reſp*. Nullo modo dici poteſt, quòd hoc modo contrahatur vera ſocietas. Primò quia videtur in Decretali Gregorii noni quæ incipit *Naviganti*, & in illius expoſitione factâ tam à Canoniſtis, quàm à Theologis, quòd periculum ſortis principalis non poteſt efficere, ut contractus mutui in contractum ſocietatis mutetur; in hoc enim concordant, quòd ſcilicet ille qui pecuniam mutuo dat cum intentione lucrandi, recipiendo in ſe ſortis principalis periculum, uſuram committit: rationem aſſignat S. Raymundus, *Quia tales*, inquit, *ſemper* faciunt *tale mutuum*, *propter ſpem lucri pecuniarii*, *quod non licet*: Præterea evidenter conſtat, quòd ſi ad conſtituendum verum ſocietatis contractum, ſufficeret, quòd qui tradit pecuniam, illam eodem tempore periculo negociationis exponeret, ille qui mutuum dando in ſe pecuniæ periculum reciperet, veram ſocietatem contraheret, & ita poſſet aliquid ultra ſortem accipere, cùm in ſocietate lucrari liceat. Cùm igitur ſummi Pontifices, & poſt eos Canoniſtæ & Theologi, uſurarium dicant illum qui mutuo dat cum intentione lucrandi, in ſe recipiendo ſortis principalis periculum, eodem tempore ſatis declarant, ſolum periculum ſortis principalis ad veram ſocietatem conſtituendam non ſufficere; &, ut ait S. Thomas,

D. Raym. in ſumma lib. 2. C. de uſuris & pignorib. §. 7.

D. Th. opuſc. 73. de uſuris c. 6.

*Ratio periculi etiam circa ſortem, non tollit rationem uſuræ in mutuo, ut probatur in cap.* NAVIGANTI.

Secundò quia, ut dicetur inferiùs c. 12. de Societate, ad hoc ut ſocietas vera & licita ſit, neceſſe eſt, ut ſocii participent tam in ſorte principali, quàm in intereſſe; ita ut illi qui pecuniam in Societate poſuit, non promittatur, quòd illi dabitur certa & determinata ſumma ab omni periculo immunis, loco intereſſe & lucri: nec etiam quòd illius capitale erit ſalvum & à ſocio ſolvetur, etiam ſi caſu fortuito perierit. Et illud à Sixto V. determinatum fuit his verbis: *Sed potiùs cuncti noverint, ſocietates ita ineundas ſeu contrahendas eſſe, ut non ad certam ſummam aut quantitatem ab omni periculo & damno, ut præfertur, immunem lucri nomine perſolvendam, neque ad capitale, ſi caſu fortuito periit, reſtituendum ſocius accipiens teneatur.*

Sixtus V. in Bull. 44. quæ incipit, Deteſtabilis.

Idem definitum fuit in Concilio Mediolanenſi, cui ſanctus Carolus præſidebat, & cautum: *Ne in Societate in qua alter pecuniam confert, alter operas, lucri diſtributio conſtituatur, niſi per quotas partes, nec ultra eas certa pecuniarum ſumma, vel quid aliud conferenti pecuniam perſolvatur, neque fiat pactio, ut ſors ſalva ſit, fructus verò communiter dividantur.*

Concil. Mediol. 1. C. de uſuris.

Et juxta doctrinam S. Bonaventuræ: *Eſt uſura tacita, cùm quis aliquid commune habet cum aliquo, quidquid ſit illud, & periculum & damnum non eſt commune.* Ex quibus ſequitur, quòd ad veram ſocietatem requiritur, ut omnes ſocii participent tam in intereſſe & lucro, quàm in ſorte principali & capitali, & ut periculum & damnum communia ſint.

D. Bonav. to. 2. opuſcul. c. 2. in Opuſc. quod inſcribitur, Opuſculū animæ.

His

His addi poteſt, quod habetur in Gloſſa in qua, poſt explicationem textus legis quæ concedit, ut poſſit dari pecunia mercatori maritimo, cum hac conditione, ut ſi navis ad portum feliciter pervenerit, reddatur capitale cum intereſſe & lucro centeſimo, id eſt, ejuſdem quantitatis ac ipſummet capitale; ſi verò navis pereat, nihil omninò reddatur: ſic habetur, *Advertas, quòd etiam iſte modus fænerandi, licèt creditor ſuſcipiat in ſe periculum pecuniæ, eſt de jure Canonico prohibitus, ut in capite* NAVIGANTI. Gloſſa in titul. 33. lib. 4. Cod. De nautico fœnore.

*Quæſt.* 6. Eſt-ne licitum commercium maritimum, quod communiter in emporiis inſtituitur, ita ut juxta varietatem periculi quod imminet navibus, minori aut majori pretio emantur pecuniæ, aut merces illis negociationis causâ expoſitæ?

*Reſp.* Talis negociatio haud dubiè licita eſt, quia in his caſibus emuntur capitalia juxta juſtum illorum valorem, & prout communiter æſtimantur juxta varia pericula, quibus expoſita ſunt. Et id conforme eſt legi, *Pretia rerum*, juxta quam rerum juſtum pretium eſt illud, quo communiter ab iis qui earum qualitates & valorem cognoſcerent, quique abſque fraude aut præventione judicarent, æſtimarentur. Et eodem planè modo poteſt aſſecurari minus lucrum certum pro majori lucro incerto.

Illud autem exemplo adhibito dilucidè exponit Sanctus Antoninus his verbis: *Petrus habet mille Florenorum valorem in mercimoniis in navi de Flandria in Hiſpaniã deferendis: dubitat vel timet de ſubmerſione navis, vel captura à pyratis: dat vel offert Martino 5. vel 10. pro centenario, plus vel minùs* D. Anton. 3. p. tit. 8. c. 3. §. 2.

*minus ſecundùm quòd plus vel minùs timetur de periculo, pro ſecuritate ſuper his facienda: cui aſſentit ſumens in ſe periculum ratione dicti lucri. Ille igitur Martinus, acceptis illis quinque vel 10. pro centenario, ſi merces ſalvæ conducuntur: ſibi remanet illud lucrum ratione dictæ ſecuritatis. Sed ſi navis periret vel caperetur ab hoſtibus, Martinus tenetur Petro mille Florenos pro ſecuritate facta: licitum reputatur tale lucrum, ratione periculi quod ſubiit. Nec enim poteſt dici ibi eſſe mutuum, cùm nihil mutuetur, nec eſt prohibitum ob cap.* NAVIGANTI. *De uſuris; quia illud habet locum, cùm ſcilicec ſuſcipiens in ſe periculum mercium, ſibi aliquid percipit de mercibus, dicitur uſura, quando videlicet illud petit non ratione periculi, ſed ratione mutui facti ei cujus ſunt merces.* Quod facilè cognoſcitur ex eo quòd mercator tam grande lucrum non promitteret alteri, qui mutuo non dediſſet, & idem periculum in ſe recepiſſet; unde in hoc caſu evidens eſt, quòd ille qui mutuum dedit, percipit aliquod lucrum non ſolùm propter periculum quod ſuſtinet, ſed etiam propter mutuum, in quo uſura manifeſta apparet.

*Quæſt.* 7. Nonne reſponderi poſſet authoritati, quæ habetur in cap. *Naviganti*, quòd ſupplenda eſt negatio, ita ut legatur *uſurarius non eſt cenſendus?*

*Reſp.* Hæc quæſtio ridicula videri poſſet, & reponſione indigna; ſi quidam Scriptores, neſcio quo Spiritu ducti, non inſinuaſſent, quòd in illâ Decretali deerat negativa particula, quæ debebat ſuppleri ad illius difficultates benignè amputandas. Ut igitur tali opinioni obviam eamus, dicendum eſt, quòd hæc additio

ra-

ratione vacua, &, ne quid pejus dicam, valdè temeraria eſt. Quid enim in ſacroſanctis Conciliis, quid in ſacris Canonibus & ſummorum Pontificum Decretis firmum & ſtabile eſſe poſſet, ſi privatis liceret, tam ſanctis Decretis negationem inſerere, ſub alicujus futilis rationis prætextu, contra omnium textuum tam impreſſorum, quàm manuſcriptorum fidem, & contra Gloſſatorum, & antiquorum omnium Commentatorum lecturam? Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis tres antiquas Decretalium collectiones in lucem edidit, in quibus nulla hujuſmodi negatio habetur. Sanctus Raymundus earumdem Decretalium, juſſu Gregori IX. compilator, hanc Decretalem ſæpiùs in ſua ſumma ſine tali negatione refert. Innocentius Papa IV. Cardinalis Turrecremata, demùm ad unum omnes ejuſdem & ſequentis ſæculi Decretalium interpretes, legunt *uſurarius eſt cenſendus*. Et ita novis illius negationis adinventoribus, qui, ob ardens nimium deſiderium viam ſalutis inconſulto Euangelio dilatandi, talia ſomniarunt, gratias eſt agendum, ſimulque ab eis enixè petendum, ut ſummorum Pontificum Conſtitutiones, venerari & obſervare, non verò emendare curent.

# Caput VIII.

## *Vtrum Principis Conſtitutiones poſſint tribuere juſtum Titulum accipiendi aliquid in Mutuo ultra ſortem principalem & de montibus pietatis.*

*Quæſt.* 1. Licet-ne exigere intereſſe ex pecunia mutuo data, poſito quòd adſit aliqua Principis ſupremi conſtitutio, quæ illud intereſſe aſſignet?

*Reſp.* Cùm in hac exactione adſit uſura, quæ jure divino prohibetur, certum eſt, nullum poſſe exigi intereſſe ex pecunia mutuo datâ, quando nulla adeſt alia ratio, quàm ea quæ oritur ex hujuſmodi conſtitutione humanâ. Leges ſiquidem humanæ licitum non faciunt, quod aliunde lege divina prohibetur.

*Quæſt.* 2. Conſtitutio in qua habetur quòd judices obligent debitores ad ſolvendum intereſſe in mutuo, quando ſunt in mora, nonne juſta eſt, & ita nonne juſtum titulum dat creditori?

*Reſp.* Talis conſtitutio novum titulum non dat niſi in foro externo, quia fundatur in præſumptione, quòd adſit ex parte creditoris lucrum ceſſans, aut damnum emergens: quod apparet ex eo quòd non permittit tale intereſſe in mutuo, niſi quando debitor eſt in mora ſolvendi, termino elapſo, & poſt petitionem ſolutionis factam juridicè à creditore. Nam etiamſi Petrus centum aureos à decem annis Paulo deberet, & Paulus ſolutionem tantùm à menſe juridicè petiiſſet, in hoc caſu Judex condemnaret Petrum ad ſolvendum intereſſe,

non

non decem annis, ſed menſi ſolummodò correſpondens. Ratio autem, cur obligentur debitores ad ſolutionem intereſſe in mutuo, à die moræ & juridicæ petitionis, ea eſt; quia adeſt juſta præſumptio, quòd creditores petentes ſolutionem pecuniæ mutuo datæ, eâ indigent, quòdque ex illius privatione damnum patiuntur, aut ſaltem perdunt lucrum aliquod, quod eadem pecunia mediante aliàs facerent. Ex quibus ſequitur, quòd ſi in aliquo hujuſmodi caſu, nullum adeſt damnum creditoris, ratione moræ debitoris in ſolvendo: tunc creditor nullum intereſſe in foro conſcientiæ exigere poteſt, etiamſi Judex ob damni falſam præſumptionem, tale intereſſe concedat.

*Quæſt.* 3. Si uſura, ut ſæpè dictum fuit, lege divinâ, & humanâ prohibetur, quo pacto licitè in Montibus pietatis accipitur aliquid in mutuo ultra ſortem principalem?

*Reſp.* Verum quidem eſt, quòd in variis ſummorum Pontificum, & præſertim Leonis X. conſtitutionibus, permittitur aliquid recipere in Montibus pietatis, qui erecti in variis civitatibus approbati confirmatique ſunt à ſancta Sede Apoſtolica, & ita nullam ſpeciem mali præferre poſſunt. Sed evidens eſt, ut ex iiſdem conſtitutionibus & Bullis apparet, quòd intereſſe in illis montibus exigitur ſolummodò propter expenſas neceſſarias, & ita nullo modo uſuram continere poteſt, cùm propriè non ſit intereſſe ex pecunia mutuo datâ, ſed potiùs compenſatio damni, quod ſequitur ex expenſis, quas in ipſa datione mutui facere neceſſe eſt: quod expreſsè videtur in Bulla Leonis X. in qua ſic habetur: *Definimus montes pietatis, in quibus pro eorum expenſis,* Conſtitutio II. Leonis X.

*& in-*

*& indemnitate aliquid moderatum ad ſolas miniſtrantium impenſas, & aliarum rerum ad illorum conſervationem pertinentium, pro eorum indemnitate dumtaxat, ultra ſortem, abſque lucro eorumdem Montium, recipitur, neque ſpeciem mali præferre, nec peccandi incentivum præſtare, nec ullo pacto improbari.*

*Quæſt.* 4. Quid agendum, cùm in fine anni poſt compenſationem omnium expenſarum, quæ in monte pietatis factæ ſunt, ſupereſt aliqua ſumma ex intereſſe, quod exactum fuit?

*Reſp.* Talis ſumma inſervire non debet ad augendum montem pietatis; quia ſi id fieret, totum intereſſe, quod ſumptum eſt ultra ſortem principalem non exactum fuiſſet ad ſolam compenſationem expenſarum, quæ mutuum dando fiunt, ſed tanquam lucrum aliquod ex mutuo proveniens, quod legi divinæ contrarium eſt, & conſtitutionibus ſummorum Pontificum, qui tale intereſſe permiſerunt ſolummodò ratione & intuitu expenſarum neceſſariarum, prohibentes, ne montes pietatis augerentur ex tali intereſſe, ut videtur ex ipſis Bullæ ſupra relatæ verbis. Igitur in caſu propoſito, quod poſt expenſas compenſatas ſupereſt, reſtituendum eſt illis, à quibus acceptum eſt, ſi commodè inveniri poſſint: aut minuendum eſt intereſſe alterius anni, ita ut uno verbo, mons pietatis nullum lucrum ex hujuſmodi intereſſe ſentiat.

*Quæſt.* 5. Uſuram committit-ne, qui mutuum gratuito dat, ſed tamen cum intentione, quamprimùm juridicè petendi ſortem principalem à debitore ſuo, ut hoc modo poſſit deinde exigere intereſſe à die petitionis & moræ?

*Reſp.*

*Reſp.* Certum eſt, in hoc caſu uſuram committi. Primò quia, ut ſuperiùs dictum fuit, Decretum Principis non tribuit juſtum titulum exigendi hujuſmodi intereſſe, cùm nullum adeſt verum damnum. Secundò quia, ut habetur in regula juris Canonici, *Certum eſt, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.* At lex impedire vult, ne exigatur intereſſe ex mutuo, & ille, qui in hoc caſu mutuum dat, intendit è contrario, intereſſe exigere, etiam ſi nullum ſubſtineat damnum; & ita veram uſuram committit. Regula. Certū eſt, 88. de Reg. juris in 6.

---

# CAPUT IX.

## *Utrum Tutores, pupilli, nobiles, & hujuſmodi, poſſint exigere intereſſe juxtà Decretum Principis.*

*Quæſt.* I. POſſunt-ne Tutores exigere aliquod intereſſe ex pecunia pupillis debita?

*Reſp.* Id eis penitùs non licet, niſi adſit verus & legitimus Titulus, aut damni emergentis, aut lucri ceſſantis, aut etiam alicujus Societatis; id enim expreſſis verbis damnatum fuit in variis Conciliis, quæ quantùm Eccleſia uſuræ crimen abhorreat, meliùs ſignificare non poterant, quàm condemnando exactionem intereſſe in caſibus adeò favorabilibus.

Primò igitur in Concilio Mediolanenſi dicitur, quòd *Ex mutuo vel depoſitis etiam apud Iudæum factis, nihil præter ſortem à* Concilio Mediol. I. C. de uſur.

quo-

*quovis homine percipi ex conventu, vel principaliter ſperari poſſit, tametſi pecuniæ ipſæ ſint pupillorum aut viduarum, aut locorum piorum, vel etiam dotales, niſi quatenus jure nominatim permittatur.*

Conc. Mechlinienſe Titulo de uſuris.

Et in Concilio Mechlinienſi ſic habetur; *Quoniam uſura jure divino & Canonico omnibus Chriſtianis ſub pœna peccati mortalis interdicitur, neque facienda ſunt mala, ut eveniant bona: Synodus ſtatuit & ordinat, ne quis Tutor, aut Curator ſub prætextu augendi patrimonii pupillorum, aut ſub eorum Curatela exiſtentium, pecunias illorum ſub certo lucro ſingulis annis ultra ſortem recipiendo, mutuò det retenta facultate repetendæ ſortis, declarando hujuſmodi omnes contractus uſurarios, & contra, ut præmittitur, mutuantes tanquam uſurarios ad pœnam juris procedendum.*

*Quæſt.* 2. Quid agendum Tutoribus, qui ſemper à Judice condemnantur, cùm pupillorum pecunias ſine fructu eſſe paſſi ſunt, ſi eis non licet intereſſe ex illis exigere?

*Reſp.* Verum quidem eſt, quòd Judex obligat Tutores ad ſolvendum intereſſe pecuniæ pupillaris; & ratio eſt, quia tenentur Tutores illâ uti ad emendum fundum frugiferum, aut ad contrahendam cum mercatore ſocietatem, & hujuſmodi. Et ita poſſunt Tutores vitare damnum talis condemnationis; nam aut talis pecunia eſt in manibus debitorum, dum adminiſtrationem tutelæ recipiunt, aut non. Si eſt, debent Tutores habere veram intentionem illâ utendi pecuniâ ad emendum fundum proficuum, aut ad contrahendam lucrativam cum Mercatore ſocietatem, & hujuſmodi: & talem intentio-

nem

nem implere & exequi, caſu quo debitores ſolvant, ad quam ſolutionem obligari à tutoribus debent; quòd ſi non ſolvant, tunc aderit lucrum ceſſans, & proinde juſtus titulus accipiendi intereſſe à debitoribus. Quòd ſi pecunia non eſt in manibus debitorum, ſed tutoris: tunc debent ex ea emere utilem fundum, aut ſocietatem contrahere, & hujuſmodi. Et hoc modo damnum proprium vitabunt, utiliter & juſtè gerendo res pupillares.

*Quæſt.* 3. Tales modi utendi pecuniis pupillaribus, variis periculis expoſiti ſunt: primò quia ſi ex eis emuntur fundi, ſæpiùs modicos fructus reddunt, qui etiam non ſufficiunt ad pupillorum congruam ſuſtentationem; & ita pupilli poſſunt de tutoribus conqueri ob talem uſum minùs proficuum. Secundò, ſi ex talibus pecuniis emuntur loci montium quos vocant, aut penſiones & cenſus perpetui vel etiam vitalitii; id ægrè ferre poſſunt pupilli, eò quòd eis ampliùs non licebit ſortem principalem repetere. Tandem ſi contrahitur cum aliquo Mercatore lucrativa ſocietas, poteſt facilè evenire, quòd talis mercator, aut ſit, aut fiat inſolvabilis, & ita Tutor ad ſolvendum pro illo obligetur.

*Reſp.* Ut his omnibus objectionibus & difficultatibus reſpondeatur, ſufficit dicere, quòd Tutores, ut ſe in talibus caſibus indemnes præſtent, & ſecuri ſint in tribunali externo, ſupplicem libellum judici porrigere debent, ut eo authorante & confirmante contrahatur ſocietas, aut emptio fundi & hujuſmodi ex pecuniis pupillaribus: & ſi Judex non putet tale negotium, quod ei à tutore proponitur, eſſe pupillis utile, decernat, eaſdem pecunias

alio

alio modo collocari debere, quòd Decretum Judiciale fideliter exequentes Tutores, omnibus futuris moleſtiis & litibus ſe liberant, uſuræque crimine conſcientiam non onerant. Adde, quòd etiam ſi nullus indemnitatis modus in favorem tutorum reperiri poſſet, damnum potiùs ſubire deberent, quàm uſuræ crimine ſe involvere; quia debemus potiùs quælibet mala tolerare, quàm conſentire peccato.

*Quæſt.* 4. Nonne dici poſſet, licere Tutoribus exigere aliquod intereſſe ex pecuniis pupillaribus, ratione damni emergentis: quandoquidem ſemper obligantur Tutores ad ſolvendum ære proprio illud intereſſe in favore pupillorum, & ita verum damnum ratione mutui ſuſtinent?

*Reſp.* Hæc excuſatio non ſufficit, ut intereſſe exigere poſſint Tutores, niſi adeſſet eodem tempore quo mutuum datur, aliqua occaſio præſens lucrandi ex hujuſmodi pecuniis modo aliquo licito, ut ſupra, & fuſiùs capite 4. explicatum eſt; quia ad hoc ut damnum illud emergens producat juſtum titulum, neceſſe eſt, ut cauſetur à mutuo, & non aliundè proveniat, ut à tutelâ, quæ in hoc caſu eſt vera cauſa damni quod patitur tutor, non autem mutuum; quia etiam ſi tutor pecunias pupillares mutuo non daret, ſuſtineret nihilominùs idem damnum.

*Quæſt.* 5. Poſſunt-ne viduæ ex pecuniis dotalibus intereſſe exigere?

*Reſp.* Illud quod ſupra num. 1. ex Concilio Mediolanenſi relatum eſt, ſcilicet non licere mutuo dare cum aliquo intereſſe pecunias orphanorum, aut viduarum,

aper-

apertè oſtendit, quòd iiſdem viduis non licèt tale intereſſe exigere; unde, ut ait Innocentius IV. *Si mulier habet pignora dotis ſuæ poſt mortem mariti, debet fructus illos in ſortem computari.* Ex quo ſequitur, non poſſe viduam pecunias dotales mutuo dare cum intereſſe; quandoquidem non poteſt tale intereſſe exigere ab his qui dotem detinent.

Innoc. IV. in C. Salubriter, de uſuris.

*Quæſt.* 6. Poſſunt-ne nobiles & hujuſmodi quibus commercio attendere non conceditur, exigere intereſſe ex mutuo?

*Reſp.* Id nullo modo poteſt fieri, ut ſuperiùs probatum eſt; nam cùm uſura Jure divino & humano prohibita ſit tanquam intrinſecè mala, nulli homini in quocumque caſu poteſt eſſe licita, niſi adſint circumſtantiæ,de quibus ſupra, quæ uſuræ deformitatem & malitiam tollunt, quæque efficiunt, ut uſura in licitum intereſſe tranſeat, quod neque divino neque humano jure prohibetur; nam, ut ait Sanctus Thomas, *Regula generalis apud omnes Doctores & firma eſſe debet, quòd nulla conditio ſive circumſtantia poteſt excuſare aliquem actum vitioſum, ſive habitum, niſi ſecundùm quòd poteſt tollere rationem vitioſitatis ab eo: & quia in mutuis vitium uſuræ annexum eſt, ex eo quòd fiant ſpe lucri, quod eſt contra naturam mutui, non excuſatur, niſi tollatur ſpes lucri.*

D. Thom. opuſc. 73. cap.6.

## CAPUT X.

### *Quo pacto reſponderi poſſit rationibus quæ in favorem uſuræ & intereſſe afferuntur?*

*Quæſt.* 1. QUales proponuntur rationes ab his qui pro uſuris & intereſſe pugnant?

*Reſp.* Tribus potiſſimùm rationibus nituntur. Dicunt enim primò, multos nobiles, viduas, & hujuſmodi qui nolunt aut non poſſunt alio modo lucrum ex propriis pecuniis conſequi, quàm per viam mutui, non habituros, unde vivant, ſi illis talis lucrandi modus auferatur; ſi enim pecunias in arca otioſas habentes, ex eis in dies quod ad ſuſtentationem neceſſe eſt, auferant, brevi ad ſummam egeſtatem, conſumptis paulatim pecuniis, devenient.

*Quæſt.* 2. Quo modo huic objectioni reſponderi poteſt?

*Reſp.* Eodem planè modo, quo Sanctus Auguſtinus reſpondet fuſè his verbis: *Noli fœnerare: tu accuſas ſcripturam dicentem; Qui pecuniam non dedit ad uſuram. Non ego illud ſcripſi, non de ore meo primùm exiit, Deum audi. Audent etiam fœneratores dicere: Non habeo aliud unde vivam. Hoc mihi & latro diceret, deprehenſus in fauce: hoc & effractor diceret, deprehenſus circa parietem alienum: hoc mihi & leno diceret, emens puellas ad proſtitutionem; hoc & maleficus incantans mala & vendens malitiam ſuam. Quidquid tale prohibere conaremur, reſponderent omnes; quia non haberent, unde viverent, quia inde ſe paſcerent; quaſi non* D. Aug. in Pſal. 128.

hoc

*hoc ipſum in illis maximè puniendum eſt, quia artem nequitiæ delegerunt, undè vitam tranſigant, & inde ſe volunt paſcere, unde offendant eum à quo omnes paſcuntur.*

Poteſt etiam dici, quòd cùm ex ſe & intrinſecè malum ſit exigere aliquid in mutuo ultra ſortem principalem, nunquam licita poteſt eſſe talis exactio etiam ad vitæ ſuſtentationem; nam, ut docet S. Thomas: *Vſura non excuſatur etiam quantumcumque ordinetur ad vitæ neceſſitatem, cap.* SUPER EO, *de uſuris*. Addi poteſt, alios inveniri poſſe modos licitos ex pecunia lucrandi, ut vitetur extrema illa inopia quam timent, qui intereſſe volunt exigere hoc prætextu. D. Thom. opuſc. 73. cap. 8.

*Quæſt.* 3. Quales ſunt hi modi liciti?

*Reſp.* Tres aſſignari poſſunt: Primò namque poteſt emi aliquis fundus frugifer. Secundò poteſt ex pecunia comparari annuus cenſus vitalitius aut perpetuus, ſeu locus montium. Tertiò dari poteſt pecunia in ſocietatem alicui fideli mercatori aut negotiatori.

*Quæſt.* 4. Hi cenſus perpetui, ſeu loci mon tium, videntur eſſe eodem modo uſurarii, ac intereſſe ex mutuo, cùm in utriſque habeatur idem lucrum annuum juxta Principis taxam?

*Reſp.* Certum & conſtans eſt, quòd contractus cenſûs non eſt uſurarius, ut probatur ex Bullis Martini V. & Calixti III. qui reſpondentes quæſtioni à populis Poloniæ & Germaniæ propoſitæ, ſic pronuntiant; & primò Martinus V. *Nos igitur ex relatione Guillelmi Presbyteri Cardinalis, cui negotium hujuſmodi cum peritorum conſilio commiſimus examinandum, comperimus contractus hujuſmodi Iuridicos & juxta* Martinus lib. 3. Extravag. communium: De Emptione, & venditione, cap. Regimini.

*determinationem Doctorum licitos fore.* Quod confirmatum authenticè fuit à Calixto III. his verbis: *Nos facta ex commiſſione fœlicis recordationis Martini Papæ V. prædeceſſoris deſuper examinatione, & ejuſdem prædeceſſoris noſtri declarationem attentius perpendentes, ſuiſque veſtigiis inhærentes, ad omnem ſuper his ambiguitatis tollendum dubium, præfatos contractus licitos jurique conformes authoritate Apoſtolica declaramus.* Secundò, quia in contractu cenſus non invenitur natura contractus mutui, in quo ſolo uſura committitur, quia in mutuo repeti poteſt ſors principalis, quod ſecùs eſt in contractu cenſus, qui per veram emptionem & venditionem conſtituitur, & in quo fit alienatio pecuniæ in perpetuum ſine facultate illam repetendi.

Calixtus III. Extravag. com. c. Regimini.

*Quæſt.* 5. Quales conditiones requiruntur, ut contractus cenſûs nullâ uſuræ ſuſpicione laborent?

*Reſp.* Variæ ſunt hujuſmodi conditiones, quæ in Bullis modò relatis continentur: quarum prima eſt, ut debitor poſſit cenſum extinguere, ſolvendo ſummam ſibi à creditore traditam, ad quam tamen extinctionem non poſſit à creditore obligari. Secunda conditio eſt, ut conſtituatur cenſus juſto pretio, quod in terris ditionis Pontificiæ poteſt aſcendere ex Conſtitutione Clementis VIII. uſque ad ſeptem pro quolibet centenario: alibi verò ſervari debet taxa à Principe facta. Adſunt in iiſdem Bullis aliæ variæ conditiones, quæ cùm eſſentiales non videantur, & variis in regionibus non obſerventur, illas hìc recenſere neceſſarium non puto.

*Quæſt.* 6. Quam ſecundò loco rationem aſſignant, uſuræ, ſub intereſſe nomine, fautores?

*Reſp.*

*Reſp.* Dicunt, ſe charitatis actus exercere, dum fratribus in Chriſto illorum ope indigentibus ſubveniunt, & modum tribuunt res proprias rectè ordinandi, mutuum aliquoties illis dando, quorum bona mobilia & immobilia vili pretio, inſtantibus creditoribus, diſtraherentur, ſummo totius rei familiaris damno; quandoque mutuam tradendo pecuniam quæ ſubitò emptioni alicujus fundi aut officii frugiferi inſervit: & conſequenter juſtum eſſe, ſe in hujuſmodi caſibus accipere aliquod intereſſe conveniens juxta modum & quantitatem fructuum, quos percipit debitor ratione mutui, quouſque ſumma tradita reſtituatur.

*Quæſt.* 7. Quid tandem hujuſmodi rationibus reſponderi poteſt?

*Reſp.* Illud primò dici poteſt, quod à S. Hieronymo affertur in expoſitione illorum verborum, *Ad uſuram non commodaveris*, ubi ſanctus Doctor uſurarios etiam loquentes repræſentat his verbis: *Solent in agris frumenti, milii, vini, & olei, cæterarumque ſpecierum, uſuræ exigi: ſive ut appellat ſermo divinus, abundantiæ, v. g. ut hiemis tempore demus decem modios & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt ampliùs partem mediam; qui juſtiſſimum ſe putaverit, quartam plus accipiet portionem: & ſolent argumentari ac dicere: Dedi unum modium, qui ſatus fecit decem modios; nonne juſtum eſt, ut medium modium de meo plus accipiam, cùm ille mea liberalitate novem & ſemis de meo habeat? Nolite errare (inquit Apoſtolus) Deus non irridetur. Reſpondeat enim nobis breviter fænerator miſericors, utrum habenti dederit an non habenti? Si habenti, utique dare non debuerat, ſed dedit quaſi non habenti;* D. Hier. in c. 18. Ezechielis.

 ergo

*ergo quare plus exigit quaſi ab habente?*

D. Th.2.2. q.77.art.1. in corp. Rationem autem aſſignat S. Thomas; quia *Si aliquis multùm juvetur ex re alterius quam accipit, ille verò qui vendit, non damnificatur carendo re illa, non debet eam ſupervendere; quia utilitas quæ alteri accreſcit, non eſt ex venditione, ſed ex conditione ementis: nullus autem debet vendere alteri, quod non eſt ſuum, licèt poſſit ei vendere damnum quod patitur*. Et conſequenter, cùm utilitas quam percipit debitor ex pecunia mutuatâ, proveniat aut ex rerum ſuarum ſtatu, aut ex uſu in quo talem pecuniam inſumit; id locum dare non poteſt creditori, & juſtam cauſam exigendi aliquid ex hujuſmodi utilitate, quæ illum nullatenùs reſpicit.

Secundò, quia evidenter conſtat, quòd ſi utilitas quæ ex mutuo provenit iis qui illud recipiunt, daret titulum ſufficientem mutuum dantibus ad exigendum licitè aliquid ex mutuo, ſequeretur, regulariter poſſe exigi ex mutuo, cùm ut plurimùm qui mutuum petunt, aliqua utilitate propria ad id moveantur, & ita vix ulla eſſet uſura prohibita: quod tamen contrarium eſt ſacræ Scripturæ, Conſtitutionum Canonicarum, & ſanctorum Patrum expreſſis verbis, quæ mutuum, in quo aliquid ultra ſortem exigitur, perpetuò reprobant, etiam dum de pecuniis pupillorum & viduarum agitur, licèt tale mutuum detur Judæis qui illud cum intentione magis in commercio lucrandi accipiunt, ut ſupra dictum eſt cap. 9. & etiam ſi de redemptione captivorum agatur, ut videre eſt in Concilio Lateranenſi ab Alexandro III. Can.Super eo, de uſuris. congregato, in quo ſic habetur: *Cùm uſurarum crimen utriuſque Teſtamenti pagina dete-*

*deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus; quia cùm Scriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multò magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captivi uſurarum crimine involvatur.* Poteſt etiam dici, quòd pecunia, quæ mutuo datur mercatori, aut alteri qui ex ea officium aut prædium utile emit, pluris non valet quàm ea quæ mutuo datur pauperi aut alteri, qui ludo aut alio modo res ſuas dilapidat. Quod lucrum mercatori adveniens, eodem tempore quo alii cum ſimili pecunia perdunt potiùs quàm lucrentur, ejuſdem mercatoris labori aut induſtriæ debet tribui: illud etiam quod officialis quiſpiam, ex officio mediante pecuniâ mutuatâ comparato, recipit, ad eum ſolum meritò & juſtè pertinet, quandoquidem illi ſoli periret tale officium, ſi ſupprimeretur, aut etiam ad alium transferretur: quod Regulæ Juris Canonici conforme eſt, in qua: *Qui ſentit onus, ſentire debet commodum, & è contra.* Reg. 55. De Regulis Juris in 6. Juſtum eſt, quòd ea res quæ unius damno perit, uni fructificet, quòd unusquiſque è re propriâ fructuum capiat, quòdque nullus è re alienâ, invito domino, aut contra leges, utilitatem conſequatur. At certum eſt, pecuniam mutuo datam, ad eum qui accepit, non verò ad eum qui dedit, pertinere: & ita concludendum eſt, omnem illius fructum ſoli mutuatario concedi debere.

Prætereà rationabile non eſt, creditorem in hujuſmodi ſupra relatis caſibus, melioris eſſe conditionis, quoad rei fructus, quàm alios; quandoquidem emptionem fundi aut officii & ſimilium ex pecuniâ à ſe mutuo datâ fieri ſolummodò procuravit, ut hypothecam ſpecialem

 gene-

generali jungeret, & ut ſecurior exinde eſſet.

*Quæſt.* 8. Qualis eſt tertia ratio, quæ à multis, tanquam licito ex mutuo favens, proponitur?

*Reſp.* Ajunt, uſum moderatum mutui, in commercio, quod inter perſonas non indigentes exercetur, varias utilitates proximo afferre, & ita nullo modo charitatem offendere; imò bono publico valdè expedire, ut mutuum cum aliquo lucro detur; quia ſine tali mutuo commercium fieri & durare vix poſſet.

*Quæſt.* 9. Quid huic rationi reſponderi poteſt?

*Reſp.* Reſpondendum eſt, primò ſufficere, ut Chriſtiano oſtendatur, Deum lucrum in quocumque mutuo prohibere, ad hoc ut debeat omni utilitati, quæ ex mutuo negotiationis cauſa facto ſperari probabiliter poteſt, renuntiare; nam, ut ait Tertullianus, *Ad exhibitionem obſequii, prior eſt majeſtas divinæ poteſtatis, prior authoritas imperantis, quàm utilitas ſervientis.*

Tert. lib. de Pœnitentia.

Secundò, nihil commercio & negotiationi eſt magis damnoſum, quàm illud mutuum cum intentione & ſpe lucri factum: quod facilè perſpicitur & probatur ex ipſis terrenorum Principum legibus, ad quos præcipuè pertinet de hujuſmodi commercii utilitatibus vel damnis cognoſcere & judicare. Cùm igitur omnes tale lucrum ex mutuo etiam tanquam commercio & negotiationi nocivum prohibuerint, concludendum eſt, errare eos, qui illud tanquam valdè utile prædicant. S. Ludovicus Galliarum hujus nominis Rex IX. in Decreto an. 1254. promulgato, *Prohibemus*, inquit, *diſtrictè, quòd nullas uſuras habe-*

*haberi faciant Barones Seneſchalli noſtri, vel alia quæcumque perſona.* Philippus IV. loquitur anno 1311. *Pro reformatione publica regni noſtri, uſuras à Deo prohibitas, & à ſanctis Patribus, necnon progenitoribus noſtris damnatas, prohibemus omnibus & ſingulis tam regnicolis noſtris, quàm aliis, in regno noſtro quomodolibet contrahere genus vel ſpeciem quamlibet uſurarum.* Demùm Ludovicus XII. an. 1510. Carolus IX. ann. 1567. & Henricus III. ann. 1576. uſuras damnant, & lucrum ex mutuo tanquam commercio damnoſum ſeverè prohibent.

Philippus IV. an. 1311.

---

## Caput XI.

### *Quo pacto gerere ſe debeat Confeſſarius cum his, qui ex pecunia mutuo collocata lucrum percipiunt, aut perceperunt.*

*Quæſt.* 1. Quid aget Confeſſarius, dum ad eum in tribunali ſedentem venerint, qui ex pecuniâ mutuo datâ, lucrum quolibet anno vel menſe percipiunt, aut perceperunt?

*Reſp.* Neceſſe eſt, ut illorum conſcientiæ remedium efficax omninò apponat, quod tale ſit, ut præteritis erroribus medeatur.

*Quæſt.* 2. Quo pacto poterit Confeſſarius præteritis culpis mederi?

*Reſp.* Adſtringendo eos qui ex pecuniâ mutuo data lucrum acceperunt, aut eorum conſanguineos, & hæredes, ad reſtituendum, niſi conſtet, quòd talia bonâ fide fecerint, & inde locupletiores facti non

generali jungeret, & ut ſecurior exinde eſſet.

*Quæſt.* 8. Qualis eſt tertia ratio, quæ à multis, tanquam licitò ex mutuo favens, proponitur?

*Reſp.* Ajunt, uſum moderatum mutui, in commercio, quod inter perſonas non indigentes exercetur, varias utilitates proximo afferre, & ita nullo modo charitatem offendere; imò bono publico valdè expedire, ut mutuum cum aliquo lucro detur; quia ſine tali mutuo commercium fieri & durare vix poſſet.

*Quæſt.* 9. Quid huic rationi reſponderi poteſt?

*Reſp.* Reſpondendum eſt, primò ſufficere, ut Chriſtiano oſtendatur, Deum lucrum in quocumque mutuo prohibere, ad hoc ut debeat omni utilitati, quæ ex mutuo negotiationis cauſa facto ſperari probabiliter poteſt, renuntiare; nam, ut ait Tertullianus, *Ad exhibitionem obſequii, prior eſt majeſtas divinæ poteſtatis, prior authoritas imperantis; quàm utilitas ſervientis.*

Tert. lib. de Pœnitentia.

Secundò, nihil commercio & negotiationi eſt magis damnoſum, quàm illud mutuum cum intentione & ſpe lucri factum; quod facilè perſpicitur & probatur ex ipſis terrenorum Principum legibus, ad quos præcipuè pertinet de hujuſmodi commercii utilitatibus vel damnis cognoſcere & judicare. Cùm igitur omnes tale lucrum ex mutuo etiam tanquam commercio & negotiationi nocivum prohibuerint, concludendum eſt, errare eos, qui illud tanquam valdè utile prædicant. S. Ludovicus Galliarum hujus nominis Rex IX. in Decreto an. 1254. promulgato, *Prohibemus*, inquit, *diſtrictè, ne quod nullas uſuras habe-*

*haberi faciant Barones Seneſchalli noſtri, vel alia quæcumque perſona.* Philippus IV. loquitur anno 1311. *Pro reformatione publica regni noſtri, uſuras à Deo prohibitas, & à ſanctis Patribus, necnon progenitoribus noſtris damnatas, prohibemus omnibus & ſingulis tam regnicolis noſtris, quàm aliis, in regno noſtro quomodolibet contrahere genus vel ſpeciem quamlibet uſurarum.* Demùm Ludovicus XII. an. 1510. Carolus IX. ann. 1567. & Henricus III. ann. 1576. uſuras damnant, & lucrum ex mutuo tanquam commercio damnoſum ſeverè prohibent. Philippus IV. an. 1311.

---

## CAPUT XI.

### *Quo pacto gerere ſe debeat Confeſſarius cum his, qui ex pecunia mutuo collocata lucrum percipiunt, aut perceperunt.*

*Quæſt.* 1. QUID aget Confeſſarius, dum ad eum in tribunali ſedentem venerint, qui ex pecuniâ mutuo datâ, lucrum quolibet anno vel menſe percipiunt, aut perceperunt?

*Reſp.* Neceſſe eſt, ut illorum conſcientiæ remedium efficax omninò apponat, quod tale ſit, ut præteritis erroribus medeatur.

*Quæſt.* 2. Quo pacto poterit Confeſſarius præteritis culpis mederi?

*Reſp.* Adſtringendo eos qui ex pecuniâ mutuo data lucrum acceperunt, aut eorum conſanguineos, & hæredes, ad reſtituendum, niſi conſtet, quòd talia bonâ fide fecerint, & inde locupletiores facti non

 ſint;

ſint; illud autem cognoſci poteſt, ſi pecuniam in legitimo commercio non collocarint, aut fundum vel officium, ex quo idem lucrum percepiſſent, non emerint; eo quòd putaverint talem contractum mutui lucrativi eſſe licitum; niſi etiam illi, à quibus tale lucrum ex mutuo acceperunt, illud verè & cum plena libertate condonare & remittere velint, cum omnibus circumſtantiis ad remiſſionis hujuſmodi validitatem requiſitis.

*Quæſt.* 3. Quales requiruntur circumſtantiæ, ut cenſeatur fuiſſe juſta & valida talis donatio & remiſſio?

*Reſp.* Neceſſe eſt primò, ut creditor verè voluerit, & paratus fuerit reſtituere omne lucrum ex pecunia mutuata perceptum, caſu quo debitor illius remiſſionem libenter facere nollet. Secundò neceſſe eſt ex parte debitoris, ut cognoverit creditoris voluntatem & diſpoſitionem ad reſtituendum, ita ut crediderit, ex ſe pendere, & in ſuo arbitrio eſſe, dare aut non dare hujuſmodi lucrum: quòdque illud non ſolverit ob timorem, ne creditor vellet exigere totum debitum, ſed ſolummodò ex mera gratitudine ob beneficium acceptum. Ex quibus inferri poteſt, quòd ſi is qui pecuniam mutuo dedit, aliquid dixit, ut debitorem induceret ad ſibi dandum tale lucrum, aliquo modo inſinuans, quòd ſi lucrum non detur, ſors principalis ab eo repetetur, ita ut verba creditoris debitorem impulerint ad ſolvendum lucrum: In talibus debet Confeſſarius creditorem ad reſtitutionem adſtringere, quia, ut ait Urbanus Papa III. *Hujuſmodi homines pro intentione lucri, quam habent, judicandi ſunt malè agere, & ad ea quæ taliter ſunt accepta reſti-*

Cap. Conſuluit, Extra, de uſuris.

*reſtituenda, in animarum judicio efficaciter inducendi.*

*Quæſt.* 4. Sufficit-ne ad abſolvendum uſurarium publicum, ut obligetur ad ſecretò reſtituendum?

*Reſp.* Reſpondendum eſt cum S. Thomâ, quòd *Vſurario notorio non tantum eſt perfectionis, ſed etiam neceſſitatis, ſaltem publicè & in manu Eccleſiæ reſtitutiones faciendas promittere & firmare; quia aliàs privaretur de jure Sacramento ſalutis & Chriſtiana ſepultura; & propter hoc dicit Apoſtolus* 1. *ad Timoth.* 5. *Peccantem coram omnibus argue.* Quod intelligi debet de publicis criminibus; quia ſemper conſuevit Eccleſia, pœnitentias publicas pro publicis criminibus imponere. D. Th. opuſc. 73, c. 18.

Hæc Apoſtoli verba in hoc planè ſenſu exponuntur in Concilio Tridentino his verbis: *Apoſtolus monet, publicè peccantes palam eſſe corripiendos. Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, unde alios ſcandalo offenſos, commotoſque fuiſſe non ſit dubitandum; huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam, publicè injungi oportet; ut quos exemplo ſuo ad malos mores provocavit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam revocet viam.* Cõc. Trid. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 8.

S. Carolus fidelis Decretorum Concilii Tridentini executor, dum in Concilio Mediolanenſi de iis quæ ad rectam Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem neceſſaria ſunt, loquitur, Confeſſarios monet, *Vt quemadmodum à ſancta Tridentina ſynodo juſſum eſt, publicè peccantibus publicam pœnitentiam imponant; neque illud publicæ pœnitentiæ genus, niſi data ab Epiſcopo facultate, ſecreta alia pœna commutare audeant.* Conc. Mediol. 1. tit. quæ pertin. ad Sacramen. pœnit. adminiſtr.

Sed de Pœnitentiæ publicæ neceſſitate fuſiùs diſſerui Tom. 4. Tract. 6. de Sacr. Pœnit. c. 7. n. 16. & ſeqq.

*Quæſt.* 5. Requiritur-ne neceſſariò, ut antequam Confeſſarius uſurarium abſolvat, contractus uſurarios reſciderit, & reſtituerit malè parta, ſi poſſit?

*Reſp.* Sanctus Carolus, in ſuis ad Confeſſarios admonitionibus, aſſerit, abſolvendos non eſſe uſurarios, niſi primò reſciderint illicitos contractus, & reſtituerint, ſi poſſint; quod & perpetuæ Eccleſiæ traditioni & rectæ rationi, & quotidianæ experientiæ conſentaneum eſt: vix enim fit reſtitutio ab eo, qui ante eam à Confeſſario imprudenti abſolutus eſt.

*Quæſt.* 6. Quo pacto Confeſſarius in futurum providere poterit?

*Reſp.* Primò, obligando pœnitentem ad promittendum, ſe non ampliùs mutuum cum aliquâ lucri intentione daturum; ſecundò, neceſſitatem imponendo exigendi quantò citiùs pecuniam quam cum tali lucro mutuam dedit, & nihil ex ea interim percipiendi, niſi in caſibus lucri ceſſantis vel damni emergentis, quando adſunt conditiones neceſſariæ, de quibus ſupra cap. 4.

D. Th. opuſc. de uſuris, c. 21. Rationem aſſignat S. Thomas his verbis: *In foro pœnitentiæ, ubi de correptione peccati agitur, maximè in quantum eſt contra legem Dei, ſic compellendi ſunt uſurarii ad reſtitutionem, ut beneficium abſolutionis eis denegetur, niſi reſtitutionem faciant plenam, quantum potuerint, aut dilationem petierint ab his quibus tenentur reſtituere; aut ſi pauperes & impotentes ſunt ad reſtitutionem faciendam, promittant Deo & Confeſſori ſuo quòd ſi aliquando ad frugem proſperitatis venirent, ſe reſtituturos pro ſua facultate: aut certè remiſſionem poſtulabunt ab his, quibus reſti-*

*reſtituere tenentur; aliàs non debent abſolvi in foro pœnitentiæ; & hæc omnia probantur beati Auguſtini autoritate, qua dicitur, quòd non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Sicut ergo Confeſſor oſtendit abſolutum à Deo quem abſolvit verbo; ita non debet abſolvere, niſi cum videt ſigna reſtitutionis fiendæ in confitente, quæ ſigna determinata ſunt in his quæ prædiximus, ſecundùm diverſos ſtatus reſtituentis*. Ex quibus S. Thomæ verbis ſequitur, non abſolvendum eſſe eum, qui rem alienam poſſidet, niſi priùs reſtituerit, ſi poſſit.

Dicit enim S. Auguſtinus relatus in Canone, quòd *Si res aliena, propter quam peccatum eſt, cùm reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur*. *Refertur in Can. Si res aliena* 15. q. 1. Et hæc doctrina firmari poteſt validâ ratione. Cùm enim juxta Theologorum conſenſum non debeat dari abſolutio ei qui in proxima peccandi occaſione voluntariè verſatur, niſi illam deſerat: ſatis videtur, teſte experientiâ, ex poſſeſſione pecuniæ vel rei alienæ, naſci occaſionem proximam & periculoſiſſimam peccandi, cùm ut plurimùm illius in praxi reſtitutio debita non fiat, aut ſine juſta cauſa differatur, præſertim poſt obtentam abſolutionem: ex quo ſequitur, Confeſsarium verè prudentem & pium non debere beneficium abſolutionis impertiri iis qui reſtitutioni obnoxii ſunt, priuſquam verè reſtituerint, ſi poſſint, cùm adeſt aliquod fundamentum ſuſpicandi, quòd ſi priùs detur abſolutio, reſtitutio vix fiet; ut ferè accidit.

*Quæſt.* 7. Quid agere debet Confeſsarius cum uſurario morti proximo, qui reſtituendi tempus non habet?

*Reſp.* Videtur, quòd tunc regulariter non ſufficit reſtitutionem filiis aut hæredibus committere, cùm frequens nimiùm experientia nos doceat, illam ſæpè aut penitùs non fieri, aut injuſtè minui. Et ita poteſt Confeſſarius alios ſecuriores reſtituendi modos prudenter ſuggerere, ut v. g. ſe pœnitens & bona ſua ſcribente notario coram teſtibus obliget, pro ſumma reſtituenda: aut ut legetur talis ſumma ei cui reſtitutio debet fieri, vel perſonæ probatiſſimæ fidei, qui eam nomine Teſtatoris faciat. Et ſic de cæteris pro diverſitate regionum, & circumſtantiarum, ita ùt, quantum fieri poteſt, reſtitutionis faciendæ major ſecuritas habeatur.

---

## CAPUT XII.

### *De Definitione, diviſione, & conditionibus Societatis.*

*Quæſt.* 1. QUID eſt Societas?

*Reſp.* Eſt duorum aut plurium circa res licitas & honeſtas conventio, in qua pecunia aut induſtria, aut aliæ res pretio æſtimabiles, in commune ponuntur, majoris lucri faciendi gratiâ. Dicitur primò conventio duorum aut plurium, quia contra naturam Societatis eſt, quòd à ſolo fiat. Secundò dicitur conventio circa res licitas & honeſtas; quia ſocietas in rebus malis & illicitis non ſubſiſtit: & ita ſi duo de dividendo inter ſe æquis partibus latrocinio convenerint, hæc non eſt vera Societas, ſed conſpiratio, ex qua nulla actio aut jus oritur. Dicitur tertiò, in qua pecunia, aut induſtria, &c. in commune po-

ponuntur; quia res Societatis communes debent eſſe, ita ut unuſquiſque ex Sociis damno & lucro participet. Demùm dicitur in definitione, majoris lucri faciendi gratiâ; quia hic eſt proprius Societatis finis.

*Quæſt.* 2. Quot ſunt Societatis ſpecies?

*Reſp.* Duo præcipuè vulgò aſſignantur, quarum prima circa animalia fit: in altera datur alicui mercatori pecunia negociationis causâ.

*Quæſt.* 3. Quales conditiones in Societate requiruntur ad hoc ut ſit juſta & licita in conſcientia?

*Reſp.* Requiruntur tres conditiones. Primò ut illi qui pecuniam vel animalia aliis in Societatem tradunt, nullo modo ſint ſecuri de ſorte principali, aut de aliquo intereſſe & lucro certo & determinato; quia ea omnia expreſsè prohibita reperiuntur à Sixto V. in Bulla quæ incipit *Deteſtabilis*, in qua damnat ſummus Pontifex, & reprobat omnes & quoſcumque contractus & conventiones & pactiones, quibus cavebitur, ut quidquid accidat & in quovis eventu, capitale, ſeu ſors principalis ſalva ſit ei qui eam in commercio contulit, utque detur eidem certa quantitas vel ſumma in ſingulos annos vel menſes loco lucri futuri; decernitque, tales contractus cenſendos eſſe uſurarios & prohibitos. Videns autem quòd multi cupiditate impellente varios modos hujuſce ſalubris Decreti eludendi reperire ſatagerent, ut uſuram ſub Societatis umbrâ exercere impunè poſſent: Societatis legitimæ leges præſcripſit, declarans omnes Societates in quibus non obſervarentur, cenſendas fore illicitas & uſurarias.

Illas autem Societatis legitimæ conditiones his verbis declarat: *Cuncti noverint*

So-

Sixtus V. in Bulla 45. anno 1586. *Societatem hujuſmodi, cùm impoſterum unus pecuniam, animalia, aut alias res & bona, alter verò operam vel induſtriam confert, purè, ſincerè & bona fide ſicut decet, juſtis & æquis conditionibus & pactis, ſecundùm juris diſpoſitionem, ac ſine ulla prorſus fraude, palliatione, aut uſurariæ pravitatis labe, aut ſuſpicione ineundas ſeu contrahendas eſſe: ita ut non ad certam ſummam aut quantitatem ab omni periculo & damno ut præfertur, immunem, lucri nomine, perſolvendam, neque ad capitale, ſi caſu fortuito perit, reſtituendum ſocius accipiens teneatur.*

Idem planè determinatum vidimus in Concilio Mediolanenſi I. à Sancto Carolo congregato, & à S. Bonaventurâ, ut ſupra cap. 3. num. 5.

Poteſt etiam probari, neceſſe eſſe, ut res in Societatem collatæ communes ſint, ita ut earum periculum ad omnes ſocios pertineat, tam quoad capitale, quàm quoad illius fructus, ex eo quod habetur in Gloſſa, quæ exponens hæc legis verba: Gloſſa in l. Si fratres. ff. pro ſocio. §. 2. *Cum certa quantitate: Item ex facto*, inquit, *quotitate ſcilicet tertia lucri vel quarta, alioquin non ſocietas, ſed fœnus contractum videtur.*

Secunda conditio ad Societatem requiſita, eſt, ut omnes ſocii aliquid in Societatem conferant, ſive pecuniam, ſive induſtriam, ſive laborem, aut aliud prætio æſtimabile.

Tertia, ut ſerventur æqualitas, ita ut unus non magis gravetur quàm alter, & lucrum, expenſæ, damna, & jacturæ, ſint communia; majuſque aut minus lucrum quis recipiat juxta pretium & æſtimationem eorum quæ in Societatem contulit, cùm, ut a.t Juſtinianus Imperator, juſtum ſit, illum qui

qui majora confert ſeu in pecunia ſeu in induſtria & ſimilibus, melioribus conditionibus ad illam admittatur.

*Quæſt.* 4. Nonne poteſt promitti certum & determinatum lucrum ei qui ſolam induſtriam confert?

*Reſp.* Id quidem licitè fieri poteſt, ſed tunc non contrahitur Societas, cùm nulla ſit vera communicatio in lucro & in damno (quod tamen eſt de eſſentia Societatis, ut probavimus) ſed contrahitur locatio operarum.

---

## CAPUT XIII.

### *De Societate animalium.*

*Quæſt.* I. QUALES conditiones in pecorum Societate requiruntur?

*Reſp.* Requiritur primò, ut quando moriuntur aut pereunt pecora, ſine culpa ejus qui illa in Societatem accepit, eorum jactura ad dominum, ſeu illum qui ea in Societatem contulit, ſpectet, non verò ad accipientem; ſi enim aliter inter ſocios conveniret, contractus eſſet uſurarius, ut conſtat ex Bulla Sixti V. ſupra citata: *Damnamus & reprobamus omnes & quoſcumque contractus, & conventiones & pactiones poſthac ineundos, ſeu ineundas, per quos, ſeu quas cavebitur perſonis pecunias, animalia, aut quaslibet alias res Societatis nomine tradentibus, ut etiam ſi fortuito caſu quamlibet jacturam, damnum aut amiſſionem ſequi contingat, ſors ipſa ſeu capitale ſemper ſalvum ſit, & integrum à ſocio recipiente reſtituatur, ſive ut de certa quantitate vel ſumma* In Bulla, Deteſtabilis, Sixti V.

*in*

*in ſingulos annos aut menſes, reſpondeatur. Statuimuſque hujuſmodi contractus, conventiones, & pactiones, uſurarios, & illicitos poſt hac cenſeri debere. Atque impoſterum non licere iis qui pecunias vel animalia, aut alias res in Societatem tradent, de certo lucro, ut præfertur, percipiendo, inter ſe paciſci & concordare. Neque etiam ſive ad certum, ſive ad incertum lucrum convenerint, ſocios, qui ea recipient, ad ſortem ſeu capitale ſalvum & integrum, ubi illud caſu fortuito perierit, vel amiſſum erit, reddendum quovis pacto aut promiſſione ſibi obligare. Ac ne de cætero Societates ineantur ſub hujuſmodi pactis & conditionibus, quæ uſurariam pravitatem ſapiunt, diſtrictè interdicimus & prohibemus.*

Concilio Mediol. 1. de uſuris.

Dicitur etiam in Concilio Mediolanenſi, quòd *In Societate animalium quæ inæſtimata alicui dantur ad cuſtodiam, ſive ut operas præſtet, omnes caſus, etiam fortuiti, ſemper ſint periculo ejus qui dederit, niſi id alterius ſocii dolo, vel magna negligentia accidiſſe conſtiterit; nec fiat pactum, ut ſors ſit ſemper ſalva etiam ex primis fœtibus.* Et idem habetur in Concilio Burdigalenſi anno 1585. congregati cap. 29.

L. Si fuerit ff. pro ſoc. §. Ariſt.

Ratio autem, cur neceſſe ſit, ut is qui pecora in ſocietatem confert, ſubeat periculum ſortis principalis, eſt primò, quia contra naturam Societatis eſt, quòd lucrum percipiatur ab eo qui non ſuſtinet periculum ſortis, juxta mentem leg. *Si non fuerit.* §. *Ariſto.* ff. *pro ſocio.* ubi dicitur, Societatem injuſtam eſſe, cùm is qui damnum ſuſtinet lucrum non percipit; *Iniquiſſimum enim genus Societatis eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum expectet.* Ex quibus verbis ſequitur, quòd è contrario ille qui nullum damnum & periculum ſubire vult, nullum etiam lucrum ſperare debet. Secundò, quia

pa-

pactum quo cavetur,ut omne periculum ad unum ex ſociis ſpectet, contrarium eſt æqualitati quæ inter ſocios, jure quodam fraternitatis, obſervari debet, & talem contractum uſurarium reddit. Tertiò, quia dum res datur eâ conditione, ut alia ſimilis reddatur, mutuum contrahitur, ut videtur in leg.2. §. *Mutui datio.* ff. *ſi certum petatur*. At ille qui mutuo dat cum pacto recipiendi aliquid ultra ſortem principalem, uſuram committit, ut conſtat ex Can. *Si fœneraveris.* 14. q. 3.

Secunda conditio, quæ requiritur, ut Societas ſit licita, eſt, ut ille qui animalia in Societatem recipit, ſe in tali adminiſtratione fideliter converſaturum promittat, nec animalia mutaturum, ſed debito modo eorum conſervationi invigilaturum, & de eorumdem animalium fructibus rationem fideliter redditurum.

Tertia conditio eſt,ut ſervetur æqualitas, id eſt, ut unus non magis gravetur quàm alius; & idcircò lucrum, expenſæ, jacturæ, damna juſtè inter ſocios dividantur; ita ut qui animalia cuſtodienda recipit, lucri partem habeat laboribus, curis, induſtriæ, & expenſis in hujuſmodi cuſtodia faciendis convenientem; & pariter alius qui animalia in Societatem contulit, quorum jacturam ſuſtinet, juſtam etiam lucri partem conſequatur.

*Quæſt.* 2. Quidnam ex ſupradictis concludendum eſt?

*Reſp.* Concludendum eſt primò,quòd ſi emantur animalia à ruſtico, quæ deinde eidem in Societatem dabuntur, juſto pretio emenda ſunt, aliàs enim injuſtitia committitur, cum juxta doctrinam ſancti Thomæ, *Si vel pretium excedat quantitatem valoris rei, vel è converſo res excedat pretium,* tol- D.Th. 2.2. q.77. art.1. in corp.

*tolletur juſtitiæ æqualitas ; & ideo carius vendere, vel vilius emere rem quàm valeat, eſt ſecundùm ſe injuſtum & illicitum.*

Secundò, concludendum eſt, quòd contractus Societatis animalium, in quo qui animalia confert, nullum periculum ſuſtinet, eo quòd pacto convenit, ut ruſticus finito tempore prætenſæ Societatis, ſeu potiùs appaltus, ei reſtituat eumdem animalium numerum juxta æſtimationem factam, injuſtus eſt, & illicitus, ſi ſperetur aliquod lucrum ultra ſortem principalem; tunc enim verus eſt contractus mutui, in quo uſuram ſine dubio committit, qui aliquid ultra ſortem principalem ſperat, ut videre eſt in Can. *Plerique.* 14. qu. 3. quia, ut ſupra dictum fuit, ad hoc ut ſit vera Societas, requiritur, ut ſocii in lucro & in damno participent; & talis contractus in Concilio Mediolanenſi damnatus fuit his verbis: *Si autem animalia dentur æſtimata, ita ut ſors danti ſalva ſit, nihil omnino percipi poſſit.*

Concilio Mediol. 1.

*Quæſt.* 3. Ille qui multas poſſidet paſcuales terras, poteſt-ne inquilino animalia æſtimata dare cum hac conditione, ut talis inquilinus teneatur poſt certum tempus illa animalia juxta priorem æſtimationem reſtituere, & interim unoquoque anno aut menſe certam quantitatem lactis, caſei, butiri, aut lanæ ſolvere?

*Reſp.* Certum eſt, quòd juxta principia in hac materia ſtabilita, quæ ſuper deciſionibus ſummorum Pontificum, & Conciliorum fundata ſunt, ſi id quod percipietur quovis anno vel menſe ab illo qui talia animalia dedit, ſuperat juſtum paſcuorum pretium (quod ſemper in praxi accidit) ibi reperitur uſura manifeſta; conſtat enim ex iis quæ ſuperiùs dicta ſunt, quòd dum æſti-

æſtimata dantur animalia, nihil ex illorum fructibus recipi poteſt.

*Quæſt.* 4. Debet-ne uſurarius cenſeri, qui fundum inquilino colendum tradit, ita ut teneatur ex illius fructibus quingentos aureos annuatim ſibi ſolvere, eo quòd fundo adjuncta ſunt animalia ſecundùm æſtimationem data, quæ talem fundum melioris conditionis reddunt, qui fundus ſine animalibus quadringentos aureos tantùm annuatim domino redderet?

*Reſp.* Haud dubiè in tali contractu uſura reperitur, cùm dominus intendat aliquid ratione animalium recipere, quæ mutuo tantùm data ſunt, ut ſupra probatum eſt.

*Quæſt.* 5. Quandoquidem poteſt inquilino tradi fundus ad certum tempus cum pacto quòd annuatim certum illius intuitu lucrum ſolvat, quare non eodem modo poterit percipi lucrum certum ex animalibus quæ fundo adjunguntur, cùm animalia perinde ac fundus ex natura ſua fructifera ſint?

*Reſp.* Dicendum eſt primò, magnam reperiri diverſitatem inter traditionem fundi inquilino factam, & traditionem animalium; in traditione etenim fundi non transfertur dominium, quod tamen eſt de eſſentia mutui, & inquilinus tenetur ſemper, finito termino conſtituto, eumdem fundum domino reſtituere. At in traditione animalium æſtimatorum, transfertur dominium in accipientem, qui non tenetur ad reſtituenda eadem animalia, ſed tantùm ſimilia & ejuſdem qualitatis & quantitatis: & hæ duæ conditiones conſtituunt eſſentiam mutui, ex quo nullum lucrum ſperare licet ſine uſura.

Dicendum ſecundò, ſufficere debere quod

quòd Chriſtianus ſciat, id eſſe legibus Eccleſiæ prohibitum, ut ſtatim concludat faciendum nullo modo eſſe.

*Quæſt.* 6. Nonne dici poſſet, dominum animalia inquilino locaſſe, & ita licitè poſſe aliquid ultra ſortem principalem exigere, ſicut aliquid exigi poteſt pro locatione equi & ſimilium?

*Reſp.* Reſpondeo locari animalia, ut alicui uſui inſerviant, ut equi ad itinerandum aut arandum terram & ſimilia; non verò ut ex eis fructus proveniat: talis enim fructus juxta Canones locari nullo modo poteſt. Adde, quòd dum locatur equus, debet idem equus reſtitui finita locatione, quod eſt contra naturam mutui, ut videtur in leg. *Mutuum.* ff. *ſi certum petatur.* Prætereà res quæ locantur, uſu ut plurimum minuuntur & deteruntur; animalia autem quæ æſtimata dantur, nullomodo minui poſſunt aut deteri in præjudicium dantis, cùm recipiens teneatur ſemper animalia ejuſdem æſtimationis & valoris reſtituere.

*Quæſt.* 7. Quomodo ſe gerere debet dominus, dum boves aut vaccas, fundi ſui melioris efficiendi causâ, tradit, ſubminiſtrando paſcua ad eos alendos neceſſaria?

*Reſp.* Neceſſe eſt, ut dominus periculum ſortis principalis in ſe recipiat, ita ut ſi aliquod animal ſine culpâ recipientis moriatur, domino pereat: & ita licitum erit mediam partem fructuum ex animalibus provenientium conſequi; quia in hoc caſu erit vera & legitima Societas, in qua tres ſupradictæ conditiones reperiuntur. Et hæc eſt doctrina Sancti Thomæ, licèt enim de pecunia loquatur, idem tamen dicendum ſine dubio eſt de animalibus propter omnimodam paritatem rationis:

*Ille,*

*Ille*, inquit, *qui committit pecuniam ſuam vel mercatori, vel artifici per modum Societatis cujuſdam, non transfert dominium pecuniæ ſuæ in illum, ſed remanet ejus; ita quòd cum periculo ipſius mercator de ea negociatur, vel artifex operatur: & ideo ſic licitè poteſt partem lucri inde provenientis expectare tanquam de re ſua.* D. Th. 2.2. q.78.art.2. ad 5.

*Quæſt.* 8. Nonne excuſari poteſt contractus, in quo animalia æſtimata in Societatem traduntur, ut pecora ruſtico, eo pacto ut reddere teneatur, finitâ Societate, eundem pecorum numerum ejuſdem æſtimationis & valoris, modò tradens rationabiliter ruſtico compenſet periculum animalium, quod in ſe recipit ruſticus, dum ſe obligat ad reſtituendum eundem animalium numerum aut eorum æſtimationem? Nonne videtur, quòd cùm periculum quod ſuſtinet ruſticus, aliquo pretio æſtimari poſſit, ille qui animalia tradit, iniquè cum eo non agit, ſi juſtam æſtimationem talis periculi computet & compenſet, relinquendo ruſtico majorem fructuum ex animalibus provenientium partem, quàm aliàs conſequeretur.

*Reſp.* Certum eſt, quòd ille qui animalia tradit, non poteſt ita paciſci, ut nullum ſortis principalis periculum ſuſtineat, etiamſi ob eam cauſam minorem fructum ex animalibus conſequatur; quia tale pactum efficit, ut cõtractus ſocietatis mutetur in verum mutuum, vi cujus nihil ſine uſura percipi poteſt; quia tunc dominium rei traditæ translatum cenſetur in accipientem, qui etiam tenetur reſtituere animalia ejuſdem valoris: & ita adſunt conditiones neceſſariæ ad conſtituendum mutuum, quæ Societatem protinùs tollũt & deſtruunt, ut habetur in ſupra citata leg. *Si non fuerint*.

§. *Ari-*

§. *Ariſto*. ff. *pro ſocio*. Et ut conſtat ex ſupra dicta doctrina S. Thomæ 2.2. quæſt.78. art.2. ad 5. in ſocietate lucrum ad eum pertinere debet, qui periculum ſuſtinet: & ita cùm in caſu propoſito, omne periculum ſpectet ad eum qui animalia recipit, debet conſequenter omne lucrum ex eis proveniens conſequi: ita ut ſi ille qui animalia æſtimata dedit, velit aliquid ultra ſortem principalem percipere, injuſtitiam manifeſtam committat; ex eo quòd vult lucrum percipere, quod ad eum non pertinet, quia nullum periculum ſuſtinet; quod fuſiùs explicabitur cap. ſequenti, in quo de trium contractuum juſtitia diſſeretur.

Carlo Card. Barberino, in Synodo Farfenſi.

Hæc doctrina egregiè confirmata reperitur in eruditâ venerabilique Synodo ab Eminentiſſimo Carolo Cardinali Barberino congregatâ, & in lucem editâ pro Abbatiis Sanctæ Mariæ Farfenſis, & Sancti Salvatoris majoris; cui Synodo maxima certè authoritas accedit, ex eo quòd in illius directione ſtrenuam ac diligentiſſimam operam navavit, dum in minoribus eſſet, ipſe ſummus Pontifex Clemens divinâ providentiâ Papa XI. ut videre eſt in eadem Synodo, pag.352.

*Declaramus*, inquit Eminentiſſimus Cardinalis in hac eadem Synodo, *illos contractus illicitos eſſe & uſurarios, qui dicuntur ad gaudendum*, *vulgò*, a godere a godere; *quando ſcilicet dantur mutuo quinquaginta nummi, & interim donec reddantur, conceditur poſſeſſio alicujus fundi vel alterius rei, unà cum ejuſdem fructibus.*

*Contractus & ſocietates ad caput ſalvum, etiam dum de animalibus agitur; cum ſcilicet ſors principalis ſēper dāti ſalva ſervatur: quas ſocietates nullas & invalidas declaramus.*

*Illi-*

*Illicitus etiam eſt contractus, quo triticum turcicum, aut aliàs malæ qualitatis, traditur, ut aliud melius habeatur; ſed ejuſdem ſpeciei, qualitatis, & quantitatis debet omnino eſſe.*

*Illicitum eſt inire contractus ſimulatos, & apponere majus pretium, eo quod reverà traditum fuit: ſeu id fiat ut vicinus à jure congrui excludatur, aut ut pallientur alii quicumque contractus.*

*Editto contro gli Vſurarii. pag.494.*

Dichiariamo eſſere contratti illeciti & uſurarii, quelli che dicono a godere a godere; cioè impreſtar cinquanta ſcudi, e goderſi una poſſeſſione ò altro con prenderſene il frutto.

Li contratti e compagnie a capo ſalvo, etiam d'animali, cioè riſervata ſempre la ſorte principale per il dante: dichiariamo nulle & invalide.

E anche contratto illecito, il preſtar grano turco, ò altro grano di mala qualità, e ripigliare grano buono, e ſimili; mà deve eſſere della medeſima ſpecie in quantità e qualità.

Non è lecito di far contratti ſimulati, con apporre maggior prezzo di quello ch'effettivamente ſi sborſa, ò ſia per eſcludere il vicino dal jus congruo, ò per palliare altri contratti di qualſivoglia ſorte.

*Quæſt.* 9. Quonam modo licitè fieri poſſunt contractus & ſocietates circa animalia?

*Reſp.* Poteſt v. g. tradi pecorum, aut aliorum animalium grex ad ſex annos, ita ut per totum hoc tempus æqualiter dividantur inter dantem & accipientem, fru-

fructus qui ex tali grege proveniunt, & finito contractus tempore, dividatur etiam grex, eo modo quo fuerit expreſsè conventum.

Poteſt etiam ita fieri, ut unuſquiſque mediam animalium partem in Societatem conferat, ſicut & expenſarum, quæ ad alenda & cuſtodienda animalia requiruntur: & deinde animalia, & eorum fructus æqualiter dividantur. Vel etiam poteſt unus è ſociis paſcua ſubminiſtrare, & alter expenſas cuſtodiæ, & ſic de cæteris.

---

## Caput XIV.

### *De Contractu Societatis pecuniariæ, & utrum poſſit, aſſecurata ſorte principali, aliqua ſpes lucri remanere per viam trium Contractuum.*

*Quæſt.* 1. Peccat-ne, qui mediante Societatis contractu, pecuniam mercatori, negociationis causâ tradit?

*Reſp.* In hoc nihil mali eſt, modò adſint conditiones requiſitæ, quarum præcipua eſt, ut adſit commuicatio & communio quædam jacturæ & lucri, inter recipientem & dantem; quia talis communicatio eſt de eſſentia Societatis.

*Quæſt.* 2. Nonne poſſet in Societate, aſſecuratio ſortis principalis, & alicujus lucri per viam triplicis contractûs fieri?

*Reſp.* Ut difficultati propoſitæ dilucidè reſpondeatur, ſciendum eſt primò, quid per tres contractus intelligatur: quod ut breviter exponatur.

Scien-

Sciendum eſt, primum contractum vocari Societatis contractum, per quem unus ex ſociis pecuniam confert, & alter induſtriam, eâ conditione, ut æqualis ſit uniuſcujuſque jactura & lucrum.

Secundus contractus vocatur Aſſecuratio ſortis principalis, dum ſcilicet ille qui ſolam induſtriam in Societatem contulit, ſecurum facit de ſorte principali eum qui pecuniam contulit, eâ conditione, ut ad compenſandum periculum, quod ſubit, retineat aliquam partem lucri, quod ei qui pecuniam contulit, competeret. In tertio contractu fit emptio minoris lucri certi, pro majore lucro incerto; dum ille cui data eſt ſecuritas ſortis ſuæ principalis, ut omnem ſuſpicionem amoveat, & vitet laborem neceſſarium in rationum redditione ſocii examinandâ, illum rogat ut ſecurum eum de aliquo lucro certo faciat, paratus aliquam partem lucri ſibi probabiliter in ſocietate obventuri cedere: exempli gratiâ, Joannes contractum Societatis cum mercatore init, eâ conditione, ut dictus Joannes pecuniam, mercator verò induſtriam in Societatem conferant, & æqualiter in lucro & in damno participent. Joannes timens pecuniæ traditæ jacturam, mercatori proponit, ut ſibi Joanni ſecuritatem faciat de ſorte principali, mediante aliqua parte lucri ſibi convenientis, quæ illi mercatori relinquetur. Et ita ſi probabile eſſet, quòd in hac ſocietate lucrum aſcenderet uſque ad quindecim nummos pro quolibet centenario, mercatori tertia hujus probabilis lucri pars ceditur, ad compenſandum periculum, quod pro Joanne ſubit. In tertio autem contractu, Joannes vendit lucrum incertum, quod probabiliter aſcenderet uſque ad de-

decem pro quolibet centenario; pro lucro certo, quinque pro centenario: & ita inito iſto ultimo contractu, remanet obligatus mercator ad aſſecurationem ſortis principalis Joannis, cum intereſſe annuo quinque pro quolibet centenario.

Hoc poſito, conſtat ex his quæ capite præcedenti dicta ſunt, non licere in ſocietate, aſſecurare ſortem principalem, aut intereſſe per tres hujuſmodi contractus; quia ſecundus & tertius contractus deſtruunt eſſentialia ſocietatis, videlicet participationem in lucro & in damno, quæ cum his tribus contractibus ſubſiſtere nullo modo poteſt; quia per illos id efficitur, ut unus è ſociis habeat lucrum certum non obſtante alterius ſocii damno, & ita nulla fit participatio in lucro & in damno.

Secundò, injuſtitia triplicis hujuſmodi contractus damnata fuit in Conſtitutione Sixti V. quæ adeò clara eſt, ut Azorius part. 3. lib. 9. cap. 4. quæſt. 7. dixerit, eos Doctores qui pro tribus contractibus ſteterunt, ante Sixti V. Conſtitutionem ſcripſiſſe: *Damnamus*, inquit ſummus Pontifex, *& reprobamus omnes & quoſcumque contractus, conventiones, & pactiones poſthac ineundos ſeu ineundas, per quos ſeu quas cavebitur perſonis pecunias, animalia, aut quaslibet alias res ſocietatis nomine tradentibus, ut etiam ſi fortuito caſu quamlibet jacturam, damnum aut amiſſionem ſequi contingat, ſors ipſa ſeu capitale ſemper ſalvum ſit, & integrum à ſocio recipiente reſtituatur, ſive ut de certa quantitate vel ſumma in ſingulos annos aut menſes, durante ſocietate, reſpondeatur: Statuimuſque hujuſmodi contractus, conventiones & pactiones, uſurarios & illicitos poſthac cenſeri debere.*

Sixtus V. in Bulla 45. quæ incipit, Deteſtabilis.

*Ac*

*Ac ne de cætero ſocietates ineantur ſub hujuſmodi pactis & conditionibus, quæ uſurariam pravitatem ſapiunt, diſtrictè interdicimus & prohibemus*. Deinde hujuſmodi ſocietatum autores damnat, uſurarios eſſe declarat, & pœnis Canonicis pręcipit coerceri. Conſtat igitur ex hac Bulla, non poſſe per viam ſecundi contractus aſſecurari ſortem principalem, cùm in ea damnentur contractus per quos id efficitur, ut aſſecuretur ſors principalis illis, qui pecuniam aut animalia aliis, ſub prætextu faciendæ ſocietatis, tradiderunt.

*Quæſt.* 3. Nonne huic Conſtitutioni reſponderi poteſt, in ea non damnari aſſecurationem capitalis vel ſortis principalis & intereſſe, tanquam juri naturali & divino contrariam, ſed ut de uſura ſuſpectam, & ita contrariam ſoli juri Eccleſiaſtico, quod talem aſſecurationem damnat, præcipuè dum cum pauperibus fit hujuſmodi contractus: & ita talem conſtitutionem obligare ſolummodò in illis regionibus, in quibus publicata & uſu recepta fuit?

*Reſp.* Conſtat ex Bullæ verbis & rationibus, quibus ad illam publicandam motus fuit ſummus Pontifex, illam aſſecurationem non ſolùm Juri Eccleſiaſtico, ſed etiam divino & naturali contrariam eſſe: *Irrepit enim*, inquit Pontifex, *verſutè & callidè antiquus humani generis hoſtis per varios dolos & fallacias, & incautos homines quæſtus dulcedine captos & delinitos opprimit, atque eò perducit, ut ſe ipſos in uſurarum voraginem Deo hominibuſque odioſam, ſacris Canonibus damnatam, & Chriſtianæ charitati contrarium, fœdè immergant, & dum vanas & terrenas divitias quærunt, veras ac cœleſtes amittunt, ſicut nuper cum magno dolore audivimus* Sixtus V. in Bulla 45.

*vimus hoc malum in quaſdam provincias pervaſiſſe. Nam multi ſpecioſum & honeſtum ſocietatis nomen ſuis fœneratitiis contractibus prætexendo, &c.* Hæc Bulla integra reperitur infrà, Tomo ſecundo in fine.

Videatur etiam Edictum vulgari linguâ ab Eminentiſſimo Cardinali Ghiſio, Epiſcopo Albanenſi, promulgatum, quod in fine hujus Tomi primi integrum refertur.

*Quæſt.* 4. Nonne pariter reſponderi poteſt, Pontificem tantùm intendere contractum ſocietatis damnare, in quo unus è ſociis ſecuritatem habet de ſorte principali & intereſſe, in vim ſolius contractus ſocietatis: non autem voluiſſe condemnare ſocietatem, in qua aſſecuratio ſortis principalis per ſecundum contractum habetur, in quo compenſatur periculum quod in ſe recipit mercator, quodque aliquo juſto pretio appretiari poteſt?

*Reſp.* Certum eſt, quòd Pontifex non dicit ſe damnare aſſecurationem ſortis principalis aut intereſſe certi, dum fit ex vi contractus ſocietatis; ſed abſolutè damnat omnem contractum, in quo datur ſecuritas ſortis principalis cum aliquo intereſſe; quia talis aſſecuratio ſortis principalis cum determinatione intereſſe & lucri uſuraria eſt. Ex quo ſequitur, omnes & quoſcumque contractus, in quibus aderunt hæ duæ conditiones (aſſecuratio ſcilicet ſortis principalis & determinatio alicujus lucri certi) uſurarios eſſe & in hac Bulla damnatos; niſi tamen perciperetur aliquod intereſſe ex pecunia propter verum lucrum ceſſans aut damnum emergens, prout explicatum fuit cap. 4.

Præterea prævidens idem ſummus Pontifex, quòd varii hujuſce conſtitutionis eludendæ modi, cupiditate impellente, re-

reperiri poterant, ut prætexu licitæ ſocietatis uſura impunè exerceretur, neceſſarias ſocietatis conditiones præſcripſit his verbis: *Sed potiùs cuncti noverint, ſocietates ita ineundas ſeu contrahendas eſſe, ut non ad certam ſummam aut quantitatem ab omni periculo & damno, ut præfertur, immunem, lucri nomine perſolvendam, neque ad capitale, ſi caſu fortuito perit, reſtituendum, ſocius accipiens teneatur.* Definiens, uſurarias eſſe omnes illas ſocietates, in quibus illæ conditiones non adeſſent. At conſtat, illas conditiones non reperiri in ſocietate quæ cum triplici contractu celebratur, cùm è contra in illa adſint conditiones diverſæ & oppoſitæ, quas Pontifex excludit & damnat. Dicendum eſt igitur, hujuſmodi tres contractus in illa conſtitutione injuſtos & uſurarios declarari.

Bulla Sixti V. Vide To. 2. in fine.

*Quæſt.* 5. Quo modo dici poteſt, pactum, quod quis non teneatur participare in ſortis principalis damno, eſſe contra ſocietatis naturam; cùm Ulpianus dicat in leg. *Si non fuerint*, *ff. pro ſocio*, fieri poſſe ſocietatem ita, ut unus è ſociis de damno non teneatur, & tamen de lucro participet?

*Reſp.* Conſtat, quòd non ſolùm concludi non poteſt ex verbis leg. *Si non fuerint*, licere paciſci de aſſecuratione ſortis principalis in ſocietate; ſed è contra eadem lex expreſſis verbis tale pactum excludit, dum decernit illud fieri non poſſe, niſi cùm unius è ſociis induſtria eſt æquè æſtimabilis, ac damnum pecuniæ. *Ita*, inquit lex, *conveniri ſocietatem poſſe, ut nullam partem damni alter ſentiat, lucrum verò commune ſit; quod ita demum valebit ſi tanti ſit opera, quanti damnum eſt; plerumque enim tanta eſt induſtria ſocii, ut*

L. Si non fuerint, ff. pro ſocio.

*plus ſocietati conferat, quàm pecunia.* Ratio igitur, cur in hoc caſu licita ſit talis ſocietas, ea eſt; quia ſi is qui in ſocietate induſtriam confert, quæ eſt ejuſdem pretii ac pecunia, ſubiret aliquod periculum pecuniæ, haberet in ſocietate plus periculi quàm lucri; ſuſtineret enim ex una parte periculum induſtriæ ſuæ, quæ eſt æquè æſtimabilis ac ipſa pecunia, & ex alia periculum alicujus partis pecuniæ; quod eſſet contra æqualitatem quæ inter ſocios obſervari ſemper debet; tunc enim mercator ex quatuor partibus periculi, tres ſuſtineret, & tamen haberet tantùm mediam lucri partem. Ex quo ſequitur, legem decernere, ut lucrum quod in ſocietate percipitur, ſit proportionatum & conveniens periculo quod ſuſtinetur; & ita quòd ille qui nullum periculum ſubire vult, nullum etiam lucrum percipere poſſit.

*Quæſt.6.* Si dum induſtria eſt æquè æſtimabilis ac ipſa pecunia in ſocietate collata, licet percipere partem lucri, etiam ſi de damno quis non teneatur: Nonne etiam dici poteſt, quòd in ſocietate in qua induſtria parùm æſtimabilis eſt, & in qua nullum ferè reperitur periculum, ille qui pecuniam confert, poteſt mediam lucri partem percipere, licèt de nullo damno teneatur?

*Reſp.* Ut dilucidè cognoſcatur, quòd ille qui pecuniam in ſocietatem confert, nullum unquam lucrum percipere poteſt, dum nullum vult ſubire periculum, nec de ullo damno teneri: Supponendum eſt pecuniam ex natura ſua ſterilem eſſe, nullumque fructum dare poſſe, niſi mediante illius induſtria qui eâ utitur. Et ita ex duobus ſolis capitibus, lucrum aliquod ex ſocietate percipi poteſt, vel quia in ea appo-

apponitur appretiabilis induſtria, vel quia adeſt amittendæ pecuniæ periculum: & ille qui nullam induſtriam in ſocietate apponit, poteſt ſolummodò lucrum percipere ex eo, quòd pecuniam ſuam periculo commercii exponit; quod certè periculum pecuniâ appretiabile eſt: Et hæc eſt ratio ſancti Thomæ his verbis expreſſa: *Ille qui committit pecuniam ſuam vel mercatori vel artifici, per modum ſocietatis cujuſdam, non transfert dominium pecuniæ ſuæ in illum, ſed remanet ejus: ita quòd cum periculo ipſius, mercator de ea negotiatur, vel artifex operatur: & ideò ſic licitè poteſt partem lucri inde provenientis expetere tanquam de re ſua.* Et conſequenter ille qui in ſocietatem nullam induſtriam apponit, nec ullum periculum pecuniæ ſuſtinet, nihil ex ea ſocietate percipere licitè poteſt; quia rationes, propter quas aliquid percipi poteſt, tunc temporis non adſunt. Et ita videtur, quòd hæc eſt differentia inter illum qui partem lucri in ſocietate percipit, quia induſtriam confert, licèt nullum periculum pecuniæ ſubeat: & illum qui pecuniam ſolummodò conferens, vult aliquod lucrum habere ſine ullo damni periculo; nam in primo caſu, ratio, propter quam lucrum percipi licitè poteſt, ſcilicet quia apponitur induſtria, cujus periculum in commercio ſuſtinetur, remanet intacta. In ſecundo verò caſu nulla adeſt ratio, cùm nec induſtria, nec pecuniæ periculum adſit.

D. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 5.

*Quæſt.* 7. Nonnè dici poſſet, quòd cùm periculum pecuniæ reſpectu illius qui illam tantùm in ſocietatem confert, requiratur ſolummodò ut adſit æqualitas, quæ inter ſocios ſervari ſemper debet; illud periculum neceſſariò ſubeundum non eſt, dum

is qui illud ſubire renuit, dat aliquam partem lucri, quod probabiliter ſibi in ſocietate obveniret, ad compenſandum periculum, quod ſocius ſuſtinet: & ita æqualitas in ſocietate obſervatur, cùm lucrum, quo ſe in favorem ſocii primus ſpoliat, æquè æſtimabile ſit, ac periculum quod ſecundus in ſe recipit?

*Reſp.* Dum ille qui pecuniam ſolummodò in ſocietatem confert, periculum ſuſtinere non vult, æqualitas inter ſocios nullo modo obſervari poteſt, ſi aliquod lucrum ex ſocietate idem recipiat: neque dici poteſt, ſocium ſufficientem compenſationem pro periculo recipere, dum ei remittitur aliqua pars lucri, quod probabiliter in ſocietate habebitur: & ratio eſt, quia ut dictum eſt præcedenti N. juxta ſanctum Thomam, tota ratio propter quam ille, qui pecuniam in ſocietate ſolummodò confert, poteſt aliquam partem lucri recipere, eſt, quia pecuniam ſuam periculo negotiationis exponit: & ita dum totum illius periculum in ſocium rejicit, ad hoc ut æqualitas ſervaretur, neceſſe eſſet, ut idem ſocius omne ſocietatis lucrum perciperet, cùm in hoc caſu id omne conferat, ex quo lucrum juſtè provenire poteſt. Sicut igitur æqualitas non ſervaretur in ſocietate, ſi Joannes qui mediam partem lucri percipere debet, eo quòd induſtriam æquivalentem pecuniæ in ſocietatem confert, ita conveniret cum Petro, qui pecuniam confert, ut eidem Petro aliquam partem lucri cederet, cum eâ conditione, ut Petrus conferret & pecuniam & induſtriam; quia cùm in eo caſu tota ratio lucrandi in ſocietate ſpectet ad Petrum, æquum eſt, ut totum omninò lucrum percipiat: ita pariter concludendum eſt, æqualita-

litatem inter ſocios obſervari nullo modo poſſe, dum ille qui pecuniam in ſocietate ſolummodo contulit, non vult illius amittendæ periculum ſuſtinere, & tamen aliquam partem lucri ſocialis percipit; licèt illud periculum neceſſariò ſubeundum ſit, ut adſit aliquod jus participandi in lucro; nam ſola pecunia ſine periculo ſterilis eſt ex natura ſua, & ita corruit omne lucrandi fundamentum.

*Quæſt.* 8. Quo pacto reſponderi poteſt objectioni ſumptæ ex Decretali Innocentii III. in cap. *per veſtras*, *De donationibus inter virum & uxorem*? In qua vult Pontifex, ut maritus qui non eſt ſolvendo, fidejuſſorem inveniat, & cautionem det de reddenda dote, aut certè illam alicui mercatori tradat, ut ex honeſto lucro, quod ex ea percipiet, onera matrimonii ſuſtinere poſſit. Ibi intendit Pontifex, quòd dos ſit in ſecuro, cùm illius ſecuritatis habendæ causâ, decernat, ut in manibus mariti non remaneat: & tamen in hoc caſu poteſt maritus honeſtum ex ea lucrum percipere, ad ſuſtinenda onera matrimonii. Itaque concludi poſſe videtur, poſſe lucrum ex pecunia percipi, licèt aſſecuretur ſors principalis.

*Reſp.* Ut huic difficultati breviter & dilucidè reſpondeatur, dicendum eſt, non intendiſſe ſummum Pontificem, quòd dos mercatori tradita eſſet immunis à periculis, & fortuitis eventibus, qui in ſocietate accidere poſſunt; ſed tantùm quòd liberaretur ab evidenti periculo, in quo reperiebatur apud pauperem maritum, qui fidejuſſorem dare non poterat: & ideò præcipit ut dos mercatori tradatur, ut poſſit maritus ex honeſto lucro, quod ex ea proveniet, onera matrimonii ſuſtinere. Inten-

dit autem, ut dos ſit apud mercatorem, eodem planè modo quo eſſet apud maritum divitem, cùm ratio propter quam marito ordinatum fuit, ut dotem apud mercatorem collocaret, fundetur in ſola mariti paupertate: & quemadmodum licèt dos eſſet apud maritum divitem, à caſibus fortuitis non eſſet immunis; ſequitur, quòd etiam à talibus caſibus fortuitis immunis eſſe non debet apud mercatorem. Quod clarè patet ex Gloſſa, quæ exponens illa Decretalis verba *Honeſti lucri: Non enim,* inquit, *tenetur maritus fœnerari dotem, & de uſuris alere uxorem; ſed convertat eam in ſocietatem honeſtam, vel aliquod commercium, ut ex lucro honeſto eam alat:* At evidens eſt, ex his quæ ſuperiùs dicta ſunt, ſocietatem honeſtam non eſſe, niſi adſit communicatio & participatio in lucro & in damno, quæ tamen participatio poſt ſecuritatem factam de ſorte principali, omninò corruit.

Gloſſa in cap. Per veſtras, de donat. inter virum & uxorē.

*Quæſt. 9.* Quare in ſocietate non poterit fieri pactum, ut ſortis principalis periculum ad mercatorem ſpectet, etiam ſi ad eum non transferatur pecuniæ proprietas & dominium, ſicut fieri poteſt pactum in contractibus depoſiti, commodati & locationis, ut periculum rei depoſitæ, commodatæ, aut locatæ, non ſpectet ad dominum rei, ſed ad depoſitarium, commodatarium, aut conductorem, licèt in his contractibus dominium non transfeatur. Poteſt Petrus, exempli gratiâ, equum ſuum Paulo cum hoc pacto locare, ut ſi moriatur equus etiam caſu aliquo fortuito, & abſque ulla Pauli culpa, teneatur tamen Paulus conductor, equi pretium Petro ſolvere, licèt, ut dixi, Paulus equi dominus non ſit. Igitur videtur, quòd eodem

planè

planè modo poteſt Joannes pecuniam mercatori in ſocietate tradere, ita ut mercator ſuſtineat pecuniæ periculum, licèt illius dominium ad eum translatum non ſit; modò tale periculum compenſetur, aſſignando mercatori majorem lucri faciendi partem.

*Reſp.* Magna reperitur diverſitas inter pactum aſſecurationis ſortis principalis, appoſitum in contractu ſocietatis, & idem pactum appoſitum in depoſito, commodato aut locatione; quia tale pactum non eſt contrarium eſſentiæ horum trium ultimorum contractuum, ſicut eſt contrarium eſſentiæ ſocietatis. Nam etiam ſi connaturale, & conveniens ſit, ut rei depoſitæ, commodatæ, aut locatæ periculum reſpiciat eum qui deponit, commodat, aut locat; attamen illud requiſitum non eſt, nec eſſentiale naturæ illorum contractuum, cùm depoſiti eſſentia ſolùm conſiſtat in cuſtodia rei alienæ: eſſentia commodati, in conceſſione gratuitâ uſus alicujus rei, ſervatâ illius ſubſtantiâ: eſſentia demùm locationis in conceſſione alicujus rei uſus, juſto pretio factâ: ſed è contra pactum aſſecurationis ſortis principalis in contractu ſocietatis appoſitum, illius eſſentiam deſtruit, quæ conſiſtit in participatione & communicatione in lucro & in damno, quæ pacto aſſecurationis tollitur, dum eo mediante, unus è ſociis lucrum habet certum, etiam ſi alter conſocius damnum quodlibet patiatur. Et ita ſicut in contractu depoſiti non poſset apponi pactum, ut ille qui rem depoſitam recipit, illam ſervare non teneatur: nec in contractu locationis, ut conductor re conductâ nullo modo utatur, quia tales conditiones ſunt contra illorum contractuum eſ-

ſentiam : non poteſt pariter in contractu ſocietatis fieri pactum, ut aſſecuretur ſors principalis in favorem unius ex ſociis ; quia tale pactum tollit, & deſtruit communicationem, quæ inter ſocios eſſe debet, & eſſentiam ſocietatis conſtituit.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 17. Id autem optimè à S. Antonino exponitur his verbis: *Quæritur, an dans pecuniam mercatori ad mercandum, vel artifici ad materias emendum, ut ex eis artificiata faciat, cum pacto, vel etiam ſine pacto, ſed cum hac intentione principali, quòd capitale ſit ſalvum, & partem lucri habeat: nunquid talis eſt uſurarius? Sciendum eſt, quòd Gloſſa in Can.* PLERISQUE, 14. *q.* 3. *tenet, quòd talis contractus non ſit licitus, ex quo periculum ſpectat ad recipientem: ſed ſi periculum capitalis ſpectaret ad utrumque, tunc cùm ſocietas contrahatur per talia verba, tunc bene eſt licitus.* Et paulò poſt ſic habet: *In aliis contractibus valet pactum appoſitum præter naturam contractus, ut damnum ſpectet ad ſuſcipientem : ut in commodato & ſimilibus; contrarium tamen dicendum in ſocietate; quia talis non eſt vera ſocietas, cùm ſit contra ejus naturam: ſocietas enim eſt quædam fraternitas, ff.* PRO SOCIO *L.* VERUM. *Unde ſequitur, quòd tale pactum non ſit præter, ſed contra naturam contractus : unde non valet.*

*Quæſt.* 10. Nonnè dici poſſet, aſſecurationem ſortis principalis in ſocietate factam, rei traditæ dominium non transferre, ſicut illud in depoſito, commodato aut locatione non transfert ; & ita ſocietatem non poſſe tranſire in mutuum, in quo ſemper dominium transfertur?

*Reſp.* Certum eſt, id rationabiliter dici nequaquam poſſe: & in hoc differunt, hi

hi tres ultimi contractus à ſocietate, quòd in illis aſſecuratio ſortis principalis non efficit, ut depoſitarius, commodatarius, aut conductor, poſſit de re depoſitâ, commodatâ, aut locatâ liberè & abſolutè diſponere, quod tamen ad dominium requiritur: At verò in contractu ſocietatis, aſſecuratio ſortis principalis, efficit, ut mercator poſſit de pecunia à ſocio ſibi in ſocietatem tradita, liberè & abſolutè diſponere, cùm illius qui pecuniam tradidit, non interſit, eò quòd mercator non teneatur eandem pecuniam finitâ ſocietate reddere, ſed tantùm illius valorem.

*Quæſt.* 11. Nunquid objici poſſet, quòd in contractu ſocietatis, in quo vult quis habere aſſecurationem ſortis principalis, medio ſecundi contractus, poteſt etiam apponi pactum, ut mercator pecuniâ, modo tantùm præſcripto, uti poſſit: & ita de ea liberè, & abſolutè diſponere non poterit, ſicque non erit illius dominus?

*Reſp.* Illud pactum iniquum omninò eſſet; quia dum quis mercatori pecuniæ ſuæ uſum conceſſit, in eum etiam tranſtulit dominium, & proprietatem, quæ à pecuniæ uſu non diſtinguitur: & contra æqualitatem facit, qui alium prohibet à libero uſu rei quæ ad illum pertinet.

*Quæſt.* 12. Poteſt-ne aliquâ aliâ authoritate probari injuſtitia ſocietatis, quæ cum triplici hujuſmodi contractu conjuncta eſt?

*Reſp.* Id quod de tali triplicis contractus injuſtitia diximus, aliis multis authoritatibus confirmari poteſt, quarum prima ſumitur ex Gloſſa, quæ ſic loquitur: *Videtur quod ſi quis pecuniam dedit negociatori, ut inde emat merces, & det ſibi partem lucri, quòd illud ſit licitum. Quod non concedo, ſi* Gloſſa in cap. Plerique, 14. q. 3.

*peri-*

*periculum ſpectet ad recipientem, ut ſit inter eos contractus mutui: ſed ſi per illa verba ſocietatem contrahant, & tunc periculum ſpectet ad utrumque; tunc benè licitum eſt, quòd unus ſocius det pecuniam, & alter ſuppleat laborem qui deeſt in pecunia, ut ff.* Pro ſocio, *leg.* 5. Et ita cùm conſtet, quòd hujuſmodi tres contractus impediunt communicationem periculi inter ſocios, inferendum eſt, ſocietatem illis tribus contractibus connexam, prohibitam eſſe, neque poſſe dici fieri compenſationem periculi quod rejicit unus ex ſociis; cùm juxta Gloſſam, dum ille qui pecuniam in ſocietatem confert, vult eſſe de ſorte principali ſecurus, ſocietas in contractum mutui mutatur, ex quo nihil ſperare licet, juxta Euangelium & Can. *Si fœneraveris.* 14.q.3. Secunda authoritas contra triplicem contractum, habetur in Deciſione Rotæ Romanæ, his verbis: *Quòd aliquis lucretur æquales fructus; & non ſubeat periculum amiſſionis capitalis ſicut ſocius: illud genus ſocietatis, ut ſcilicet capitale ſit ſolvendum, eſt omni jure improbatum.* At illud fit in triplici contractu, nam aſſecuratur ſors principalis, & exigitur pars lucri; unde his Deciſionis verbis damnari tres contractus concludere poſſumus. Addi poteſt Bulla beati Pii V. in qua ſic decernitur: *Conventiones directè aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus.* Sed in tribus contractibus mercator tenetur ſuſtinere periculum caſus fortuiti, qui pecuniæ accidere poteſt, ad quod periculum ex natura contractus ſocietatis obligari non deberet: & ita dici poteſt, tres contractus in hac Bulla reperiri quodammodo damnatos.

Pius V. in Bulla 79.

Præ-

Præterea duo celebres collectores & interpretes ſacrorum Canonum, qui ſæculo duodecimo docta commentaria in primum Concilium generale Nicænum ediderunt, illam palliatam uſuram, quæ in tribus contractibus latet, reprobaverunt. Primus, Zonaras nomine, explicans illum Concilii Canonem, in quo Clericis prohibita fuerat uſura: *His igitur*, inquit, *ut abſtineant, Decreto Clericis edito pœnam quoque in eos qui non obtemperaverint, Synodus conſtituit. Nam ſi quem*, inquit, *poſtea quæ nunc ſtatuimus uſuras ex tractatione, hoc eſt, quaſi inſtar negotiatoris fænerationem ſibi tractandam ſuſceperit, aut alia quacumque ratione exigere compertum fuerit (fæneratorii enim nominis infamiam aliqui declinantes, pecuniam ita dant mutuam, ut ſibi lucri partem ex ea paciſcantur, nec ſe fæneratores, ſed ſocios dicunt, ac emolumenti tantummodo participes, nullum interea jacturæ periculum ſubeunt) hæc hujuſmodi omnia Canon vetat, eaque qui exercent, aut aliud quidpiam turpis lucelli gratia excogitaverint, depoſitione mulctari jubet.* Videmus igitur trium contractuum ſubtile commentum novum non eſſe, ſicut nec alias ſimiles uſuræ palliationes; ſed videmus, etiam tale commentum jam olim reprobatum eſſe, ut pariter apparet in commentario Theodoris Balſamonis Patriarchæ Antiocheni in eumdem Concilii Nicæni Canonem: *Quidam ſacerdotes*, inquit, *Canonem intelligentes & ipſum circumſcribentes, eique fraudem facientes, verba quidem ſervant, mentem autem negligunt: dant enim nonnullis pecuniam, & tantam ex lucro partem ſe capturos paciſcuntur, periculum autem agnituros qui eam accipiunt; & cùm ſint revera fæneratores, verbo tamen ſocietatem prætexunt: hoc*

Joan. Zonaras. Can. 17. Concil. Nicæni 1.

Theod. Balſamon. Patriarcha. Antioch. in Can 17. Concilii Nicæni.

*hoc ergo Canon averſatur, & eos qui hujuſmodi quid faciunt, deponit.*

Sed evidenter conſtat, illos qui tribus contractibus utuntur, eadem agere, quæ ab his autoribus in Concil. Niceno damnata eſſe dicunrur; igitur juxta illos tres contractus uſurarii ſunt.

*Quæſt.* 13. Qui contractum ſocietatis cum mercatore iniit, nonne per ſecundum contractum poteſt ſecuritatem pecuniæ ſuæ ſeu ſortis principalis habere ab aliquo tertio, ſolvendo juſtum pretium periculi quod ille tertius ſuſtinebit: & ſi id poſſit fieri cum tertio, quare non etiam cum eodem mercatore, cum quo contracta eſt ſocietas, fieri poterit?

*Reſp.* Ille qui contractum ſocietatis cum mercatore iniit, non poteſt conſequi ſortis principalis ſecuritatem, neque ab eodem mercatore, neque ab alio tertio, quin ad illum transferat jus quod in ſocietate habet; cùm, ut conſtat ex verbis S. Thomæ ſupra relatis, omne jus quod habet lucrandi in ſocietate, fundetur ſuper periculo cui pecuniam ſuam exponit. Adde, quòd cùm ſocietas, cujus eſſentia conſiſtit in communicatione in lucro & in damno, tali aſſecurationis contractu tollatur & deſtruatur, videtur, quòd ille qui ſortis principalis ſecuritatem habuit, non poſſit in ſocietate quæ reſpectu illius non ſubſiſtit, ampliùs lucrari, cùm non communicet ampliùs in damno. Sed poſito etiam & non conceſſo, talem aſſecurationem ab aliquo tertio juſtè obtineri poſſe, non ideò concludendum eſſet, id cum ſocio fieri poſſe, & ita tres contractus licitos eſſe; quia ſatis conſtat, tres hujuſmodi contractus ſolius uſuræ cooperiendæ & palliandæ causâ fieri; non enim primus contractus fieret, niſi adeſſet ſecuri-

tas

tas alios duos faciendi. Et ita videtur, quòd dum quis verè vult ex pecunia mutuo data lucrum conſequi, quærit modum talis lucri per tres contractus palliandi, ut non uſura, ſed lucrum licitum eſſe videatur. In quo quidem ſæpè homines falli poſſunt, ſed ſcrutans corda & renes Deus nunquam fallitur.

Gio. Caſimiro Card. Denoff, Veſcovo di Ceſena. Nella lettera Paſtorale circa le uſure e gl'intereſſi. pag. 30.

Celeberrimus Cardinalis Denoff, Epiſcopus Cæſenatenſis, in Epiſtola paſtorali edita anno 1694. circa materiam uſuræ & intereſſe, ſupradicta expreſsè confirmat his verbis: *Iuxta veriorem ſententiam, prohibita eſt & uſuraria trium contractuum ſocietas; quia ſcilicet ſecundus contractus priorem contractum deſtruit, & in nudum mutui contractum mutat, cum ut oſtendimus ſupra juxta S.Thomæ doctrinam, ad eſſentiam contractus ſocietatis pertineat, ut ille qui capitale, ſeu pecuniam, ſubminiſtrat, eandem periculo exponat, perinde ac ſocii proprias operas & induſtriam periculo exponunt; ita ut ſi dictum periculum ceſſet, perdat unuſquiſque jus participandi lucro communi, quia tunc nihil proprium ſubminiſtrat. Et ita, cum jam primus ſocietatis contractus deſtructus repe-riatur à ſecundo, per quem fit aſſecuratio: tertius venditionis contractus, qui exiſtentiam primi ſupponit, locum amplius non habet; quia cum illo fructus incerti, tanquam certi venderentur, provenientes non ex capitali in ſocietatem collato, ſed mutuo conceſſo ob ſupervenientiam aſſecurationis.*

La più vera ſentēza è quella che tiene eſſere proibita ed uſuraria la ſocietà de trè cōtratti; imperoche il ſecōdo contratto diſtrugge il primo, e lo riſolve in un nudo cōtratto di mutuo; eſſēdo, come habbiamo moſtrato colla dottrina di S.Tomaſo, d'eſſenza del cōtratto di ſocietà, che chi ſomminiſtra il capitale, l'eſponga al pericolo; ſi come gli altri compagni eſpongono al riſico le loro fatighe ed induſtrie; di modo che ſe ceſſa il pericolo, perde ogn'un di loro il diritto di partecipare del lucro commune, perche non contribuiſce più niente del ſuo. E ritrovandoſi già diſtrutto il primo contratto della ſocietà col ſecondo dell'aſſicuramento, il terzo della vendita, che ſuppone ſuſſiſtere ancora il primo, non hà più luogo; poſciache con eſſo ſi venderebbero i frutti incerti per certi, non d'un capitale di ſocietà, mà d'un capitale di mutuo, divenuto tale per mezzo dell'aſſicuramento.

## CAPUT XV.

### *De Vſurariorum pœnis.*

*Quæſt.* 1. QUi habendi ſunt tanquam Uſurarii publici & manifeſti?

Gloſſa in cap. Uſurarum. de uſur. in 6. ſuper his verbis, Manifeſtos.

*Reſp.* Juxta Gloſſam, *Manifeſti uſurarii dicuntur illi, de quibus notorium eſt de jure, ut quia confeſſi, vel condemnati, vel de facto vel quia habent operis evidentiam, quæ nulla tergiverſatione poſſet celari, aut quia tenent altare ſuum paratum, vel etiam ſi contra eos fiat probatio teſtium, vel ſint certa argumenta cum fama.* Can. INFAMES 3. *quæſt.* 7.

*Quæſt.* 2. Qualibus pœnis uſurarii publici feriuntur?

Can. Infames, 3. q. 7.

*Reſp.* Sex præcipuæ uſurariorum publicorum pœnæ enumerari poſſunt. Primò namque, juxta Canonem, *Infames dicuntur exercentes improbum fænus, & illicitè exigentes uſuras uſurarum.* Ideòque uſurarii eligi non poſſunt ad beneficia, illiſque quos poſſident, privandi ſunt, ex Decretali Alexandri III. in qua Epiſcopo ſic ſcribit: *Parochianis tuis uſuras recipere interdicas; qui ſi parere contempſerint, ſi Clerici ſint, eos ab officio beneficioque ſuſpendas.* Quod habetur etiam in Canone, *Si quis.* 14. *quæſt.* 4.

Alex. III. in Cap. Præterea, de uſuris.

Cap. Quia in omnib. de uſuris.

Secundò, uſurarii manifeſti ad communionem Eccleſiæ non admittuntur: *Conſtituimus, quòd uſurarii manifeſti nec ad communionem admittantur Altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiant ſepulturam,* ut decernit idem Alexander III.

Ter-

Tertiò, non licet ſacerdotibus uſurariorum oblationes recipere; id enim illis prohibetur in Canone ſub pœnâ ſuſpenſionis ipſo facto; ut appareat, quantùm Eccleſia ab uſuræ crimine abhorreat.

Quartò, uſurariorum Teſtamenta invalida & nulla ſunt, ut videre eſt in cap. *Quanquam* de *uſuris* in ſexto, ubi decernitur etiam, ne quis audeat eſſe teſtis in uſurariorum Teſtamentis, niſi omnia per uſuram acquiſita reſtituant.

Quintò, prohibetur, ne quis locet, aut commodet domum ſuam alicui uſurario, in Canone *Uſurarum de uſuris*, in ſexto. Id Clericis, ſub pœnâ ſuſpenſionis, interdicitur; Laicis verò ſub pœnâ excommunicationis; Communitatibus denique ſub pœnâ interdicti.

Sextò, tenentur quemadmodum latrones reſtituere non ſolùm per uſuram acquiſita, ſed etiam intereſſe partis læſæ; non ſolùm id quod acceperunt, ſed etiam id quod verus dominus percepiſſet, ſi rem per uſuram ablatam habuiſſet: Et hæc eſt opinio omnium Theologorum, & præcipuè S. Thomæ, dum res per uſuram acquiſita fructum ex natura ſua facit, ut prædium, aut domus, & ſimilia. 2. 2. quæſt. 78. art. 5. in corp.

*Quæſt.* 3. Quales pœnas incurrunt Notarii, aut Cancellarii, qui contractus fabricant uſurarios?

*Reſp.* Multis legibus civilibus, aut municipalibus, officio privantur, & pœna inſuper pecuniaria mulctantur. Sed ultra Sanctus Antoninus petit, *Utrum Notarii teneantur ad reſtitutionem uſurarum, de quibus confecerunt inſtrumenta?* Et ſtatim inquit, *Reſpondeo cum diſtinctione; quia ſi ſcienter faciunt inſtrumenta vel chartas, de* D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 9. §. 6.

de-

*debito uſurarum, ac ſi eſſet legitimum debitum; putà quia facit inſtrumentum, quòd Martinus mutuaverit Petro* 100. *hinc ad annum reſtituendos, cùm ſciat non mutuaſſe niſi nonaginta: Tunc tenetur in ſolidum ſi ipſi uſurarii non reſtituant; & hoc niſi facerent in favorem receptionis mutui: puta quia ille aliter non volebat mutuare, & Petrus multum indigebat, nec poterat aliter ſibi providere: tunc enim non teneretur notarius: peccaret tamen mortaliter hoc faciens ſcienter; quia perjurium incurreret faciens inſtrumentum falſum & in fraudem uſurarum; quia communiter ſolent jurare Notarii, quòd talia non facient.*

# TRACTATUS QUINTUS.

## *DE*

# CAMBIO,

## LOCATIONE, DOTE, DEPOSITO, ET PRECARIO.

### CAPUT PRIMUM.

### *De Cambio.*

*Quæſt.* I. QUID eſt Cambium?

*Reſp.* Cambium generaliter & lato modo ſumptum, poteſt dici Permutatio unius rei cum alia: quæ definitio convenit

tam

tam cambio pecuniario de quo infra, quàm cambio cujuslibet alterius rei. Secundò, cambium ſtrictiùs ſumptum reſpicit tantùm pecuniæ cambium: & hoc modo definiri poteſt: Permutatio alicujus certæ ſpeciei pecuniariæ pro alia; & in hoc differt à venditionis contractu, in quo pecunia pro aliis rebus datur.

*Quæſt.* 2. Quo pacto dividitur cambium?

*Reſp.* Dividitur primò in verum & reale cambium, & fictum ſiccumque, ut dicitur.

*Quæſt.* 3. Quale cambium eſt reale & verum?

*Reſp.* Illud eſt, quod verè & propriè cambium vocari debet, in quo ſcilicet verè & realiter aliqua pecuniæ & monetæ ſpecies pro alia mutatur.

*Quæſt.* 4. Quale eſt cambium fictum & ſiccum?

*Reſp.* Illud quod ſpeciem tantùm, & apparentem cambii figuram præfert, cùm re verà verum mutuum ſit: vocaturque cambium ſiccum, ſimilitudine ſumptâ ab arbore ſine ſucco, quæ ſpeciem tantùm præfert viventis arboris, fructumque producere non valet: eodem planè modo cùm illud cambium ſiccum, verum cambium non ſit, ſed mutuum, nullum fructum aut lucrum producere licitè poteſt; ut conſtat ex Conſtitutione 118. Beati Pii V. *Damnamus*, inquit, *ea omnia cambia quæ ſicca nominantur, & ita confinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas ſeu ad alia loca cambia celebrare ſimulent; ad quæ loca ii qui pecuniam recipiunt, litteras quidem cambii tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, ut tranſacto tempore, unde proceſſerant, inanes referantur; aut etiam, nullis hujuſmodi litteris*

Bulla 118. Pii V. quæ incipit: In eam pro noſtro.

*teris traditis, pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur, ubi contractus fuerat celebratus; nam inter dantes & recipientes uſque à principio ita convenerant, vel ſaltem talis intentio erat; neque quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis, hujuſmodi litteris receptis, ſolutionem faciat. Cui malo ſimile etiam illud eſt, cùm pecuniæ ſive depoſiti, ſive alio modo ficti cambii traduntur, ut poſtea eodem in loco vel alibi cum lucro reſtituantur.* Hæc Conſtitutio integra habetur Tomo ſecundo in fine.

Concilio Mediol. 1. tit. de uſuris. Illud quoque cambium ſiccum reprobatum fuit in primo Concilio Mediolanenſi, à S. Carolo congregato: *Ne fiant*, inquit, *cambia, cùm litteræ ad deſtinatum locum verè non mittuntur, & ibi non fit ſolutio, ſed uno & eodem loco pecunia datur & recipitur.*

*Quæſt.* 5. Quo modo dividi poteſt reale & verum cambium?

*Reſp.* Dividitur in cambium minutum, cambium per litteras, & cambium ad certum conſtitutum diem & terminum.

*Quæſt.* 6. Quale eſt cambium minutum?

*Reſp.* Eſt contractus, per quem majoris valoris pecunia & moneta pro aliis minoris valoris permutatur, vel è contra: ſicut quando aurei pro aſſibus, vel juliis mutantur, aut julii pro aureis, & ſic de cæteris.

*Quæſt.* 7. Quale eſt cambium per litteras factum?

*Reſp.* Illud eſt, in quo traditur pecunia in aliquo loco, cum pacto ut numeretur & ſolvatur in alio loco: ut ſi Petrus Florentiæ centum aureos mercatori tradat, eâ conditione, ut eadem ſumma Neapoli ſolvatur: quod fit, ut poſſit haberi talis

pe-

pecunia Neapoli, majori cum commodo & ſecuritate; & ideò ſumitur littera cambii à præfato mercatore Florentino, qui eodem tempore ad Neapolitanum mercatorem ſcribit, ut talem ſummam latori litterarum ſolvat.

*Quæſt.* 8. Quale eſt cambium ad certum conſtitutum diem, & terminum?

*Reſp.* Illud eſt, quod à mercatoribus plerumque fit, dum pecuniam, ſub intereſſe & lucro duorum cum dimidio, aut trium pro quolibet centenario, tradunt: quæ pecunia eis poſt tres circiter menſes reddi debet cum præfato lucro; quod ſæpiùs Pariſiis, Lugduni, & alibi fit in praxi.

*Quæſt.* 9. Poteſt ne licitè recipi aliquod lucrum ex cambio minuto?

*Reſp.* Qui aliquod lucrum ex tali cambio percipit, non peccat, modò lucrum moderatum ſit & proportionatum labori numerandæ pecuniæ, & expenſis quæ ad ſuſtinendum tale commercium in conductione apothecæ & ſalario ad id ſervientibus dando fiunt, ut etiam damno quod ſuſtinet mercator, dum ſe utilitate aut commodo pecuniæ privat: modò etiam id fraudulenter non fiat, & ad palliandam uſuram. Nam ea de cauſa, quamvis tale cambium licitum ſit, attamen aliquoties poteſt eſſe illicitum, quia plus ſumitur, quàm conſuetum ſit, aut traditur moneta quæ juſti ponderis non eſt, & ideò recuſari poteſt. Quantùm ad lucrum, quod ex cambio minuto ſumitur, illud majus aut minus juxta locorum conſuetudinem eſſe debet, niſi alia ſcripta lex adſit.

*Quæſt.* 10. Cambium quod per litteras fit, eſt-ne licitum?

*Reſp.* Tale cambium illicitum non eſſe

pro-

probatur ex Bulla 118. beati Pii V. in qua dicitur, uſum litterarum cambii eſſe legitimum propter publicam neceſſitatem & utilitatem quæ ex illo provenit; ratio autem, propter quam poteſt recipi aliquid ultra id quod datum eſt, eſt, quia ille qui dedit, ſuſtinet periculum pecuniæ, quia cum labore & expenſis transfertur pecunia in alium locum: & ita dici poteſt, quòd lucrum non habetur ex tradita pecunia quæ ex ſe ſterilis eſt; ſed propter periculum & expenſas quæ fiunt ad habendos ſocios correſpondentes, domum, ſervos & alia hujuſmodi in ſimili negotiatione requiſita; neque enim juſtum eſt, ut quis, alienæ utilitatis gratiâ, curas & labores ſuos fruſtra ponat in negotio licito, & inde tamen nullum lucrum ſperare poſſit; & hæc ratio aſſignatur à Sancto Thomâ, his verbis: *Dicendum, quòd ars campſoria de ſe eſt juſta; & eſt ratio, quia illud plus quod accipitur à campſoribus in tali permutatione monetæ, non accipitur ratione pecuniæ, quæ de ſe eſt invendibilis, ſed ratione periculi vel intereſſe, ut ſubveniatur ſalariis penſionum domorum, miniſtrorumque, & laboribus, & expenſis in arte neceſſaria & licita, ne fruſtra ponant operam & ſudorem ſuum in re licita ad utilitatem aliorum.*

D.Thom. opuſc. 73. de uſuris. cap.13.

*Quæſt.* 11. Aliquando Campſor ſeu Bancarius nullum damnum patitur, nullum periculum ſubit, nullumque laborem apponit in procurando, quòd pecunia ſibi tradita alio in loco ſolvatur; quia habet & amicos & pecuniam, quam ad ſe tranſmitti cupiebat, in eo loco in quo ſolutio ſummæ vi litterarum ſuarum alteri fieri debet. His poſitis, licet-ne campſori lucrum aliquod exigere?

*Reſp.* Licet omninò, quia ea per accidens

in

in favorem campſoris eveniunt, & illa facilitas cum qua procurare poteſt, ut in locis remotis ſuo nomine valor ſolvatur pecuniæ ſibi traditæ, ex campſoris ſtatu & induſtria provenit; non autem ex natura contractus, aut perſona illius qui litteras cambii accipit. Et ita inter illum qui pecuniam mutuò dat cum intereſſe & lucro alicui mercatori, & alium qui litteras cambii tradit, hæc eſt differentia, quòd qui mutuum dat, injuſtitiam committit, ſi plus, quàm dedit, exigere velit, eo quòd lucrum quod in commercio conſequitur mercator cui mutuum datum eſt, non provenit ex natura pecuniæ mutuatæ quæ ex ſe ſterilis eſt, ſed ex induſtria mercatoris. E contra facilitas quam habet campſor qui litteras cambii tradit, ex ſtatu ſuo & induſtria provenit; & ita licèt, juxta S. Thomam, non poſſit vendi & appretiari in favorem venditoris utilitas quam conſequitur emptor ex re empta, dum ab eodem venditore non provenit, ſed à ſtatu & qualitate emptoris: *Si aliquis*, inquit Angelicus Doctor, *multum juvetur ex re alterius quam accipit, venditor non debet eam ſuper vendere; quia utilitas quæ alteri acceſſit, non eſt ex vendente, ſed ex conditione ementis*: Attamen poteſt vendi illa utilitas, dum ſolummodò ex conditione venditoris provenit, ut conſtat in caſu propoſito, cùm facilitas quam reperit campſor in litteris cambii dandis, non provenit neque ex natura contractus, ſecundùm quem requiritur, ut pecunia ex uno loco in alium transferatur, neque ex conditione ſeu ſtatu & qualitatibus illius qui litteras cambii ſumit; ſed tantùm ex ſtatu & induſtria campſoris, qui etiam aliquoties merces ſuas modico pretio vendidit, in loco in quo debet ſolvi pecu-

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. in corp.

cuniâ, eâ de cauſâ quia putabat ſe poſſe aliquam nanciſci occaſionem, ſuæ pecuniæ & ſolutionis recipiendæ, etiam cum aliquo lucro, mediantibus cambii litteris quas daturus eſſet.

*Quæſt.* 12. Si cambium illicitum non ſit, quare Chriſtus campſores è templo ejecit?

*Reſp.* Dicendum eſt cum S. Thomâ, id egiſſe Chriſtum, eò quòd templum in ſolis rebus ſpiritualibus inſervire debet, & ita illi qui tale commercium exercebant, agebant contra honorem & reverentiam ſancto loco debitam. Secundò quia templi miniſtris, id eſt Eccleſiaſticis, non licebat ſimilia commercia frequentare; nam ut dicitur in Canone: *Antequam Eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari; facto jam non licet.* Unde alibi ſic habetur: *Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quamdam peſtem fuge.* Ex quibus verbis facilè cognoſcere poſſumus, commercium & negotiationes ſæculares, ut & accumulandi cupiditatem ſtatui Eccleſiaſtico valdè contraria & oppoſita eſſe.

Can. Fornicarii, diſtinct. 88. Can. Negotiatorem, diſtinct. 88.

*Quæſt.* 13. Quales requiruntur conditiones, ut campſores, ſeu Bancarii, poſſint licitè, & tutâ conſcientiâ exigere aliquod intereſſe ex pecuniâ, quâ in litteris cambii ſolvendis utuntur?

*Reſp.* Duæ præcipuè conditiones requiruntur, quæ in ſupra dicta Bulla 118. beati Pii V. præſcribuntur. Prima, ut majus lucrum, ob ſolutionis moram, non exigant; nam, ut jam dictum eſt, lucrari tantùm poſſunt ratione expenſarum, laboris, induſtriæ, & periculi, quod ex tranſlatione pecuniæ provenit, non autem ratione moræ quæ in ſolutione intercedit; quia ut do-

cet S. Thomas: *Expectatio pretii ſolvendi habet rationem mutui; unde quidquid ultra juſtum pretium pro hujuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi pretium mutui, quod pertinet ad rationem uſuræ*. Quia ex mutuo nihil licet ſperare, ut habetur in Canone *Si fœneraveris*, 14. q. 3. D. Th. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 7.

Secunda conditio requiſita eſt, ut campſor qui acceptâ pecuniâ litteras cambii tradit, non ſe obliget ad ſolvendum intereſſe pecuniæ quam recepit, caſu quo campſor qui illis viſis ſolvere debet, non ſolvat tempore convento. Ratio autem, cur Pontifex tale pactum prohibuit, dum traduntur cambii litteræ, ea fuit, ne ſcilicet, ſub prætextu litterarum cambii, fœnus & uſura impunè exercerentur; poſſet enim dari pecunia campſori, accipiendo ab eo litteras cambii non ſolvendas, ut ita campſor remaneret obligatus ad ſolvendum intereſſe pecuniæ propter affectatam ſolutionis moram.

*Quæſt.* 14. Licitum-ne eſt cambium ad certum conſtitutum diem & terminum?

*Reſp.* Conſtans & indubitatum eſt, lucrum quod recipiunt mercatores ex pecunia, quam eo modo tradunt, ut intra certum conſtitutum diem ſolvi debeat, ex ſe illicitum & uſurarium eſſe; ibi namque adeſt reale & merum mutuum, & lucrum ſumitur tantummodò ob dilationem ſolutionis, id eſt, ob tempus, quod ad ſolutionem faciendam datur. Nihilominùs, quia pecunia ut plurimùm tali modo traditur inter ſolos mercatores, & intereſſe & lucrum quod exigitur, excuſari poteſt propter lucrum ceſſans aut damnum emergens, dum adſunt illæ conditiones (quas ſupra retuli Tract. 4. de mutuo & uſura, cap. 4.)

O 2 quæ

quæ neceſſariò requiruntur ad hoc ut ex illis duobus titulis, damni emergentis, aut lucri ceſſantis, poſſit excuſari ille qui in mutuo plus accipit, quàm re verâ dederat: quarum prima eſt, ut principalis intentio illius qui mutuo dat, ea ſit, ut proſit & auxilium præbeat ei qui mutuum recipit, non autem ut magis aut commodiùs lucretur in hac negotiatione, quæ ex natura ſua injuſta eſt; quia intentio ſive explicita ſive implicita lucrandi in mutuo, uſuraria eſt; nam, ut ait S. Antoninus: *Campſor committit uſuram, ſi principaliter intendit exercere tale mutuum, quod cambium vocat, non ut ſerviat, ſed ut magis lucretur, quia magis per viam illam lucratur quàm per viam negotiationis, & intentio lucri ex mutuo implicito, vel explicito, facit uſurarium.*

D. Ant. 3. p. tit. 8. c. 7. §. de negotiatoribus.

Ob illius conditionis defectum, ut plurimùm uſuram committunt mercatores, dum cùm aliquo intereſſe mutuam dant pecuniam, ſibi intra certum tempus ſolvendam. Adde, quòd ſæpiùs ex tali mutuo, nullum patiuntur verum damnum, quod juxta ſanctum Thomam, adeſt ſolummodò, dum perditur lucrum, quod velut in manibus erat, & fieri valdè probabiliter debebat; aut dum quis patitur aliquam diminutionem bonorum, quæ priùs poſſidebat: cùm v. g. mutuo datur pecunia, quæ extinctioni alicujus cenſus deſtinata erat, quâ extinctione non factâ ob tale mutuum, neceſſe eſt annuatim cenſum ſolvere: Quod numquam ferè inter mercatores accidit; non enim ut plurimùm, pecuniam ſibi certo tempore ſolvendam tradunt, niſi cùm inutilis ſteriliſque in capsâ remanet, ob defectum opportunæ occaſionis; & ita intereſſe & lucrum quod exigunt, eſt ferè ſem-

ſemper uſurarium, cùm non poſſit eſſe loco juſtæ compenſationis pro lucro amiſſo, aut damno ſecuto.

*Quæſt.* 15. Licet-ne mercatori, qui pecuniam hoc modo ſibi intra certum tempus & terminum ſolvendam tradit, lucrum conſequi, ſolummodò ob cambium monetæ? Ut ſi v. g. Petrus pecuniâ indigens, Joannem campſorem adeat, rogans, ut ſummam quâ opus habet, ſibi mutuo det, cum pacto, quòd eandem ſummam in alia monetæ ſpecie reſtituet, quàm magis valituram putat eo tempore aut loco, in quo ſe ſoluturum promittit: Quæritur, utrum ea conventio licita ſit?

*Reſp.* Huic quæſtioni dilucidè reſpondet S. Thomas dicens, quòd *Aut mutuans exiſtimat dictam monetam plus valituram in loco aut in tempore, quibus eſt perſolvenda; & tunc dicendum, quòd mutuans committit uſuram, quia lucrum ſperat ex mutuo; aut mutuans, nihil lucri in mutuo intendit, ſive ex tempore, ſive ex loco, ſed tantùm ob favorem & gratiam proximi hoc mutuat, & tunc nihil culpabile ex hoc incurrit.* D. Th. opuſc. 73. de uſuris, c. 14.

*Quæſt.* 16. Si quis habens pecuniam cujus pretium valdè brevi minuendum putat, illam idcircò alteri mutuam det, cum ea conditione, ut remaneat obligatus ad reddendam eandem ſummam, perinde ac ſi monetæ traditæ valor non fuiſſet imminutus, eſt-ne uſurarius?

*Reſp.* In hoc nulla haud dubiè committitur uſura; quia dicendum eſt cum S. Thoma: *Quod aliud eſt vitare damnum, & aliud ſperare lucrum: quicumque enim ex mutuo ſperat lucrum, peccat uſuræ vitio, ſed non qui ex mutuo vitat damnum; nec in hoc damnificatur qui mutuum accipit, quia* D. Th. ibi.

*non ad hoc accipit, ut ipſum uſque ad tempus illud conſervet, in quo veriſimiliter minùs valitura eſſet; ſed ut ipſa utaretur pro tempore illo, pro quo valorem reſervaret, quem habebat, cùm eam in mutuo acceperat.*

*Quæſt.* 17. Peccat-ne qui pecuniam cum pacto dandi aliquod lucrum à mercatore recipit?

Gloſſa in Can. Debitores, de jurejurando: verbo Reddere juramentum. D. Th. 2. 2. q. 78. art. 8 in corp.

*Reſp.* Gloſſa in Canone *Debitores* docet, quòd *ſolvere uſuras non eſt peccatum, ſed ille qui recipit, peccat.* Rationem autem aſſignat S. Thomas, dum ſic diſſerit: *Non licet inducere aliquem ad mutuandum ſub uſuris: Licet tamen ab eo qui hoc paratus eſt facere, & uſuras exercet, mutuum accipere ſub uſuris, propter aliquod bonum, quod eſt ſubventio ſuæ neceſſitatis vel alterius. Sicut etiam licet ei qui incidit in latrones, manifeſtare bona quæ habet (quæ latrones peccant diripiendo) ad hoc quòd non occidatur: exemplo decem virorum qui dixerunt ad Iſmael, Noli occidere nos, quia theſauros habemus in agro, ut dicitur Ieremiæ 41.*

*Quæſt.* 18. Mercator poteſt-ne ſine peccato mutuo pecuniam ſub uſuris accipere ſine aliqua neceſſitate, & ſolummodò ad majus exercendum commercium, & majori cum decore vivendum?

D. Th. opuſc. 67. de Empt. & vend.

*Reſp.* Docet S. Thomas, quòd in hoc caſu: *Mercatores dando uſuras peccaverunt tanquam occaſionem peccandi uſurariis præbentes, cùm neceſſitas quæ ponitur, ut ſcilicet honorabiliùs vivant, & majores mercationes faciant, non ſit talis neceſſitas, quæ ſufficiat ad excuſandum peccatum prædictum.* Quod intelligendum eſt, dum mercatores mutuum accipientes, ſciunt, illum qui mutuo dat, verè & realiter uſuram committere; ſi enim putarent, lucrum quod

ab illo exigitur, eſſe loco compenſationis ob damnum emergens, aut lucrum ceſſans; in tali caſu mutuum etiam ſine ulla neceſſitate petendo, non peccarent, quia nullius peccati participes efficerentur, cùm, ut ſupponitur, mutuum etiam cum intereſſe dans, non peccet.

---

## CAUPT II.

### *De Locationis definitione & de rebus quæ locari poſſunt.*

*Quæſt.* I. QUID eſt Locatio?

*Reſp.* Eſt contractus, in quo pro aliqua mercede à domino conceduntur alteri ad tempus, fructus, aut alius uſus rei ſuæ, aut perſonæ.

Primò, eſt *Contractus in quo conceduntur ad tempus*: Quia ſi concederetur in perpetuum rei alicujus uſus, non ampliùs eſſet locationis contractus, qui perpetuus eſſe non debet; ſed emptio.

Secundò, eſt contractus, *In quo conceduntur fructus, aut alius uſus*: Et in hoc differt à contractu emptionis, in quo tota res traditur.

Tertiò, eſt contractus, in quo conceditur uſus *Rei ſuæ aut perſonæ*; quia non ſolùm prædia, & bona quælibet, tam mobilia quàm immobilia, locari poſſunt, ſed etiam ipſæmet perſonæ: ut dum quis ſe aut filium locat ad inſerviendum alteri.

Quartò, & ultimò, eſt contractus, in quo *Pro aliqua mercede* conceditur uſus, quod intelligendum eſt de quacumque mercede, ſive in pecunia numerata, ſive

in aliis quibuslibet rebus, quæ pretio æſtimari poſſunt: in quo etiam locatio differt ab emptione, cujus pretium in pecunia numerata ſolvi neceſſe eſt: & ita poteſt v. g. locari equus pro menſura frumenti, non autem vendi; quia ubi pretium in pecunia numerata non conſiſtit, fit potiùs permutatio, quàm venditio.

*Quæſt.* 2. Quæ res locari poſſunt?

*Reſp.* Eæ omnes quæ vendi poſſint, niſi in aliquo caſu earum locatio expreſsè prohibeatur in corpore Juris civilis, aut Canonici, in Conciliis, aut omni alio jure Eccleſiaſtico.

*Quæſt.* 3. Quæ res locari prohibentur in corpore Juris Canonici aut Conciliis?

Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap. 11. *Reſp.* Primò, ex Decreto Concilii Tridentini: *Non licet Iuriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu Facultates nominandi aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus, locare, nec conductoribus per ſe aut alios ea exercere*. Secundò, non licet Epiſcopis jura ſigilli locare, aut jus Diœceſim viſitandi, aut admittendi & inſtituendi illos qui à Patronis ad Beneficia præſentantur, & ſimilia. Tertiò, decernitur in eodem Concilio, quòd *Omnes locationes, ſi anticipatis ſolutionibus fiant, nullatenus in præjudicium ſucceſſorum validæ intelligantur*. Quartò non licet domum uſurario publico locare, ut habetur in cap. *Vſurarum*, de Uſuris, relato ſuprà in Tract. 4. de mutuo & uſura.

*Quæſt.* 4. Prohibetur-ne Jure Civili aliquarum rerum locatio?

*Reſp.* Primò, non licet locare aliquam agri aut prædii ſervitutem, velut Facultatem, quam quis habet tranſeundi per vicini prædium, niſi prædium dominans eo-

dem

dem tempore eidem locetur. Nam, ut ait lex, *Locare ff. locati. Locare ſervitutem nemo poteſt*. Secundò, locari non poſſunt res, quarum quis tantummodò uſum habet, id eſt, quarum quis poteſt tantùm uti ad neceſſitatem: Licèt illæ res locari poſſint, quarum quis habet uſumfructum, id eſt, quibus uti poteſt non ſolùm ad neceſſitatem, ſed etiam ad voluptatem & commoditatem; ut enim decernit Juſtinianus Imperator: *Is qui fundi nudum habet uſum, nulli alii jus quod habet locare poteſt, cùm is qui uſumfructum habet, poſſit hoc facere*. Tertiò, non poteſt locari domus lenoni, ut patet ex authentica in qua dicitur, quòd *Si quis patiatur in domo ſua quemdam lenonem, & hæc denuntiata cognoſcens, non ex domo ſua expulerit, ſciat ſe & decem librarum auri ſuſtinere pœnam, & citra ipſam perditurum habitationem*. Juſtinianus, lib. 2. Inſt. tit. 5. Authent. De lenonib. §. præconizamus.

*Quæſt.* 5. Poteſt-ne locari pecunia?

*Reſp*. Duobus diverſis modis pecuniâ uti poſſumus ex S. Thoma: Primò namque poſſumus illam conſumere ſeu expendere quocumque modo. Secundò poſſumus illâ ad pompam & apparatum aut ad dandum aliquod pignus uti. His poſitis; dicendum eſt cum eodem Angelico Doctore, non poſſe locari pecuniam dum qui eam recipit, eâ ad comparandam aliam rem uti vult, quia in hoc pecunia conſumitur. Quòd ſi è contrario recipiens velit pecuniâ ad pompam uti, aut ad dandum pignus; in hoc caſu pecuniam locare licet; & hoc modo intelligi debet lex civilis, in qua ſic habetur: *Non poteſt commodari id, quod uſu conſumitur, niſi fortè ad pompam vel oſtentationem quis accipiat*. Et ratio eſt, quia in locatione perinde ac in commodato, conceditur ali- L. Sed mihi videtur, ff. commodati, §. ult.

cujus rei uſus, reſervando ſibi proprietatem; & ideò neceſſe eſt, ut uſus diſtinguatur à proprietate & dominio, quæ diſtinctio non reperitur in pecunia, dum quis conſumendo eâ utitur.

Notandum nihilominus eſt, quòd utilitas & lucrum quod ex pecunia ad oſtentationem & apparatum locata habetur, non debet excedere valorem talis uſus, ſecundùm prudentem æſtimationem: præterea quoad oſtentationem, periculum eſt, ne qui locat, in aliquod peccatum incurrat, ſuperbiæ & vanitati alterius cooperando, aut etiam fraudi quæ ſæpè in hujuſmodi alicui paratur & texitur.

---

## Caput III.

### *De Obligationibus & peccatis illius qui rem ſuam alteri locat.*

*Quæſt.* I. QUALES obligationes contrahit locator?

*Reſp.* Quinque; Primò namque, ut ait S. Thomas: *Periculum rei locatæ remanet apud locantem*; niſi culpâ locatarii ſeu conductoris pereat res locata, eo quòd dominium per locationem non transferatur; & ita, ut vulgo à Jure-Conſultis dicitur, res quæ perit, perit ſemper periculo domini: quod tamen ita intelligi debet, niſi aliquod pactum contrarium factum fuerit; quia cùm tale pactum, quòd ſcilicet rei periculum ſpectet ad conductorem, non ſit contra naturam locationis, illam non deſtrueret, & obſervandum eſſet: poteſt v.g. locari domus cum eâ conditione & pacto, quòd ſi caſu aliquo fortuito corruat, conductor

D. Th. opuſc. 73. c. 8.

ductor illam reſarcire tenebitur: *Si quis*, inquit lex, *fundum locaverit ea lege, ut etiam ſi quid vi majore accidiſſet, hoc ei præſtaretur, pacto ſtandum eſt*. In quo caſu neceſſe eſt, ut qui cum ſimili conditione rem ſuam locat, minus pretium exigat juxta valorem & æſtimationem periculi, quod in conductorem rejicitur contra communem contractus uſum. L. Si quis, ff. locati.

Secundò, locator tenetur propriis ſumptibus facere id, quod requiritur ad conſervationem rei locatæ; quia is, qui v. g. domum ſuam alteri locat, illius uſum concedit, & ita tacitè ſe obligat ad præſtandas neceſſarias expenſas, ut conductor eâ commodè uti poſſit: quod tamen eodem planè modo intelligendum eſt, ut ea quæ de periculo dicta ſunt; ut ſcilicet procedat hæc obligatio, modò aliter inter partes conventum non fuerit.

Tertiò, tenetur locator conductorem admonere, eique manifeſtare vitium & defectum rei locatæ; nam ut docet S. Antoninus: *Si quis locat rem vitioſam ſcienter, putà domum ruinoſam, vel equum claudicantem, vel aliquid defectuoſum: peccat mortaliter, ſi inde ſequutum eſt, vel veriſimiliter ſequi poterat notabile damnum conductori, & tenetur ad ſatisfactionem de damno ſequuto*. D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 15. §. 6.

*Quæſt.* 2. Si quis ignoranter locavit dolia vitioſa & corrupta, putans eſſe bona, & idcirco vinum effundatur aut corrumpatur: tenetur-ne in conſcientia ſolvere & reparare damnum conductoris?

*Reſp.* Conſtat ex lege civili, quòd in talibus ignorantia non excuſat; in ea enim ſic habetur: *Si quis dolia vitioſa ignarus locaverit, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id, quod intereſt, nec ignorantia ejus erit* L. Si quis dolia, ff. locati.

*excuſata; aliter dicendum, ſi ſaltum paſcuum locaſti, in quo herba mala naſcebatur; hic enim ſi pecora vel demortua ſint vel etiam deteriora facta, quod intereſt, præſtabitur, ſi ſciſti; ſi ignoraſti, penſionem non petes.* Ratio autem diverſitatis eſt, quia ignorantia illius qui dolia vitioſa locat, præſumitur ex ſua culpa accidiſſe, poterat enim facillimè cognoſcere, utrum dolia bona an vitiata eſſent: illius verò ignorantia qui locat paſcua, facilè poteſt eſſe ſine culpa, eo quòd multò difficiliùs cognoſcatur, utrum herbæ animalibus noceant an non, præſertim ab homine talibus rebus non aſſueto. Ex quo inferri poſſe videtur ex illa lege, locatorem non obligari ad reſarciendum damnum quod conductor paſſus eſt, niſi dum dolia tanquam bona locavit: cùm verò illa ut erant, ſimpliciter locavit, & neſciens, utrum bona aut mala eſſent, dixit conductori, ut illa probet & viſitet; in hoc caſu non peccavit, nec obligatur ad reſarciendum damnum quod ex ſua culpa non proceſſit. Attamen nullam locationis mercedem in talibus caſibus exigere poteſt; quia, ut ſupra dictum fuit, locator tenetur efficere, ut conductor re locatâ uti poſſit; & hoc niſi res locata facilè locatori in aliis uſibus utilibus & fructuoſis inſervire potuiſſet; nam tunc conductor ſemper teneretur mercedem promiſſam ſolvere, licèt re locatâ uti non potuiſſet.

*Quæſt.* 3. Qui v. g. alteri dolia vitioſa inſciens commodavit, tenetur-ne reſarcire damnum quod inde ſecutum eſt, prout dictum eſt de locatore?

In Can. inter hæc diſt. 3. de pœnit. verb. Vaſe. *Reſp.* Non tenetur juxta Gloſſam, in qua ſic habetur: *Si commodaſti mihi vas corruptum ſcienter, & vinum acuit, teneris commodati, ſecùs ſi ignoranter. Secus in loca-*

*locatore vel venditore; quia ille tenetur, ſive ſcienter ſive ignoranter locet vel vendat vas corruptum.* Quod conforme eſt legi *in rebus* §. *item qui* ff. *commodati*. Et ratio eſt, quia locatio & venditio utriuſque contrahentium gratiâ celebrantur, & ita, ut docet Sanctus Antoninus, *In his venit culpa levis, quia gratia utriuſque celebrantur*: Quod ſecus eſt in commodato, quod gratiâ ſolius commodatarii fit. D. Anton. 2.p. tit. 1. cap. 5. §. 6.

*Quæſt.* 4. Propter quam culpam locator tenetur ad reſtitutionem damni, quod conductor paſſus eſt?

*Reſp.* Tenetur primò, cùm fraudem aliquo modo adhibuit, veluti ſi vitium rei locatæ ſcienter occultaverit. Secundò, cum damnum ipſiuſmet locatoris culpa accidit: v. g. quia noluit domum locatam reparare, licèt de ruinæ periculo monitus fuerit. Tertiò, tenetur etiam locator reſtituere ob levem culpam, cùm ſcilicet non adhibuit illam diligentiam, quam prudens pater familias communiter in ſuis rebus adhibet: veluti ſi nullo modo probaverit, utrum dolia ſua ſint bona aut vitioſa, & ea temerè locat, ſuam de hac re ignorantiam conductori non manifeſtans. Illud autem quod de locatore dictum eſt, debet etiam ad conductorem extendi, dum ſcilicet res conducta ſuâ perit culpâ; nam, ut ait Imperator, *Qui pro uſu aut veſtimentorum, aut argenti, aut jumenti, mercedem aut dedit aut promiſit, ab eo cuſtodia talis deſideratur, quam diligentiſſimus pater familias ſuis rebus adhibet.* Et hìc obiter notandum eſt, per illam vocem *Diligentiſſimus*, intelligi ſolummodò *diligentem*, id eſt, eum qui negligens non eſt, prout exponunt communiter interpretes. Lib. 3. Inſt. tit. 25. § Qui pro uſu.

Hujus autem obligationis inter locatorem

rem & conductorem, communis ratio aſfertur à Sancto Antonino, dum ait: *In hoc contractu venit culpa levis, cùm gratia utriuſque celebretur*: Concludendum igitur eſt, tam locatorem quàm conductorem, ad damni reſtitutionem invicem obligari, ob fraudem, latam, & levem culpam; licèt ob culpam leviſſimam non obligentur.

D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 15. §. 6.

*Quæſt.* 5. Nullus-ne poteſt reperiri caſus in quo conductor, ob culpam leviſſimam ad reſtitutionem obligetur?

*Reſp.* Conſtat, quòd ſi quis operam ſuam alteri locaverit, ad transferendam rem, in qua maxima diligentia ex natura ſua adhibenda eſt, ne pereat, ut v. g. in columna marmorea: in ſimili caſu talis conductor tenetur de leviſſima culpa; ut dicitur: *In lege merces* §. *qui columnam.* ff. *locati.*

*Quæſt.* 6. Quæ ſunt aliæ locatoris obligationes?

*Reſp.* Quartò, locator obligatur ad non tollendum conductori uſum rei locatæ ante tempus inter eos conſtitutum: & ſi locator re locatâ, invito conductore, ante elapſum tempus uteretur, peccaret & teneretur ad reſtitutionem damni, quod conductor eâ de cauſa paſſus eſt: *Si dominus*, inquit Sanctus Antoninus, *expulit conductorem de habitatione, vel uſu rei locatæ ante terminum conventum inter eos, peccavit, & tenetur ad ſatisfactionem, ſi conductor ex hoc aliquod damnum incurrit.*

D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 15. §. 6.

Attamen notandum eſt, reperiri quatuor caſus, in quibus locator poteſt rem locatam ſumere ante tempus conſtitutum; qui caſus in lege enumerantur. Primò namque ſi conductor non ſolvit mercedem

pro

pro locatione conventam, poteſt re locatâ à locatore privari: Notandum tamen eſt, juxta Gloſſam, quòd ſi domus locata fuerit ad quinque aut ſex, aut etiam plures annos, conductor ab ea expelli non poteſt niſi in ea habitaverit per duorum annorum ſpatium ſine ulla mercedis conventæ ſolutione: *Poteſt expelli*, inquit Gloſſa, *cum Canonem per biennium non ſolviſſet*. Si verò domus pro breviori ſpatio locata fuerit, ab eâ quovis tempore expelli poteſt conductor, mercedem conventam non ſolvens: in quo tamen regionum & locorum diverſæ conſuetudines obſervandæ ſunt. Secundò, ſi res locata facta fuit neceſſaria locatori, qui in ea habitare vult, veluti quia alia domus in qua habitabat, aut corruit, aut ruinam minatur, aut quia uxorem duxit, aut alius ſucceſſit caſus, qui ſimilem neceſſitatem reſpectu locatoris inducat; quod tamen intelligi debet, ſi talis neceſſitas poſt locationem domus accidit, non ante locationem. Tertiò, ſi domus reparatione omninò indigeat, ob aliquod ruinæ periculum, poſt locationem factam cognitum. Quartò, ſi conductor re conducta malè utatur, ſeu eam deteriorem reddendo, ſeu in pravos uſus detorquendo: ut ſi ea ad perpetranda aut procuranda ſcelera utatur, veluti ad fornicationes, furtum, & alia id genus, quæ omnia in lege exponuntur his verbis: *Æde, quam te conductam habere dicis, ſi penſionem domino inſolidum ſolviſti, invitum te expelli non oportet, niſi propriis uſibus dominus eam neceſſariam eſſe probaverit, aut corrigere domum maluerit, aut tu malè in re locata verſatus es*. Quintò, tenetur locator penſionem ſeu mercedem conventam, aut illius partem conductori remittere ob caſus fortuitos.

Gloſſa in Can. Propter ſterilitatem, §. verum, de locato.

L. Æde C. de locato.

tuitos, qui rei locatæ utilitatem eidem conductori ademerunt: quod dilucidè in una Gregorii IX. Decretali exponitur, his verbis: *Propter ſterilitatem afficientem magno incommodo conductores, vitio rei, ſine culpa coloni, ſive caſu fortuito contingentem; colonis Eccleſiæ ſuæ pro rata penſionis remiſſio eſt facienda, niſi cùm ubertate præcedentis vel ſubſequentis anni valeat ſterilitas compenſaſari.* Idem habetur in lege *Ex conducto.* §. *Si vis tempeſtatis.* ff. *locati*. De hac materia diſſerui Tom. 6. Tract. 8. de 7. Decalogi Præcepto.

Cap. Propter ſterilitatem, de locato.

## Caput IV.

### *De Peccato quod in locatione domus facta in favorem Meretricis aut Concubinarii committitur.*

*Quæſt.* 1. Peccat-ne qui domum ſuam meretrici, aut concubinario ſcienter locat, dum intendit ſolummodò penſionem recipere, nullum alium eodem pretio inveniens conductorem?

*Reſp.* In hoc graviter delinquit, præbet enim hujuſmodi perſonis peccandi occaſionem & commoditatem, cùm nullo modo liceat, peccatorum inſtrumenta aliis ſubminiſtrare: ſicut etiam mortaliter haud dubiè peccaret, qui venderet aut commodaret enſem ei quem ſcit eâ ad duellum uti velle, licèt tale duellum commodando, aut vendendo non intenderet, ſed tantùm utilitatem aut lucrum ſibi inde provenienſ: *Ille*, inquit S. Raymundus, *qui facit vel vendit gladios, peccat, ſi ex qualitate perſonæ vel* tem-

D. Raym. in ſumma lib. 2. tit.

*temporis cognoſceret, vel probabiliter dictaret ſibi conſcientia, quòd ille non quærit rem niſi ad malum perpetrandum: tunc enim non deberet illi vendere contra talem conſcientiam.* Et ita eadem ratione dicendum eſt, quòd ille qui domum ſuam alteri locat ſciens aut valdè probabiliter dubitans, cõductorem velle ea domo ad impudicitatem uti, peccare etiam videtur mortaliter. de negot. ſæcularib. §. 6.

Illud etiam probatur ex auth. in qua habetur, quòd *Si quis patiatur in domo ſua quemdam Lenonem, & hæc denuntiata cognoſcens, non ex domo ſua expulerit: ſciat ſe & decem librarum auri ſuſtinere pœnam, & citra ipſam perditurum habitationem.* Ex quibus verbis infertur, in lege ſupponi, magnum in hoc committi delictum, gravemque contra rem publicam injuriam, cùm graves pœnæ non infligantur, niſi pro gravi culpâ. Authent. De Lenonibus. §. præconiſamus.

Unde etiam Tertullianus, in legum ut & in morum doctrinâ verſatiſſimus: *Graviora delicta,* inquit, *quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obſervationis, ut non ab iis tantùm abſcedamus, ſed & ab iis per quæ fiunt. Licèt enim ab aliis fiat, non intereſt ſi per me: in nullo neceſſarius eſſe debeo alii, cum facit quod mihi non licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo curandum mihi eſſe ne fiat per me. Denique in alia cauſa non levioris reatus præjudicium iſtud obſervo; nam quod mihi de ſtupro interdictum ſit, aliis ad eam rem nihil aut operæ aut conſcientiæ exhibeo. Nam quod ipſam carnem meam à lupanaribus ſegregavi, agnoſco me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius cauſa exercere poſſe. Sic & homicidii interdictio oſtendit mihi, laniſtam quoque ab Eccleſia arceri; nec per ſe non faciet, quod faciendum aliis ſubminiſtret.* Tertull. de Idololatria cap. 11.

*Quæſt.*

*Quæſt.* 2. Non-ne licet alimenta & veſtes meretrici vendere, modò id cum perverſa intentione non fiat, ſed cum aliquo fine honeſto, v.g. ut quis licito modo lucretur neceſſaria ad familiæ ſuſtentationem, etiam ſi talis fœmina nullo modo peccare poſſet, niſi alimenta, aut veſtes ei venderentur?

*Reſp.* Magna reperitur differentia inter venditionem rerum quæ ad vitam neceſſariæ ſunt, & locationem domûs factam in favorem meretricis. Primò, quia domus præbet tali fœminæ proximiorem occaſionem ad peccandum. Secundò, quia, ut docet Sanctus Thomas loquens de dantibus eleemoſynam; *Si conſtaret, quòd de eo quod eis datur, in peccatum abuterentur, non deberet eis dari aliquid, niſi neceſſitas extrema expoſceret: & hoc modo intelligenda eſt authoritas inducta.* (*Eccleſiaſtici* 12. Da miſericordi & non ſuſcipias peccatorem, & iterùm, Benefac humili & non des impio.) In qua doctrina videmus, quòd etiam ſi liceat vendere meretrici, ea quæ ad ſuſtentationem neceſſaria ſunt, non tamen licet eidem locare domum, quâ ad peccandum uti vult; quia meretrix poſſet aliam habitationem neceſſariam invenire, quam tamen non poſſet in lupanar commutare. Videtur prætereà quòd non poteſt quis, ſine debitæ honeſtatis diſcrimine, meretrici domum ſuam locare, & in hoc quandam injuriam vicinis fieri: Adde, quòd valdè expedit, quòd ob domus defectum, tales mulieres quodam modo ad mutationem vitæ incitentur, aut ſaltem, ut Parœciam vel locum, quem ſua præſentiâ dehoneſtant & inficiunt, deſerere magno Chriſtianorum bono compellantur.

D. Thom. 4. ſentent. diſt. 15. q. 2. art. 6. quæſtiuncula 2. in corp.

Quis

Quis credat, illum ſuper omnia Deum diligere, qui domum ſuam meretrici notæ locare conſentit? quique, ne aliquo emolumento privetur, domum velut quoddam inſtrumentum tot peccatorum ſubminiſtrat? Nec dicas, quòd dum meretrices tolerantur, illis conſequenter aliquæ domus locari debent; nam id onus tibi privato non incumbit, nec aliquâ lege teneris talibus habitationem concedere in tua domo; cum igitur ad id non tenearis, quo pacto amas Deum, & ad illius mandata tremis, dum talem locationem facis, quam certè in die judicii feciſſe non velles? Nec timendum eſt, ne in praxi deſint locatores domorum, prout neque etiam fornicatores, corrupti hujuſce ſæculi moribus, in quo multi ſanam doctrinam nec ſervant nec ſuſtinent.

*Quæſt.* 3. Quid agere debet Confeſſarius dum ſcit pœnitentem locaſſe aut locare velle domum ſuam alicui meretrici, vel lenoni?

*Reſp.* Videtur, quòd in tali caſu neganda eſt pœnitenti abſolutio, niſi promittat ſe talibus domum ſuam non locaturum; aut ſi jam locavit, debet ei imponi, ut quantò citiùs fieri poterit, meretricem à domo ſua quovis modo expellat; differrique poſſet abſolutio, donec aliqua ſuper hoc diligentia facta fuerit: & hæc videtur eſſe Sancti Caroli doctrina, dum ſic loquitur: *Nec eos abſolvant, qui cum peccatis mortalibus, ſimul etiam eorum occaſiones vitare planè non proponunt, ut ſunt qui domum tenent in hunc finem aliis paratam, ut tabellis cartaceis vel aleis ludant.* Et ita ſi, juxta tanti Præſulis mentem, non debent abſolvi illi, qui domum ludentibus

S. Carolus inſtruct. Confeſſ. cap. 5.

tibus paratam habent, niſi ſpondeant ſe tales peccati occaſiones, per quæ cooperantur aliorum delictis, amputaturos. Nonne major adeſt ratio abſolutionem denegandi illis, qui domos ſuas meretricibus, aut lenonibus locare volunt, & ita aliquo modo talium perſonarum delictis cooperantur? Debet igitur Confeſſarius magna cum charitate pœnitentem monere, primò ferè impoſſibile eſſe, quòd ſolis meretricibus domum ſuam locare poſſit, præcipuè ſi locationis pretium tantiſper velit minuere: Secundò attendenda eſſe verba in Euangelio à Christo prolata: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & projice abs te; expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam &c.* Et ita licèt amittenda eſſet aliqua pretii pars, aut etiam totum pretium, ne meretrici locaretur domus, id confidenter fieri debere, Deumque in hoc ſæculo, & quod majus eſt, in alia quam ſperamus vita, ei non defuturum, quia aliqua in ſui gratiam contempſerit, ſed centuſilum, juxta Domini verba, accepturum in hoc ſæculo, & vitæ æternæ hæredem fore in altero. Adde quòd, ut ait Sanctus Hieronymus, *Melius eſt ut quis emolumentis carnalibus careat, quàm dum vult lucrifacere, cauſam habeat ruinarum.* Vide quæ dicta ſunt Tom. 7. Tract. 8. capite 5. quæſt. 56.

Matth. c. 5. v. 29.

S. Hieron. comm. in Matt. lib. 3.

C A-

# CAPUT V.

## *De Obligationibus & peccatis locatarii ſeu conductoris.*

*Quæſt.* I. AD quæ obligatur conductor?

*Reſp.* Tenetur primò, re locatâ eo modo uti, quo conventum eſt; nam ſi aliter eâ uteretur, teneretur damnum quod inde paſſus eſſet locator, reſarcire; niſi rationabiliter præſumpſiſſet conductor, conſentire locatorem tali uſui: quorum ratio eſt, quia in contractu locationis, rei dominium non transfertur, ſed uſus tantùm rei locatæ conceditur; ita ut dum re locatâ utitur conductor aliter, quàm conventum eſt, injuſtitiam committit, quia re alienâ contra domini voluntatem utitur: unde, ut decernit Juſtinianus Imperator, *Si is qui rem utendam accepit, in alium uſum eam transferat, quàm cujus gratia ei data eſt, furtum committit, veluti ſi quis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi longiùs aliquò duxerit*; & §. ſequenti: *Qui rebus commodatis aliter utuntur quàm utendas acceperint, ita furtum committunt, ſi ſe intelligant id invito domino facere, eumque ſi intellexiſſet non permiſſurum: at ſi permiſſurum credant, extra crimen videtur.* Lib.4.Inſt. tit.1.§.6.

Secundò, tenetur locatarius ſeu conductor à locatione ante tempus conventum non recedere; niſi rei locatæ aliquid accidat, quod illius uſum impediat: ut ſi quis domum locavit, cujus deinde ali-

qua pars corruit: ſi domus ob alicujus larvæ ſeu ſpectri apparitiones, fiat inhabitabilis; ſi ob contagionem aut bellum conductori ſit recedendum. In his autem caſibus debet conductor locatorem de ſuo diſceſſu admonere, domuſque claves reſtituere, ſi id commodè fieri poſſit; nam ſi diſceſſionem ſuam locatori celaret conductor, dum illum admonere difficile non eſt, & idcircò non potuiſſet dominus domum ſuam alteri locare: in hoc caſu ex æqualitate teneretur conductor damnum, quod inde paſſus eſt locator, reſtituere.

Tertiò, conductor tenetur rem locatam, finitâ locatione, incolumem domino reddere; quia ut docet Sanctus Antoninus, *Si conductor malè tractavit rem ſibi locatam, ſic plus vel minùs peccavit ſecundùm læſionem, & præcipuè quando ex malitia, vel craſſa negligentia hoc egit, tenetur ad ſatisfactionem.*

D. Anton. 2.p. tit.1. cap.15.§.6.

Quartò, debet conductor mercedem & pretium rei locatæ, tempore convento ſolvere, aut ſi de tempore ſolutionis inter partes conventum non ſit, debet ſolvere juxta regionum receptam conſuetudinem; nam ut ait idem Sanctus Antoninus, *Si conductor non ſolveret tempore debito cùm poſſet, peccavit.*

D. Anton. loco cit.

C A-

# Caput VI.

## *De Locatione famulorum & operarum.*

*Quæſt.* 1. QUi operarium conduxiſſet, & deinde illius operâ non fuiſſet uſus: teneretur-ne ſolvere mercedem conventam, & poſſet-ne aliquid ex ea minuere, eò quòd artifex non laboraſſet?

*Reſp.* Huic quæſtioni expreſsè reſpondet Gloſſa his verbis, *Cùm autem quis operas ſuas locat, vel rem & operam, nec per eum ſtat, quominus ea ſolvat, ſed per conductorem, licèt caſu fortuito impeditum, mercedem totius temporis conſequetur; ſi verò ſtetit per locatorem, quominus operas præſtet, vel per caſum fortuitum in ſua perſona contingentem, tenetur in primo caſu ad intereſſe, in ſecundo ut penſionem remittat vel reddat, pro rata temporis, quo eas non præſtitit.* Et juxta illius Gloſſæ doctrinam intelligi debet lex, in qua ſic habetur: *Cùm quidam operas ſuas locaſſet, deinde is quis eas conduxerat, deceſſiſſet, Imperator reſcripſit: Cùm per te non ſtetiſſe proponas quominus locatas operas ſolveres, ſi eodem anno mercedes ab alio non accepiſti, fidem contractus impleri æquum eſt.*

Gloſſ. in l. Si uno, ff. locati, verbo, Perſonis.

L. Sed addes, §. Cùm quidam, ff. locati.

*Quæſt.* 2. Regula generalis, quòd qui operam ſuam alteri locat, nullam mercedem conſequi debet, cùm caſu aliquo fortuito in locatoris perſona contingente, non poteſt id quod promiſerat præſtare, debetne extendi ad omnes qui operas ſuas locant?

*Reſp.* Hæc regula non extenditur ad Advocatos, qui mercede accepta ad tuendam

dam in judicio aliquam cauſam, ſeam deinde, caſu aliquo fortuito ſuperveniente, tueri non poſſunt; Patroni enim à regula generali expreſsè exempti ſunt in lege, his verbis: *Divus Severus ab hæredibus Advocati eo mortuo prohibuit mercedem repeti: quia per ipſum non ſtetit, quominùs cauſam ageret*. Quod tamen intelligendum videtur, cùm putatur advocatus aliquam diligentiam, & curam adhibuiſſe ad talem cauſam tuendam.

L. Præſes, ff. de variis & extraor. cognitio. §. Divus.

*Quæſt.* 3. Cùm locatione facta à domino, rei locatæ dominium legitimè in alium transfertur, ceſſat-ne omninò locatio? v.g. Petrus cùm domum ſuam Paulo locaſſet, ſtatim mortuus eſt: quæritur, utrum hæredes Petri, poſſint Paulum à domo locata expellere, aut utrum teneantur locationem factam obſervare?

*Reſp.* Ut huic quæſtioni reſponderi dilucidè poſſit, ſupponendum eſt, rem aliquam duplici modo ab uno domino in alium transferri poſſe: aut enim mortuo primo domino, ſucceſſit hæres univerſalis, aut res vendita fuit, aut legata. In primo caſu hæres univerſalis tenetur locationi à defuncto factæ ſtare, nec poteſt conductori ante tempus conventum rem locatam tollere; quia hæres univerſalis unicam in jure perſonam ſuſtinet, unà cum teſtatore, &, ut ait lex, *Viam veritatis ignoras, in conductionibus non ſuccedere hæredes conductoris exiſtimans*. In aliis caſibus conſtat ex lege, quòd *Emptorem quidem fundi neceſſe non eſt ſtare colono, cui prior dominus locavit, niſi ea lege emit*. Et idem prorſus de legatario dicendum eſt, vel alio quolibet, qui quacumque rem alio titulo, quàm hæredis univerſalis acquiſivit, quia tales defuncti perſonam non repræſentant.

L. Viam, C. de locato.

L. Emptorem, Cod. de locato.

*Quæſt.*

*Quæſt.* 4. Si Petrus operam Pauli locaverit ad ædificandam domum, aut faciendam ſtatuam, navem & alia hujuſmodi, & deinde, re infectâ, moriatur Paulus: tenentur-ne hæredes Pauli ad faciendum per ſe aut per alios id, quod facere promiſerat Paulus? aut ſi è converſo, Petrus moriatur, tenentur-ne illius hæredes conventiones, quas cum Paulo fecerat obſervare?

*Reſp.* Caſus iſti ſunt à lege definiti his expreſſis verbis: *Generaliter ſancimus, omnem ſtipulationem, ſive in dando ſive in faciendo, ſive mixta ex dando & faciendo inveniatur, & ad hæredes, & contra hæredes tranſmitti, ſive ſpecialis hæredum fiat mentio, ſive non.* Et ita in utroque caſu hæredes tenentur vices defuncti, aut per ſe aut per alios, fideliter ſupplere. L. Veteris juris, Cod. de contrahenda & committenda ſtipulatione.

*Quæſt.* 5. Qui rem aliquam à domino locat, poteſt-ne rem locatam dimittere, dum illius proprietas ad alium dominum tranſit?

*Reſp.* Non poteſt locatarius, ſeu conductor, rem ſibi locatam deſerere & abjicere ante tempus conventum, niſi adſit novi domini conſenſus: quod probatur ex lege *Emptorem* ſupra relata, & ex lege *qui fundum*. In quibus loquens Imperator de iis, qui non tenentur ſtare locationi factæ, eamque obſervare, conductorem ſeu locatarium in eorum numerum non refert, & ita ſupponit, non eſſe extra generalem contractuum regulam, quæ illos perpetuos ex natura ſua eſſe jubet.

*Quæſt.* 6. Si famulus vili pretio neceſſitate compulſus ſe locaverit, dominum enixè rogans, ut illum in ſuo famulatu reciperet: tenetur-ne dominus in tali caſu

conſuetum ſervitii & laboris ſui ſalarium in foro conſcientiæ famulo ſolvere, aut tantummodò mercedem conventam?

*Reſp.* Eodem planè modo loqui poſſumus de eo qui famulum locat, ac de alicujus rei emptore; quia, ut docet Juſtinianus Imperator, *Locatio & conductio proxima eſt emptioni & venditioni, iiſdemque juris regulis conſiſtit*. Cùm igitur, juxta ſancti Thomæ doctrinam: *Si pretium excedat quantitatem valoris rei, vel è converſo res excedat pretium, tolletur juſtitiæ æqualitas. Et ideò cariùs vendere, vel viliùs emere rem quàm valeat, eſt ſecundum ſe injuſtum & illicitum*. Poſſumus etiam aſſerere, illum qui utilitatem propriam ex famuli neceſſitate captans, non ei juſtum ſervitutis, quam ſibi impendit, pretium ſolvit, injuſtitiæ rerum fieri. Si verò dominus qui talem famulum recipit, eo non multum indigebat, eumque ſolummodo recepit, ut ejus enixis precibus annueret: ita ut non pluris æſtimet ſervitutem, quæ ſibi à famulo præſtatur, quàm mercedem conventam, eò quòd tali famulo carere lubenter conſenſiſſet: in hoc caſu non tenetur augere pretium conventum: ſicut enim aſſerit S. Thomas, quòd *Cùm aliquis multùm indiget habere rem aliquam, & alius læditur ſi ea careat: in tali caſu juſtum pretium erit, ut non ſolum reſpiciatur ad rem quæ venditur, ſed ad damnum quod venditor ex venditione incurrit*. Ita etiam in caſu propoſito non æſtimanda eſt ſervitus, quam famulus hero impendit, juxta ſervitutis valorem, ſed juxta utilitatem, quam herus ex ea ſentit. Saltem advertendum eſt, quòd conventi ſalarii modicitas non debet dare famulis occaſionem, bona dominorum ſurripiendi, ſub compenſationis plerum-

L. 3. Inſtit. tit. 25.

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. in corp.

D. Th. loco citato.

que

que inani prætextu ; ne enim id in praxi fieret, propoſitionem ſequentem condemnavit ſancta Sedes.

37. Propoſitio damnata.

*Famuli & famulæ domeſticæ poſſunt occultè heris ſuis ſurripere ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt.* Innoc. XI. in Decret. contra 65. Propoſ.

*Quæſt.* 7. Cùm herus famulum dimittit ante tempus conventum, tenetur-ne integrum totius temporis conventi ſalarium ſolvere : aut ſufficit-ne ut ſalarium pro ſervitii præſtiti ratâ ſolvat ?

*Reſp.* In contractu locationis pacta inter partes conventa debent obſervari ; & ita ſi herus famulum ante tempus conventum expellat, abſque gravi ratione & fundamento, ex parte famuli proveniente, tenetur integrum ſalarium ſolvere, perinde ac ſi famulus ei ſerviſſet toto tempore convento, modò tamen famulus alium herum non habuerit per id tempus, quo à primo dimiſſus eſt ; quia ut dicitur in lege : *Qui operas ſuas locavit, totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſtetit, quominùs operas ſuas præſtaret.* L. Qui operas, ff. locati. Et eodem planè modo, ſi abſque legitima cauſa famulus ante tempus conventum herum deſerat, poteſt herus juſtè compenſare damnum, quod ex præpropero famuli diſceſſu ſuſtinet ; nam, ut ait Gloſſa, *Si verò ſtetit per locatorem, quominùs operas præſtet, tenetur ad intereſſe.* Gloſſa in L. Si uno, ff. locati, verbo, Perſonis.

*Quæſt.* 8. Apparitores, lictores, curſores & ſimiles, qui res judiciarias contra varias perſonas una die ſortis exequuntur, poſſunt-ne exigere à ſingulis pretium taxatum, perinde ac ſi unicam tantùm executionem feciſſent ?

*Reſp.* Id eis variis conſtitutionibus, &

ſtatutis municipalibus prohibitum fuit, præcipuè autem in Gallia edictis Philippi IV. anno 1302. articulo 5. & 22. & 27. & Franciſci primi anno 1535. cap. 16. art. 10. neque dubium eſſe poteſt, quin tales juſtiſſimæ leges obſervandæ à ſubditis ſint. Adde quòd id valdè juri & æquitati naturali conforme eſſe videtur.

*Quæſt.* 9. Cùm artifex quilibet modico nimiùm pretio aliquid facere imprudens promiſit, ita ut licèt rectè & aſſiduè laboret, non tamen poſſit juſtum ſalarium in tali opere conſequi: tenetur-ne dominus tale pretium augere, cùm illius nimiam modicitatem cognovit?

*Reſp.* Si erravit operarius in computatione laboris & temporis, quæ in tali opere inſumenda ſunt, & conſtet, illius ſalarium longè infra mediocritatem eſſe: in hoc caſu tenetur dominus, id eſt, qui artificis opera utitur, pretium augere juxta qualitatem, & æſtimationem laboris neceſſarii; modò talem expenſam non fecerit, ob promiſſionem ſibi ab artifice factam, quòd tale opus majorem ſummam non requireret, ita ut ita fuerit diſpoſitus & animatus, ut ſi majus fuiſſet rei pretium, de ea non cogitaſſet. Quod probatur ex his quæ ſuperiùs diximus, quòd ſcilicet idem dicendum eſt de locatione, ac de emptione: ſed ex ſancto

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. in corp. Thoma, *Cariùs vendere, vel viliùs emere rem quàm valeat, eſt ſecundùm ſe injuſtum & illicitum*. Secundò, quia ut habetur in lege:

L. Si quis, de verborum obligationib. *Qui per dolum obligatus eſt competit ei exceptio, etſi nullus dolus interceſſerit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum habet*. Et ita cùm in caſu propoſito conſtet, quòd dominus rem pro minori pretio habet, quàm reverà valeat, ſequitur

tur illum teneri ſupplere, id quod deeſt juſto pretio laboris, qui pro ſe factus eſt, licèt illa nimia modicitas ex culpâ domini non provenerit, ſed ex artificis ignorantiâ; quia ut videtur in ratione & anima legis modò laudatæ, licèt nulla adſit domini fraus aut culpa, poſſet tamen artifex juſtum laboris ſui pretium in judicio petere.

*Quæſt.* 10. Nonne dici poſſet, eam legem debere ſolummodo intelligi, dum adeſt læſio, ultra dimidiam juſti pretii, quandoquidem leges illam tantùm læſionem in contractibus prohibent, ut videre eſt in leg. *Rem majoris, Cod. de reſcind. vendit. & cap. cùm cauſa, de emptione & venditione?*

*Reſp.* Dicendum eſt, quòd leges illæ intelligendæ ſunt pro foro externo; nam, ut inquit Angelicus doctor, *Lex humana non potuit prohibere quidquid eſt contra virtutem, ſed ei ſufficit, ut prohibeat ea quæ deſtruunt hominum convictum: ſed lex divina nihil impunitum relinquit, quod ſit virtuti contrarium; unde ſecundùm divinam legem illicitum reputatur, ſi in emptione & venditione non ſit æqualitas juſtitiæ obſervata, & tenetur ille qui plus habet, recompenſare ei qui damnificatus eſt, ſi ſit notabile damnum.* Ex juxta Innocentium quartum, *Illud quod dicitur, quòd liceat contrahentibus ſe invicem decipere intra non dimidium juſti pretii, tenet jure fori, ſed forſan non jure poli.*

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. ad 1.

Innoc. IV. in cap. In civitate, de uſuris.

# Caput VII.

## *De Contractu dotali.*

*Quæſt.* I. QUID eſt Contractus dotalis?

*Reſp.* Eſt donatio quædam, quæ à muliere aut mulieris parentibus aut etiam extraneis pro illa marito fit ad ſuſtinenda onera matrimonii; quæ definitio iiſdem ferè verbis traditur à S. Antonino dicente, quòd *Dos eſt quæ datur viro à muliere pro onere, quod de matrimonio ſuſtinet*. Illius verba exponere non erit inutile.

D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 24. §. 1.

Primò, contractus dotalis eſt, *Donatio quædam*; in quibus verbis continetur genus definitionis, quandoquidem hoc illi commune eſt cum aliis variis donationibus: *Quæ à muliere aut mulieris parentibus aut etiam extraneis pro illa fit*; hæc verba perſpicua ſunt, & ex illis concluditur, quòd dos, juxta legem, eſt proprium mulierum patrimonium.

Additur, *Fit marito*, ut notetur ſolum maritum eſſe dominum dotis, ita ut, juxta ſancti Antonini mentem, ex ea eleemoſynas pauperibus dare regulariter non poſſit mulier: *Quandiù*, inquit, *ſtat matrimonium, dominium rerum dotalium eſt penes virum: unde contra voluntatem viri mulier non poteſt eleemoſynam facere*. De hac materia fuſiùs diſſerui Tom. 5. Tract. 2. de primo Decalogi Præcepto, c. 3. de charitate, n. 19. *Ad ſuſtinenda onera matrimonii*, ex quo infertur, dotem durare quandiu durat matrimonium, & nullam eſſe dotem ſine matrimonio: *Neque enim*, inquit lex, *dos ſine matrimonio eſſe poteſt: ubicumque igitur nomen matrimonii non eſt, nec dos eſt*.

D. Ant. ib.

L. Dotis, ff. de Jure dotium.

*Quæſt.* 2.

*Quæſt*. 2. Quomodo dividi poteſt Dos, ſeu contractus dotalis?

*Reſp*. Dos, aut bona dotalia, quæ idem in hoc caſu ſonant, ſunt aut profectitia, aut adventitia: bona dotalia profectitia ea ſunt, quæ mulieri dantur à patre, avo, &c. aut etiam ab extraneo, ſi illa det ſub nomine patris, aut avi mulieris. Dos autem adventitia eſt, quæ neque à Patre neque ab aliis conſanguineis in linea aſcendenti maſculina paterna conſtitutis provenit; quamque mulier ſibi ipſa conſtituit ex bonis matris, fratris, avunculi aut extranei; quæ omnia habentur in lege.

*Quæſt*. 3. Tenetur-ne pater filiam dotare?

*Reſp*. Certum eſt, quòd ſi filia cum conſenſu patris nubat, tenetur illam dotare ſi poſſit, eò magis quòd cum alimenta iis quos genuit ſubminiſtrare debeat, dos in locum alimentorum ſuccedit; & ita juxta legem: *Qui liberos injuria prohibent uxorem ducere, vel nubere, vel qui dotem dare non volunt, coguntur in matrimonium collocare & dotare*. L. Qui liberos, ff. de ritu nuptiarum.

*Quæſt*. 4. Pater tenetur-ne dotare filiam, quæ ſine illius conſenſu nupſit?

*Reſp*. In hoc caſu pater non dotare tenetur in Gallia, ubi adſunt ea de re varia Regum Decreta: Henrici II. menſe Februario 1556. Henrici III. 1579. & Ludovici XIII. ann. 1629. Illi tamen Reges nolunt, ut talis exheredatio locum habere poſſit erga filios triginta annis, aut filias viginti quinque annis majores, ut videre eſt in Decreto Henrici II. In aliis Regionibus leges & ſtatuta municipalia, quæ in talibus caſibus obſervantur, etiam in conſcientia attendenda ſunt. Notandum tamen, tales pœnas in conſcientia non

incurri, niſi cùm filii aut filiæ matrimonium contraxerunt patre aut matre rationabiliter invitis, aut iis ſine juſta & gravi cauſa non conſultis: ſed de his alibi fuſiùs Tom.4. ubi de matrimonio.

*Quæſt.* 5. Si Pater, ob paupertatem, filiæ dotem conſtituere non poſſit, mater tenetur in illius ſubſidium conſtituere, ſi poſſit?

*Reſp.* Mater quæ non minùs liberos diligere debet quàm Pater, tenetur eis alimenta ſubminiſtrare; & ita ſi Pater ita ſit pauper, ut filiæ dotem in caſu matrimonii dare non poſſit, debet illius vices ſupplere mater, & illam naturalem obligationem, cùm poteſt, implere; nam juxta doctrinam Gloſſæ: *Vbi pater & filius egent, mater compellitur eos alere.*

Gloſſa in C. Cùm haberet, de eo qui duxit in matrimonium, &c. verbo, ſecundùm facultates.

*Quæſt.* 6. Tenetur-ne frater ſororem dotare, cùm id pater aut mater facere non poſſunt?

*Reſp.* In hoc caſu frater tenetur; quia juxta Gloſſam, dives fratri inopi alimenta ſubminiſtrare debet: & hæc obligatio validior eſt in Eccleſiaſtico, qui poſſidens bona Eccleſiæ quæ ex natura ſua pauperum uſibus inſervire debent, ex eis ſororem dotare debet, ſi nullum habet patrimonium; in quo tamen attendi debet, ut ea dos talis non ſit, ut ob eam ſoror in altiorem conditionem aut fortunam transferatur; nam, ut ait S. Ambroſius, *Hæc eſt approbanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas; non tamen ut illos ditiores fieri velis, ex eo, quod tu potes conferre inopibus.* Et quia periculoſum admodùm eſt, ne carnis & ſanguinis affectus in tali negotio dominetur, & cæcitatem inducat, talia temerè facienda non ſunt, nec ſine bono & fideli ſpiritualis hominis conſilio.

D. Ambroſius, lib.1. de officiis, c.30.
D. Th.2.2. q.185. art.7. ad 2.

*Quæſt.* 7.

*Quæſt*. 7. Si virgo nubere nolit, ſed Monaſticam vitam ducere cupiat; in hoc caſu tenetur-ne pater illam dotare, ut etiam patrimonium filio Ordines ſacros recipere volenti conſtituere.

*Reſp*. Quandoquidem dos filiæ nubenti conſtitui debet, dubitari non poteſt, quin filius Ordinem ſacrum ſuſcipiens, aut filia Monaſterium ingrediens, eodem privilegio gaudere debeant; cùm juxta Canones, vota quæ in profeſſione Monaſticâ, aut in Ordine ſacro fiunt, quoddam veluti matrimonium ſpirituale producant, ex quo non minor unio cum Deo oritur, quàm ſit illa quæ in matrimonio communi mulierem inter & maritum intercedit; unde à matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale ſæpiſſimè in jure Canonico datur conſequentia.

*Quæſt*. 8. Quonam tempore tenetur maritus dotem reſtituere?

*Reſp*. Si dos ex rebus immobilibus conſtet, eam ſtatim ſoluto matrimonio debet maritus reſtituere; quòd ſi in rebus mobilibus, pecunia & ſimilibus conſiſtat, ad illam reſtituendam, juxta legem civilem, non obligatur maritus, niſi elapſo anno poſt matrimonii diſſolutionem, ut videre eſt in leg. *Rem in præſenti*, §. *cùm autem*, Cod. *de rei uxoriæ actione*: attamen ſimiles caſus reſolvendi ſunt, etiam in foro conſcientiæ, juxta leges & conſuetudines legitimas, quæ in variis regionibus obſervantur.

*Quæſt*. 9. Tenetur-ne maritus totam dotem reſtituere?

*Reſp*. Si maritus ita pauper ſit, ut reſtitutâ integrâ dote non habiturus ſit, unde juxta ſtatum & conditionem ſuam vivat, tunc non tenetur niſi ad id, quod facere

poteſt, id eſt, deducto ne egeat; quæ tamen legis diſpenſatio perſonalis eſt, mariti perſonam non egreditur, & ad illius hæredes extraneos non extenditur: *Maritum*, inquit lex, *in id quod facere poteſt condemnari, explorati juris eſt, ſed hoc hæredi extraneo non eſſe præſtandum*.

L. Maritū, ff. ſoluto matrimonio.

*Quæſt.* 10. Cùm maritus ſine timore inopiæ dotem reſtituere poteſt, eamque reverà per ſe aut per hæredem reſtituit: poteſt-ne retinere id, quod ad conſervanda bona dotalia expendit?

*Reſp.* Si tales expenſæ neceſſariò faciendæ erant ad conſervationem aut perpetuam dotis utilitatem, illas haud dubiè compenſare & computare poterit maritus; nam ut dicitur in lege: *In neceſſariis impenſis hoc ſciendum eſt, eas demùm impenſas dotem minuere quæ in dotem factæ ſunt*. Igitur, ſi v. g. maritus multùm expendiſſet ad reſarciendam domum dotalem quæ ruinam minabatur, poteſt tales expenſas ab hæredibus conjugis repetere.

L. Impenſarum, ff. de impenſis in reb. dotalib. factis.

Quòd ſi expenſæ in fundo aut alia re dotali factæ ſint ſolummodò, ut majores inde fructus maritus conſequeretur, non autem ut res dotalis majoris pretii fieret: tunc nullam compenſationem ob eas prætendere poteſt maritus; conveniens enim & juſtum eſt, ut quandoquidem fructibus ex re dotali provenientibus fruitur, hujuſce generis expenſas uxori non imputet, juxta legem civilem.

Cùm autem expenſæ ſolam mariti commoditatem aut voluptatem reſpiciunt, & ad vanum ornatum potiùs quàm ad utilitatem ſpectant: tunc in conſiderationem non veniunt, nec ullam compenſationem producunt, etiam ſi conſentiente conjuge factæ fuiſſent: *In voluptuariis autem*, inquit

*quit lex, nec ſi voluntate mulieris factæ ſunt, exactionem parere*.

L. In voluptuariis, ff. de impēſis in reb. dotalib. factis.

## CAPUT VIII.

### *De Depoſito*.

*Quæſt*. I. QUID eſt Depoſitum?

*Reſp*. Eſt contractus, quo res aliqua alteri cuſtodienda committitur: & ut dicitur in lege: *Depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt*. Ex hac definitione facilè infertur, depoſitarium juſtè non poſſe re depoſita uti, cùm ejus tantùm conceſſa ſit cuſtodia, non autem uſus; in quo depoſitum à commodato differt, in quo res ita traditur, ut ea quis utatur: differt etiam à pignore, in quo res traditur ad alicujus debiti ſecuritatem.

L. Depoſitum, ff. depoſiti.

*Quæſt*. 2. Quonam modo dividitur Depoſitum?

*Reſp*. Aliud eſt judiciale depoſitum, quod fit de re litigioſâ quę judicii aut ſequeſtro traditur, uſque dum decernatur & declaretur, ad quem debeat pertinere. Aliud eſt etiam depoſitum, quod à debitore in manus perſonæ publicæ traditur, ut exinde ſe à ſolutione intereſſe eximat: accidit enim aliquoties, quòd debitor volens debitum creditori ſolvere, in varias oppoſitiones & contradictiones incurrit; quandoque ipſemet creditor ſolutionem recipere non vult: & in hujuſmodi caſibus debitor pecuniam quam debet, in manibus perſonæ publicæ deponit, quo facto liberatur ab obligatione quam in favorem creditoris contraxerat.

Tertia ſpecies depoſiti eſt, cùm res aliqua alteri cuſtodienda traditur; & hoc eſt propriè loquendo depoſitum, de quo nunc loquimur: dicitur autem depoſitum à verbo deponere, & ut dicitur in lege: *Propoſitio de auget depoſitum, ut oſtendat, totum fidei ejus eſſe commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet.*

L. Depoſitum, ff. de. poſiti.

*Quæſt.* 3. Depoſitarius poteſt-ne uti re, quæ apud ſe depoſita eſt?

*Reſp.* Si deponens, id eſt, dominus rei quæ depoſita eſt, non verè conſentit expreſſè aut tacitè, quòd eâ utatur depoſitarius, certum eſt, quòd peccat, & quamdam ſpeciem furti in tali uſu committit, ut habetur in lege: *Qui rem depoſitam invito domino ſciens, prudenſque in uſus ſuos converterit, etiam furti delicto ſuccedit.* Unde ſequitur, quòd ſi veſtis, aut alia hujuſmodi res, depoſita fuerit, & eâ depoſitarius, ſine domini conſenſu, utatur, tenetur reſtituere; quia uſus talis veſtis depoſitæ ejus valorem minuit, neque præſumi communiter debet, dominum, qui nullo modo tali uſui conſenſit, illum approbare; quin potiùs judicandum eſt, illi non placere, cùm in illius damnum vergat. Quòd ſi depoſita fuerit pecunia, aut incluſa eſt in arca clavi à domino obſeratâ; & in hoc caſu depoſitarius illâ utatur, furtum committit; quia ex tali depoſiti modo conſtat, dominum nolle illius uſum concedere. Si verò pecunia ſimpliciter non incluſâ depoſita ſit, poteſt ea uti depoſitarius, modò tamen ſecurus ſit, ſe aliam pecuniam ſubitò inventurum ad reddendum domino, quandocumque eam petierit: *Si ſacculum*, inquit lex, *vel argentum ſignatum depoſuero, & is pœnes quem depoſitum fuit, me invito contrectaverit,*

L. Si depoſiti, C. de. poſiti.

L. Si ſacculum, ff. depoſiti.

*verit, & depoſiti, & furti actio mihi in eum competit. Si ex permiſſu meo depoſita pecunia, is penes quem depoſita eſt, utatur, ut in cæteris bonæ fidei judiciis, uſuras ejus nomine præſtare mihi cogitur.*

*Quæſt.* 4. Ad quid tenetur depoſitarius, dum res depoſita, in ſuis manibus minuitur aut perit?

*Reſp.* Licèt naturalis adſit obligatio reſtituendi id quod ab alio depoſiti cauſa habuimus; nihilominùs ſi res depoſita caſu aliquo fortuito in manibus depoſitarii pereat, non tenetur reſtituere; quia ut plurimùm, ejus tantùm gratia qui deponit, depoſitum contrahitur, non autem gratia depoſitarii. Unde S. Thomas ſic diſſerit: quandoque *Aliquis accipit rem alterius abſque injuria, non pro ſua utilitate, ſicut patet in depoſitis: & ideo ille qui ſic accipit, in nullo tenetur ratione acceptionis, quin imò accipiendo impendit obſequium: tenetur autem ratione rei, & propter hoc ſi ei ſubtrahatur res abſque ſua culpa, non tenetur ad reſtitutionem; ſecùs autem eſſet, ſi cum magna ſua culpa rem depoſitam amitteret.* Et in hoc ſecutus eſt S. Thomas legis civilis Decretum, juxta quam depoſitarius rem depoſitam reſtituere tenetur, ſi fraude ſuâ aut culpâ gravi perierit: *Depoſitarius non tenetur niſi de dolo, & lata culpa.*

D. Th. 2. 2. q. 62. art. 6. in corp.

L. Depoſitum, §. quod autem, ff. de depoſiti.

*Quæſt.* 5. Qualis eſt illa culpa gravis in depoſito?

*Reſp.* Culpa gravis eſt, cùm rei depoſitæ cuſtodia valdè negligitur, neque eo modo, & eâ vigilantiâ conſervatur, quo res propriæ; & ideo ſic habetur in lege: *Latiorem culpam dolum eſſe, mihi veriſſimum videtur; nam etſi quis non ad eum modum quem hominum natura deſiderat, diligens eſt, niſi tamen ad ſuum modum curam in depoſito*

L. Quod Nerva, ff. depoſiti.

*præſtet, fraude non caret; nec enim ſalva fide minorem his, quàm ſuis rebus, diligentiam præſtabit.* Unde etiam dicitur in Decretali, quod *Bona fides abeſſe præſumitur, ſi rebus tuis ſalvis exiſtentibus, depoſitas amiſiſti.* Cujus rei exemplum affert Gloſſa his verbis: *Præſumitur autem lata culpæ vel dolus, ſi non adhibeat diligentiam, qualem in rebus ſuis; ut ſi res ſuas ponebat in arca ſecuras, res depoſitas dimittebat in domo ſuper bancas.*

Cap. Bona fides, de depoſitó. Gloſſa ib.

*Quæſt.* 6. Depoſitarius tenetur-ne quandoque reſtituere ob aliquam culpam, quæ lata & gravis non eſt?

*Reſp.* Tenetur in duobus caſibus: Primò, ſi aliquam mercedem recepit ad cuſtodiendam rem depoſitam, tunc namque tenetur reſtituere, ſi levi culpâ res depoſita pereat; quia in eo caſu depoſitum utriuſque gratiâ celebratur; & ut ait lex: *In depoſito ſi merces acceſſit, etiam culpa exhibetur. Vbi utriuſque utilitas vertitur, dolus & culpa præſtatur.* Secundò, ſi depoſitarius ſe obligaverit ad reſtituendam rem depoſitam, ſi aliqua ſua culpa etiam levi perierit, tenetur obſervare pactum, ut habetur in lege: *Si convenit ut in depoſito & culpa præſtetur, rata eſt contractus conventio; contractus enim legem ex conventione accipiunt.*

L. Si ut certo, ff. commodati. Nunc videndum.

L. Depoſitum, §. Si convenit, ff. depoſiti.

*Quæſt.* 7. Teneri-ne poteſt ad reſtitutionem depoſitarius, etiam ob culpam leviſſimam?

*Reſp.* In duobus caſibus ob leviſſimam culpam teneri. Primò namque ſi depoſitarius totum in ſe rei depoſitæ periculum ſuſceperit, conventioni ſtare tenetur. Secundò, ſi domino volenti rem aliquam deponere, depoſitarius ſemetipſum ad illam cuſtodiendam obtulerit, de leviſſima culpâ tenetur: quod tamen locum habet, ſi cùm dominus hominem diligentiſſimum requi-

reret,

reret, ſeſe obtulit depoſitarius uti talem ſuam diligentiam venditans; tunc enim juſtum eſt, ut illam diligentiam quam oſtentavit, de facto adhibeat, & ut non minori cura rem depoſitam quàm res proprias cuſtodiat; ita ut ſi aliqua talis depoſitarii etiam leviſſima culpa, res depoſita pereat, teneatur illius pretium domino reſtituere, ut habetur in lege his verbis: *Sæpè evenit, ut res depoſita vel nummi, periculo ſint ejus apud quem deponuntur, ut putà ſi hoc nominatim convenit; ſed & ſi quis ſe depoſito obtulit, idem Iulianus ſcribit periculo ſe depoſiti alligaſſe, ita tamen ut non ſolùm dolum, ſed etiam culpam & cuſtodiam præſtet*. Quod etiam Jure Canonico cautũ videtur, dũ dicitur: *De culpa quoque teneris, ſi te ipſum depoſito obtuliſti*. L. Depoſitum, §. ſæpè evenit, ff. depoſiti. Cap. Bona fides, de depoſito.

*Quæſt*. 8. Tenetur-ne aliquando depoſitarius reſarcire damnum, quod caſu aliquo fortuito rei depoſitæ accidit, ſine illius culpa: ut ſi v. g. equus depoſitus eſt, debet ne depoſitarius illius pretium reſtituere, ſi apud ſe mortuus fuerit?

*Reſp*. Teneri poteſt ad reſtitutionem depoſitarius in duobus caſibus. Primò, ſi ita inter eum & deponentem convenerit. Secundò, ſi depoſitarius requiſitus à domino, noluerit tunc reddere rem depoſitam, & pendente mora perierit; quia potuit ab obligatione rem conſervandi ſe liberare, & ita illius mora culpabilis eſt, illumque reddit obnoxium ad reſarcienda omnia damna rei depoſitæ tempore, quo eam invito domino retinet. Unde dicitur in lege, quòd: *Depoſitum eo die quo depoſitatum eſt, periculo ejus eſt, apud quem depoſitum fuerit*. Quod etiam Decretali Gregorii IX. confirmari poteſt; in ea enim habetur, quòd: *In depoſito, pacto, culpa vel mora præcedentibus, caſus etiam fortuitus imputatur*. L. Si in Aſia, ff. depoſiti, §. quemadmodum. Cap. Bona fides, Extra. de depoſito.

Quæſt.

*Quæſt.* 9. Si dominus rem ſuam depoſitam petat, ut eâ utatur ad aliquod ſcelus perpetrandum: ut ſi enſem depoſitum requirat, ut cum eo homicidium committat, tenetur-ne tunc depoſitarius rem depoſitam tradere?

*Reſp.* In talibus caſibus depoſitarius rem depoſitam domino reddere non tenetur, juxta S. Thomæ doctrinam: *Eſt aliquis caſus*, inquit S. Doctor, *in quo depoſitum non eſt reddendum, ne homo perverſam voluntatem habens, malè eo utatur: ut puta ſi furioſus, vel hoſtis rei publicæ arma depoſita repoſcat.*

D.Th. 2.2. q.57.art.2. ad 1.

*Quæſt.* 10. Si fur rem Cajo ſurreptam apud Titium deponat; deinde tractu temporis agnoſcat Titius, talem rem ad Cajum pertinere: debet-ne illam Cajo aut furi reſtituere?

*Reſp.* Etiam ſi ſciat Titius depoſitarius rem depoſitam à deponente furto ſurreptam fuiſſe, eam tamen debet, juxta legem civilem, deponenti reſtituere. Nihilominùs ſi verus dominus rem ſuam eodem tempore cum fure petat, in hoc caſu depoſitarius ex æquitate eam domino tradere debet, ut dicitur in lege & in Gloſſa Canonica, his verbis: *Depoſitum reſtitui debet prædoni, tamen ſi dominus cum fure ſimul petat, domino reſtitui debet de æquitate.*

L. Depoſitum, §. ſi prædo, ff. depoſiti.

*Quæſt.* 11. Si quis depoſita re aliqua, grave ſcelus committat, in cujus pœnam bona illius publicantur & fiſco addicuntur: tunc tenetur-ne depoſitarius rem deponenti reddere, aut eam Judicibus tradere?

*Reſp.* Juxta naturale jus, res depoſita ſoli deponenti reddi debet: ſed juxta legum civilium rigorem, quæ decernunt, ut reus etiam privatione bonorũ temporalium puniatur, res depoſita Judicibus tradi debet,

Reus

*Reus capitalis Iudicii*, inquit lex, *depoſuit apud te centum, bona ejus publicata ſunt; utrum-ne ipſi ea reddenda, an in publicum deferenda ſint? Si tantùm naturale, & gentium jus intueamur, ei qui depoſuit, reſtituenda ſunt: Si civile jus & legum ordinem, magis in publicum deferenda ſunt: nam malè meritus publicè, ut aliis exemplo ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet*. Sed videtur, quòd in hujuſmodi caſu poteſt depoſitarius Juris Canonici clementiam, rigori legis civilis præferre, & ita rem, deponenti, quantumcumque reo, reſtituere, cujus conditio pejor eſſe non debeat, quàm conditio ſuris, cui depoſitum etiam juxta legem civilem reddi debet, ut num. 10. diximus. L. Bona fides. ff. depoſiti.

*Quæſt*. 12. Si v.g. famulus apud Sejum heri ſui Pomponii annulum deponit, & Sejus talem herum non cognoſcens, annulum Titio bona fide reſtituit, putans quòd eſſet illius dominus; tenetur-ne in hoc caſu Sejus Pomponio annuli valorem reſtituere?

*Reſp*. Sejus reſtituere non tenetur, ſi prudenter & abſque ullo dolo annulum Titio reſtituerit, credens ad illum pertinere; quia in hoc caſu res periit caſu fortuito, & conſtans eſt axioma Juris, quòd res quæ perit caſu fortuito, perit ſemper periculo domini, niſi aliter conventum ſit: *Si*, inquit lex, *rem à ſervo depoſitam, Titio quem dominum ejus putaſti, cùm non eſſet, reſtituiſti, depoſiti actione te non teneri Celſus ait, quia nullus dolus interceſſit*. Eâdem ratione ſi hæres rem depoſitam inter bona hæreditaria inveniens, & neſciens depoſitam eſſe, bona fide eam conſumat, non tenetur ejus valorem domino reſtituere, niſi tali conſumptione hæres factus ſit ditior; quia nemo debet locupletari cum alterius jactura, L. Depoſitum, §. ſi rem, ff. depoſiti.

ut

ut ſæpiùs dictum eſt, & deſumitur ex lege in qua dicitur, quòd *Si hæres rem apud teſtatorem depoſitam diſtraxerit, ignorans an teneatur, & quia dolo non fecit, non tenebitur de re; an tamen vel de pretio teneatur quod ad eum pervenit, & verius eſt teneri eum.*

L. Depoſitū, §. quod autem, ff. depoſiti.

---

## Caput IX.

### *De Commodato.*

*Quæſt.* I. Quid eſt Commodatum?

*Reſp.* Eſt contractus, quo res aliqua gratuitò certo modo utenda conceditur, ea lege ut eadem numero res reddatur, id eſt, juxta jùris terminos, ut eadem res reddatur in ſpecie, non in genere. Et, ut ait Gloſſa, *Commodatum eſt alicujus rei in aliquem ſpecialem uſum gratuitò facta conceſſio.* Primò, *Eſt contractus gratuitus;* nam in hoc differt commodatum à locatione, quòd locatio fit pro aliqua mercede & pretio interveniente, commodatum autem neceſſariò debet eſſe ſine mercede. Secundò, *Res aliqua utenda conceditur*, ut appareat, in commodato dominium nullo modo transferri, ſicut accidit in mutuo. Tertiò dicitur, quòd *Res certo modo utenda conceditur*, ut diſtinguatur à precario, in quo rei uſus conceditur ſine ulla determinatione temporis, loci aut uſus. Et ideò ſi commodatarius re ſibi commodata utatur aliter quàm tacitè vel expreſsè conventum eſt, aliquam furti ſpeciem committit. Quartò, dicitur in definitione, quòd eadem numero res debet reddi, quia non ſufficeret aliam rem ſimilem aut illius valorem reſtituere; & in hoc etiam commodatum à mutuo differt.

Gloſſa in cap. Cùm gratia, Extra. de commodato, verbo Commodatum.

*Quæſt.*

*Quæſt.* 2. Ille qui rem ſuam alteri ad tempus aliquod determinatum commodavit, poteſt-ne ejus reſtitutionem exigere ante tempus conventum?

*Reſp.* Conventioni ſtare tenetur qui commodavit, & ideò non poteſt, invito commodatario, rem ſuam ſumere aut exigere ante tempus determinatum, ut expreſsè dicitur in una Gregorii IX. Decretali his verbis: *Contra eum quoque rectè commodatio non agitur, niſi poſt uſum completum, cujus gratia res fuerat commodata, cùm non decipi beneficio nos oporteat, ſed juvari.* At ſi res accipi poſſet à commodante ante tempus cóventum, ſæpiùs id onerosum eſſet commodatario, damnumque injuſtum ei afferret. Cap. Cùm gratia, de commod.

*Quæſt.* 3. Ad quid tenetur commodatarius ſeu ille cui res aliqua commodata fuit?

*Reſp.* Tenetur primò, re commodata ad id tantummodò uti, pro quo commodata fuit: *Quinimò*, inquit lex, *qui utitur re commodata aliter, non ſolùm commodati, verùm furti quoque tenetur: quemadmodum qui equo, vel veſtimento aliter quàm commodatum eſt utitur*. Sed illud clariùs exponitur à Juſtiniano Imperatore, dum in ſuis Inſtitutionibus decernit, quòd *Si is qui rem utendam accepit, in alium uſum eam transferat, quàm cujus gratia ei data eſt, furtum committit, veluti ſi quis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi, longiùs aliquò duxerit. Placuit tamen eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quàm utendas acceperint, ita furtum committere, ſi ſe intelligant id invito domino facere, eumque ſi intellexiſſet non permiſſurum: at ſi permiſſurum credant, extra crimen videri, optima ſanè diſtinctione, quia furtum ſine affectu furandi, non committitur.* L. Si ut certo, ff. cómodati, §. Quin imo. Juſt. lib. 4. inſt. tit. 1. §. Furtum autem fit.

Secundò, tenetur commodatarius, rem commodatam, tempore convento & determi-

minato reſtituere domino, ut dicitur in *L. de reſtituendis. Cod. de commodato.*

Tertiò, rem commodatam cum eadem cura conſervare, & cuſtodire debet, ac ſi eſſet propria; hinc ſequitur, quòd ſi res commodata damnum aliquod patitur culpâ aut negligentiâ commodatarii, tenetur tale damnum reſarcire; nam ut dicitur in lege: *Si aliquod damnum contingit, tenetur ille qui commodatum accepit, ſi cùm poſſet res commodatas ſalvas facere, ſuas prætulit. Cuſtodiam planè commodatæ rei etiam diligentem præſtare debet.*

L. Si vero, ff. commodati, §. quòd verò.

*Quæſt.* 4. Ob qualem culpam ad reſtitutionem tenetur commodatarius?

*Reſp.* Cùm commodata res eſt ſolummodò ob utilitatem commodatarii, ut plerumque fit, tenetur tam jure civili quâm Canonico ob culpam etiam leviſſimam, cùm ſcilicet eam non adhibuit diligentiam in conſervatione rei commodatæ, quàm diligentiſſimus paterfamilias adhibuiſſet: quod ita habetur in Canone: *Cùm gratia ſui tantùm quis commodatum accepit, de leviſſima etiam culpa tenetur.*

Cap. Cùm gratia, de commodato.

*Quæſt.* 5. Commodatarius tenetur-ne reſarcire damnum, quod rei commodatæ caſu aliquo planè fortuito ſine culpa accidit, ut ſi incendio, naufragio, latrocinio pereat?

*Reſp.* Conſtat ex Decretali, quòd commodatarius ob caſus merè fortuitos non tenetur, cùm nullam omninò culpam commiſit, niſi expreſsè in ſe recepiſſet rei commodatæ qualecumque periculum; & hæc reſolutio deſumitur ex Canone, in quo ſic habetur: *Licèt caſus fortuitus (niſi acciderit culpa ſua, vel intervenerit pactum, ſeu in mora fuiſſet) ſibi non debeat imputari.*

Cap. Cùm gratia, de commodato.

C A-

# CAPUT X.

## *De Precario.*

*Quæſt.* 1. QUid eſt Precarium?
*Reſp.* Eſt contractus, quo res aliqua utenda conceditur, ad beneplacitum, & eo modo & tempore, quo dominus voluerit. *Precarium eſt*, inquit lex, *quod precibus petenti utendum conceditur, tamdiu quamdiu is qui conceſſit patitur.* L. Precarium, ff. de precario.

Dicitur primò, contractus *quo res utenda conceditur*, ut cognoſcatur, in eo dominium nullo modo transferri. Secundò, conceditur *ad beneplacitum, & eo modo & tempore quo dominus voluerit*: & hæc eſt differentia quæ inter commodatum & precarium reperitur; in commodato namque res utenda aliquo modo, & tempore determinato conceditur; in precario autem omnia beneplacitò domini reſervantur, qui quocumque tempore rem precariò conceſſam, ſumere & exigere juſtè poteſt.

*Quæſt.* 2. Quot modis precarii contractus finitur?

*Reſp.* Primò finitur domini rei precariò conceſſæ voluntate, ut ſupra dictum eſt, & habetur in lege his verbis: *Qui precario concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus, cùm ſibi libuerit precarium ſolvere.* L. Precarium, ff. de precario.

Secundò, finitur morte illius cui res precariò conceſſa eſt. Tertiò, finitur cùm dominium rei precariò conceſſæ à domino translatum eſt in alium qui precarium continuare non vult: non autem corruit morte illius qui precariò dedit, niſi illius hæredes rem poſtulent, quia cenſetur continuata precarii voluntas in hæredes, niſi ei

ex-

expreſsè contradixerint: & hæc omnia habentur in Canone his verbis: *Precarium utendum conceditur, quamdiu patitur, qui conceſſit: ſolvitur quoque obitu ejus, cui conceſſum eſt, non etiam concedentis: aut cùm ipſum alienare contingit alicui hoc revocare volenti: quia per conventionem hujuſmodi non licet rem alienam invito domino poſſideri.*

Cap. Precarium. de precariis.

*Quæſt.* 3. Nonne aliæ difficultates ſuper precarii materia excitari & agitari poſſunt?

*Reſp.* Poſſunt equidem, ſed eodem planè modo ſolvendæ ſunt, ac illæ quæ ſuperiùs in commodato propoſitæ ſunt, & ita ſatis ſuperque reſolutæ remanent in iis quæ capite præcedenti dicta ſunt. Adde, quòd in praxi, vix ulla ut plurimùm inter commodatum & precarium reperitur differentia; nam ſæpiùs dum res aliqua commodatur, id fit abſque determinatione temporis, loci, aut uſus; quæ tamen determinatio tacita aut expreſſa, totam diverſitatem, quæ inter commodatum & precarium intercedit, conſtituit.

TRA-

# TRACTATUS SEXTUS.

# *DE*

# FIDEJUSSORIBUS,

# PROMISSIONE, ET LUDO.

## CAPUT PRIMUM.

### *De Fidejuſſoribus*.

*Quæſt.* I. QUid per Fidejuſſores intelligitur?

Reſp. *Fidejuſſores ſunt*, ut ait Gloſſa, *qui pro alienis debitis intercedunt*, ad majorem creditoris ſecuritatem; ita tamen ut principalis debitor ſemper remaneat obligatus. In tit. de fidejuſſoribus apud Greg.

Ex hac definitione ſequitur: Primò, fidejuſſores pimariò debitum non contraxiſſe, & ita neminem ſuimetipſius eſſe poſſe fidejuſſorem: unde etiam cùm fidejuſſor debitor principalis non ſit, non poteſt cogi ad debiti ſolutionem, niſi poſtquam principalis debitor repertus eſt non habere, unde ſolvat, juxta authenticam, in qua ſic habetur: *Præſente tamen utroque, non permittitur intercesſorem conveniri priùs, quàm reus inventus eſt minùs idoneus, ſive in totum, ſive in partem*. Et hæc regula procedere intelligi- In auth. Præſente, C. de fidejuſſoribus.

ligitur, niſi aliter conventum ſit; ſi enim adhibitum ſit pactum, ut promiſcuè tam fidejuſſor quàm debitor conveniri poſſint, ita ut tam primus, quàm ſecundus haberi poſſint tanquam principales debitores in ſolidum, in hoc caſu pactum obſervari debet.

Secundò, ſequitur ex eo quod dicitur, fidejuſſores adhiberi ad majorem creditoris ſecuritatem, illam inveniri differentiam inter fidejuſſorem, & eum qui ſe pro alio ſoluturum promiſit, quòd talis promiſſor ſolus remanet obligatus, fidejuſſor autem communem habet cum principali debitore ſolvendi obligationem; & ut diximus, ſolvere regulariter non tenetur niſi convento, & excuſſo debitore, qui ſolvendo non eſt: ſicque major adeſt ſecuritas creditoris, dum nempè primò debitorem, & in illius ſubſidium, fidejuſſorem in jus vocare, & ad ſolutionem obligare poteſt?

*Quæſt.* 2. Quot ſunt fidejuſſionum ſpecies?

*Reſp.* Duæ fidejuſſionum ſpecies enumerari poſſunt. Prima, vocatur judicialis, dum ſcilicet reus è carcere egrediens, fidejuſſoribus datis, promittit ſe in judicio compariturum, quoties id ſibi à judice jubebitur. Secunda, extrajudicialis dicitur, cùm ſcilicet quis ſe obliget ad ſolvendum pro alio, caſu quo talis debitor ſolvendo non ſit.

*Quæſt.* 3. Poteſt-ne ita ſe obligare fidejuſſor, ut plura teneatur ſolvere, quàm ipſe debitor principalis?

Juſt. lib. 3. Inſt. tit. 21. §. Fidejuſſores. Reſp. *Fidejuſſores*, ut ait Imperator, *ita obligari non poſſunt, ut plus debeant, quàm debet is pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis, nec*

*pejus*

*pejus in acceptione poteſt eſſe, quàm in principali re. At ex diverſo, ut minus debeant, obligari poſſunt. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit, fidejuſſor in quinque rectè obligatur, contra verò obligari non poteſt. Item ſi ille purè promiſerit, fidejuſſor ſub conditione promittere poteſt, contra verò non poteſt. Non ſolùm autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare; minus eſt poſt tempus dare.*

*Quæſt.* 4. Qui alteri pecuniam mutuo dat, poteſt ne aliquid exigere, eo quòd abſtineat à petendo fidejuſſore, quem petere potuiſſet?

*Reſp.* Ob talem cauſam nihil exigi poteſt; quia etiam ſi creditor non petat fidejuſſorem, prout petere potuiſſet, id non tollit obligationem ſolvendi à debitore in mutuo contractam, & hic fidejuſſoris defectus auget ſolummodò periculum, ne creditor debitum ob inopiam debitoris perdat; quod periculum, nullum titulum exigendi aliquod intereſſe producere poteſt, cùm ex ſancto Thoma, *Ratio periculi etiam circa ſortem non tollat rationem uſuræ*. Et uſuram tantùm poteſt tollere illud periculum, quod cum ſocietate conjunctum eſt, & dicitur periculum juris: De quo fuſiùs in Tract. 4. de mutuo & uſura. D. Th. opuſc.73. c.6.

*Quæſt.* 5. Qui pro Titio fidejubet, poteſt-ne ab eodem aliquid, ratione talis fidejuſſionis, exigere?

*Reſp.* Id fieri juſtè non poteſt, quia fidejuſſori remanet obligatus principalis debitor, ad reſarciendum omne damnum quod ex tali fidejuſſione oriri poſſet: & ita remanet tantùm inſolvabilitatis periculum, quod, ut ſupra dictum eſt, non producit

juſtum titulum petendi aliquod intereſſe; unde ille qui ab alio aliquid exigit, ut pro illo fidejuſſorem ſe exhibeat, uſuram committit, à qua non excuſatur, licèt in ſe periculum recipiat (cùm teneatur ſolvere principali debitore non ſolvente) quia talis debitor ſemper remanet obligatus ad reſarciendum fidejuſſoris damnum: *Nec obſtat*, inquit S. Antoninus, *cùm in caſu noſtro etiam in me ſuſcipio periculum; quia ſi tu illi non ſolvis, ego teneor ſolvere: quoniam tu mihi remanes obligatus ad reddendum*.

D. Ant. 2. p. tit. 5. c. 7. §. 45.

*Quæſt.* 6. Ille qui requiſitus à creditore, fidejubet pro aliquo debito in illius favorem ab altero contracto, poteſt-ne aliquid pro tali fidejuſſione à creditore exigere? v. g. Joannes centum Petro dedit mutuo, timenſque debitum perdere, petit à Paulo, ut debiti à Petro contracti fidejuſſor accedat, promittens ſe certam pro tali fidejuſſione ſummam ſoluturum. Hæc poſito, quæritur, utrum id liceat?

*Reſp.* Conſtat, id juſtè fieri poſſe, quia intereſſe, quod fidejuſſori promittitur, mutuum nullo modo reſpicit, cùm illius intuitu promiſſum non ſit, ſed tantùm intuitu ſecuritatis, ſeu aſſecurationis & periculi pretio æſtimabilis, quod in ſe recipit fidejuſſor; & ita tale intereſſe, ut ait lex, periculi pretium eſt, & pro illo periculo à mutuo ſeparato, poteſt ſine uſura exigi juſtum pretium illi proportionatum: *Aut*, inquit S. Antoninus, *recipit illud ultra ſortem præcisè ratione periculi, ut pretium periculi; & ſic non eſt uſura, ſed licitum*.

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. c. 7. §. 2.

Hæc autem eſt diverſitas inter hunc caſum, & illum qui ſupra propoſitus fuit, quòd

quòd in caſu præſenti nulla mutui ratio & ſpecies eſſe poteſt; cùm fidejuſſor nihil commune habeat cum illo, cui mutuum datum eſt, ſed ſolummodò intereſſe recipiat, tanquam aſſecurationis à ſe factæ pretium: è contrario ille qui vult aliquid à debitore exigere, ut illius fidejuſſor ſit, vult etiam aliquid accipere ex vi mutui impliciti. Unde dici poteſt, quòd ſicut uſuram committeret, qui alterius debita ſolvere vellet, eâ conditione quòd talis debitor ſibi ſummam pro eo datam, unà cum aliquo intereſſe reſtitueret: ita etiam à fortiori, ille uſuram committit, qui fidejubet pro alterius debito, ſub eâ conditione, quòd ſibi aliquid dabit debitor; quia ſine dubio minus eſt pro alio fidejubere, quàm pro alio ſolvere; & ita, ut ait S. Antoninus, *Paria quidem videntur mutuare ultra ſortem, & certum quid recipere, & pænes creditorem ſatis dare, & aliquid à debitore recipere.* D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 45.

*Quæſt.* 7. Ille qui pro altero fidejuſſor eſt, poteſt-ne ita cum creditore convenire, ut pro certâ ſummâ illius fidejuſſioni renuntiet, illumque ab obligatione liberet? v. g. Petrus fidejuſſor Pauli fuit pro aliqua ſumma à Joanne mutuo data Paulo: Joannes poteſt-ne Petrum à fidejuſſionis onere liberare, aliquo pretio interveniente?

*Reſp.* Id haud dubiè fieri licitè poteſt; ſi enim Petrus potuit aliquid à Joanne exigere pro fidejuſſione à ſe facta per modum aſſecurationis, ut ſupra explicatum eſt; eâdem penitùs ratione Joannes viciſſim poteſt aliquid à Petro exigere, ut eum ab ejuſdem fidejuſſionis onere liberet. Si quis velit liberari ab aſſecuratione alicujus debiti in favorem creditoris fa-

cta; æquum eſt, ut illius liberationis pretium ſolvat; etenim ſi aliquid ratione aſſecurationis recipere potuit, quare ob illius aſſecurationis liberationem, idem pretium ab eo exigi non poſſet, cum ejuſdem planè valoris & æſtimationis ſit, eodemque principio & fundamento nitatur?

*Quæſt.* 8. Tenetur-ne principalis debitor omnia damna, quæ illius causâ fidejuſſor paſſus eſt, reſtituere?

*Reſp.* Tenetur omninò, quoties talia damna, debitoris principalis culpâ, acciderunt; ut ſi debiti ſolutionem ultra tempus conventum diſtulerit, prout habetur in cap. *Pervenit*, & in cap. *Conſtitutus*, de fidejuſſoribus.

*Quæſt.* 9. Fidejuſſionis onus tranſit-ne ad hæredes, ita ut fidejuſſoris hæres ſit etiam fidejuſſor, quemadmodum defunctus?

*Reſp.* Onus fidejuſſionis ad hæredes omninò tranſit, ut expreſsè habetur in lege his verbis: *Fidejuſſor & ipſe obligatur, & ſuum hæredem obligatum relinquit, cùm rei locum obtineat.*

L. Poteſt accipi, ff. de fidejuſſoribus.

*Quæſt.* 10. Licet-ne alicui pro alio fidejubere, dum ſcit ſe non habere, unde ſolvat?

*Reſp.* Si ob talem fidejuſſionem pecunia alteri mutuo datur, quæ ſine ea data non fuiſſet, peccat graviter fidejuſſor, ſi putet debitorem poſſe non habere unde ſolvat: & ratio eſt, quia, juxta ſancti Thomæ doctrinam: *Dare alicui occaſionem periculi vel damni, ſemper eſt illicitum.* Id autem in caſu propoſito fieret, ſi ille qui pro alio fidejubet, non haberet unde ſolveret; nam tunc daret tali creditori veram occaſionem periculi & damni, quia ſine hac inani fi-

D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. in corp.

de-

dejuſſione pecuniam mutuo non dediſſet illi quem ſolvendo non eſſe, aut poſſe fieri dubitabat.

*Quæſt*. II. In quibus caſibus ille qui pro alio fidejuſſit, contra debitorem in judicio agere poteſt, ut ſe à fidejuſſionis onere liberet, & omne damnum ex ea ſecutum reſarciat?

*Reſp*. Id in quatuor caſibus fieri poteſt. Primò, ſi debitor ſolutionem debiti multùm protraxerit. Secundò, ſi bona ſua dilapidet. Tertiò, ſi fidejuſſor ad ſolvendum pro eo condemnatus à Judice fuerit. Quartò, ſi pro principali debitore ſolverit, aut cum eo convenerit, ut ſe à fidejuſſione intra tale tempus liberare teneatur: & hi quatuor caſus in una Decretali, & illius Gloſſa, reperiuntur his verbis: *Eum pro quo te fidejuſſorem obligaſti, ſi diu in debiti ſolutione ceſſavit, aut diſſipare bona ſua cœpit, ſeu ſuper hoc condemnatus fuiſti, jure poteris convenire, & te à fidejuſſione liberare*. Cap. Eum pro quo de fidejuſſoribus.

---

## CAUPT II.

### *De Promiſſione*.

*Quæſt*. I. QUID eſt Promiſſio?

*Reſp*. Eſt contractus, quo quis ſe aliquid alteri daturum aut pro altero facturum gratuitò polliceretur; quæ definitio habetur in lege his verbis: *Pollicitatio eſt offerentis ſolius promiſſum*. L. Pactum, ff. de pollicitatione.

Primò, *Eſt contractus quo quis pollicetur*, unde colligitur, quòd in promiſſione ſolius promittentis conſenſus requiritur; in quo à pacto differt, quòd duorum conſenſum

neceſſariò requirit. Nihilominùs tametſi illius cui promittitur, conſenſus expreſſus abſolutè neceſſarius non ſit, debet tamen adeſſe illius, conſenſus tacitus, & aliqualis acceptatio promiſſionis in ſui favorem factæ.

Secundò, dicitur *gratuitò*, ut diſtinguatur promiſſio ab aliis contractibus, in quibus aliquid fieri aut dari promittitur.

*Quæſt.* 2. Tenetur-ne quis in conſcientiâ promiſſa implere?

« *Reſp.* Tenetur etiam ſub mortali, dum res promiſſa eſt notabilis, ſi ille cui promiſſio facta eſt, verbo aut ſcripto illam acceptaverit; quia hoc ipſo, jus legitimum in rem promiſſam adeptus eſt, quo ſine injuſtitia privari non poteſt: at conſtat, injuſtitiam peccatum grave ex ſua natura involvere: *Si quis*, inquit ſanctus Thomas, *non faciat, quod promiſit, tunc videtur infideliter agere per hoc quòd animum mutat*, in præjudicium proximi; unde, ut docet S. Antoninus, *Non ſervando quod promiſit cùm poſſet, utique peccat; quia omne promiſſum debitum, quod jure naturali ſervandum eſt, eſt à Deo: quia, ſecundùm Auguſtinum, fides etiam quando hoſti promittitur, ſervanda eſt*. Quod confirmari poteſt ex Gloſſa, in qua habetur, quòd *Ex nuda promiſſione quis tenetur*; & ex regula Juris Canonici, in qua dicitur, quòd *Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum*.

D. Th. 2. 2. q. 110. ar. 3. ad 5.

D. Ant. 2. p. tit. 10. c. 1. §. 4.

Gloſſa in cap. Sunt quidam, 17. q. 1. Reg. 33. De Regulis Juris in 6.

*Quæſt.* 3. Quandonam ab obligatione implendi promiſſa liberi eſſe poſſumus?

*Reſp.* Id quatuor in caſibus accidere poteſt. Primò, ſi quis dum promittebat, non habuit animum ſe obligandi ad executionem talis promiſſionis, ut ſi promittatur per ceremoniam & urbanum quemdam con-

confabulandi modum, ita ut ille cui promiſſio facta eſt, credere non debuerit, talem promiſſionem implendam eſſe; ſi enim promiſſio facta fuiſſet decipiendi causâ, & aliquod damnum ex eâ ſecutum fuiſſet quocumque modo, teneretur promiſſor tale ſaltem damnum reſarcire.

Secundò, quis poteſt ab obligatione promiſſionem implendi liberari, ſi superveniat aliqua cauſa rationabilis & juſta: ut ſi poſtquam promiſit mutuo dare pecuniam, illa deindè mihi neceſſaria ſit: aut ſi ille cui aliquod obſequium & ſervitium præſtare promiſeram, mihi deinde gravem injuriam infert, & me tanquam inimicum inſequitur; videtur enim, quòd ſimilibus caſibus ſupervenientibus, quis non intendit ſe ad promiſſionem implendam obligare; & ideò, ut docet ſanctus Antoninus: *Omne promiſſum ſervandum eſt, & hoc niſi ſubſit, vel ſuperveniat cauſa rationabilis non implendi, putà novus caſus impræmeditatus*. D. Ant. 2. p. tit. 10. c. 1. §. 4.

Tertiò, ſi id quod promiſſum eſt, ſit deinde impoſſibile: ut ſi qui centum aureos alteri promiſit, ad ſummam paupertatem deveniat: ſi ille qui alteri comitem ſe in aliqua peregrinatione futurum promiſit, tempore convento in morbum incidat: ſi aliquid prohibitum, quodque ſine peccato impleri non poteſt, promiſſum ſit; in quo caſu, ut docet ſanctus Thomas, *Excuſatur quis adimplere quod promiſit, ſi promiſit id, quod manifeſtè eſt illicitum; quia promittendo peccavit; mutando autem propoſitum, bene facit*: quia non poſſumus obligari ad peccandum, cùm ad nihil fortiùs obligari poſſimus, quàm ad vitandum peccatum. D. Th. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 5.

Quartò, poſſumus liberari ab obligatio-

ne implendi promiſſa, cùm aliquid ob rem illicitam promiſſum eſt, ut ſi aliquid promiſſum ſit meretrici tanquam peccati pretium; in quo caſu non ſolùm non tenetur quis implere promiſſa, ſed etiam promittendo peccavit, & inſuper novum peccatum committit, dum promiſſum pretium ſolvit, eâ intentione, ut denuò cum eadem fœmina peccandi licentiam habeat: quod probatur ex Canone, in quo ſanctus Auguſtinus: *Qui donant meretricibus*, inquit, *quare donant? Non ibi attendunt naturam operis Dei, ſed nequitiam operis humani*. Et reverà dantes, occaſionem dare videntur peccandi; unde Gloſſa: *Dicunt quidam*, ait, *quòd dare meretrici cauſa affectionis, pactione non præcedente, ſed cauſa remunerandi, benè poſſumus poſt factum: quod non credo, quia ſemper peccatum eſt dare*. Et hæc videtur eſſe mens ſancti Auguſtini non ſolùm in dicto Canone, ſed etiam in Tract. 110. in Joannem. Unde etiam apud ſanctum Thomam legimus: *Auguſtinus dicit ſupra Ioannem, quòd dare res ſuas hiſtrionibus, vitium eſt immane, non virtus, niſi fortè aliquis hiſtrio eſſet in extrema neceſſitate, in qua eſſet ei ſubveniendum*. Et ita ex paritate rationis, minùs etiam licitum videtur donare meretricibus; eò magis quòd hæc dona illas ad denuò peccandum ut plurimùm movent; niſi tamen in extrema neceſſitate eſſent conſtitutæ. Ratio autem, cur talia munera vix licita eſſe poſſint, eſt, quia ſæpiùs fiunt cum intentione denuò cum illis peccandi (quæ intentio peccatum ſine dubio mortale involvit) aut ſaltem cum intentione ſervandæ facultatis peccatrices inviſendi, cùm illis confabulandi, quod certè ſignum eſt, remanere in corde aliquem erga illas affectum,

Canone, Qui venatoribus, diſt. 86.

Gloſſa, ibi verbo: Meretricibus.

D. Th. 2. 2. q. 168. art. 3. ad 3.

ctum, nec relinquere quem velle omnes proximas peccandi occaſiones.

*Quæſt.* 4. Ille qui aliquid recepit, quod ſibi pro re illicita promiſſum fuerat, tenetur-ne reſtituere?

Reſp. *Dicendum*, cum ſancto Thoma, *quòd aliquis dupliciter aliquid illicitè dat. Vno modo, quia ipſa datio eſt illicita, & contra legem; & talis meretur amittere, quod dedit, unde non debet reſtitutio fieri de his; & quia etiam ille qui accepit, contra legem accepit, non debet ſibi retinere, ſed in pios uſus convertere. Alio modo aliquis illicitè dat, quia propter rem illicitam dat, licèt ipſa datio non ſit illicita: ſicut cùm quis dat meretrici propter fornicationem: unde & mulier poteſt ſibi retinere, quod ei datum eſt; ſed ſi ſuperfluè aliquid per fraudem vel dolum extorſiſſet, tenetur eidem reſtituere.* D. Th. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 2.

Igitur, juxta ſancti Thomæ doctrinam, conſtat, illum qui contra prohibitionem Juris, & contra juſtitiam, aliquid pro re illicita perpetranda accepit, ad reſtitutionem teneri in favorem cauſæ piæ, non autem illius qui illicitè dedit: & ita ſi Judex aliquid pro ferenda ſententia juſta vel injuſta acceperit, tenetur reſtituere pauperibus aut Eccleſiæ, quia illicitè & contra Decreta legum accepit, ut videre eſt in Canone, in quo ſic habetur: *Cùm autem judicia & teſtimonia, quæ nec juſta, nec vera vendenda ſunt, iniqua & falſa venduntur: multo ſceleratiùs utique pecunia ſumitur, quia ſceleratè etiam quamvis à volentibus datur.* Dum autem aliquid pro re illicita, ſed non illicitè, & contra juris prohibitionem, datum eſt, reſtitui non debet, ut expreſsè alio in loco docet ſanctus Thomas in caſu meretricium: *Quod enim*, inquit, *mu-* Can. Non ſanè, 14. q. 5. D. Th. 2. 2. q. 32. art. 7. in corp.

*mulier meretriciam exerceat, turpiter agit, & contra legem Dei; ſed in eo, quod accipit, non injuſtè agit, nec contra legem. Vnde quod ſic illicitè acquiſitum eſt, retineri poteſt.* Et id conforme eſt legi, in qua ſic habetur: *Quod meretrici datur, repeti non poteſt; illam enim turpiter facere, quod ſit meretrix, ſed non turpiter accipere, cùm ſit meretrix.*

L. Idem ſi, ff. de Condict. ob turp. cauſa.

*Quæſt.* 5. Qui aliquid pro re prohibita promiſit, & ita promiſſioni ſtare non tenetur; poteſt-ne tutâ conſcientiâ, id quod promiſerat, retinere ſine ulla obligatione pauperibus diſtribuendi?

*Reſp.* Videri poſſet, idem dicendum eſſe de eo qui pecuniam pro re illicita promiſit, quod dictum eſt de eo, qui pro eadem re dedit; maximè cùm ex taxa rei, ut quæſtione ſecunda probatum fuit, teneatur quis in conſcientia ſolvere, quod promiſit: & ita ſi, ut poſt ſanctum Thomam dictum eſt, dum quis pecuniam pro re illicita facienda dedit, jus quod in illa pecunia habebat, penitùs amiſit, unde ei reſtitui non debet, ſed pauperibus; ſimili modo fortaſſis dici poſſet, illum qui pecuniam pro re illicita promiſit, non debere quidem ei cui illicitè promiſit ſolvere, ſed tamen illam pauperibus errogandam eſſe; quia jus quod in illa habebat dominus, promiſſione illicita amiſiſſe videri poteſt: id certè hujuſmodi peccatori valdè in praxi expediret, ut eo modo miſericordiam à Deo faciliùs impetraret.

## Caput III.

### *De Definitione & diviſione ludi*.

*Quæſt*. 1. QUid eſt Ludus?
*Reſp*. Id eſt, quod dicitur, aut fit, animi relaxandi causâ. *Ludicra*, inquit S. Thomas, *vel jocoſa, ſunt dicta, vel facta in quibus non quæritur, niſi delectatio animalis*. Unde ludus propriè inventus & introductus eſt, tanquam remedium ad reficiendas, reparandaſque animi vires; & quemadmodum ſomnus ad vires corporis refocillandas inſervit, ita ludus inſtitutus eſt, ut aliquantulum à ſeriis averteretur animus, & aliquâ intermiſſione, vires diuturnis negotiis curiſque fatigatas repararet, & deinde novis laboribus magis idoneus redderetur; dum enim hâc veluti animi quiete, & hilaritate ſpiritus animales reficiuntur, ſuccedentibus curis faciliùs, & abſque damni & defatigationis periculo ſufficit. D. Th. 2. 2. q. 168. art. 2. in corp.

Hinc patet, non ita ſumi à nobis ludum, ut à novis caſuum conſcientiæ Scriptoribus communiter deſcribitur, dum aſſerunt, ludum eſſe contractum, quo duo aut plures periculo res ſuas amittendi ſe voluntariè exponunt, ob ſpem lucri faciendi: & ita ludi finem in lucrandi aviditate conſtituunt, quæ tamen aviditas ludum ſine aliquo peccato exerceri non ſineret; quia, juxta doctrinam S. Thomæ: *Videtur eſſe aliquid illicitum, quòd aliquis trahat alium, ex cupiditate lucrandi, ad ludum*. Sed loquimur de ludo in eodem ſenſu, quo ſanctus Antoninus & S. Thomas de eo loquuntur; in quo haud dubiè ſenſu Angelicus Doctor dicit, quòd *Neceſſe eſt* D. Th. 2. 2. q. 168. ar. 1. in corp.

*talibus interdum uti ludis, quaſi ad quamdam animi quietem.*

*Quæſt.* 2. Quotnam ſunt ludi ſpecies?

D.Th.in 4. ſent. diſt. 16. q.4.a.2. Reſp. *Dicendum*, inquit S.Thomas, *quòd ludorum triplex eſt differentia: quidam enim ludi ſunt, qui ex ſe ipſis turpitudinem habent, & tales ludi ab omnibus vitandi ſunt, & præcipuè à pænitentibus, qui per fletum peccata corrigere debent; ſicut ludi qui in Theatris agebantur, ad luxuriam provocantes. Alii ludi ſunt, qui ex gaudio devotionis procedunt, ſicut David dixit; Ludam, & vilior fiam coram Domino; ſecundo Reg. 4. & tales ludi non ſunt vitandi, ſed laudandi & æmulandi. Quidam autem ludi ſunt nullam turpitudinem habentes: & ideò ſervatis debitis circumſtantiis, poſſunt laudabiliter fieri, ad quietem propriam, & aliis laudabiliter conviendum.* Huic diviſioni conformis eſt illa,

D. Ant. 2. p.tit.1. c. 23. quam ſanctus Antoninus affert his verbis: *Triplex eſt ludus. Primus proveniens ex magna devotione: & hic peramandus. Secundus contingens ex magna recreatione: & hic tolerandus. Tertius procedens ex diabolica ſuggeſtione: & hic evitandus.*

---

## CAPUT IV.

### *De Ludis prohibitis.*

*Quæſt.* I. LUDI qui à ſorte tantummodò pendere videntur, ſuntne prohibiti Clericis?

*Reſp.* Dicendum eſt, quòd tales ludi

Can. Clerici, de vita & honeſtate Cleric. ſunt Clericis omninò prohibiti: *Clerici*, inquit ſummus Pontifex in una Decretali, *ad aleas vel taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint.* Et in Canone ha-

habetur, quòd *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ deſerviens, aut deſinat, aut certè damnetur. Subdiaconus autem, aut Lector, aut Cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione privetur: ſimiliter & Laicus.* Quod grave Decretum expendens Sanctus Raymundus: *Ex Canone Apoſtolorum colligitur,* inquit, *quòd peccatum eorum qui aleæ deſerviunt, ſit mortale & grave, cùm tales pœnæ non ſint imponendæ pro levi crimine.* Ille autem Canon inter alios ad vitam Clericorum ſpectantes, à ſacro Concilio Tridentino renovatus eſt ſeſſ. 22. de Reformat. cap. 1. de vita & honeſtate Clericorum.

Can. Epiſcopus, diſt. 5.

D. Raym. lib. 2. tit. de negotiis ſæcular. §. 11.

*Quæſt.* 2. Nonne nimis durè & rigorosè aſſeritur, Clericis non licere talibus ludis, qui ut diximus à ſorte tantummodò pendere videntur, operam dare; etiam ſi non notabilem pecuniæ ſummam, ſed exiguam exponerent, relaxandi animi gratiâ?

*Reſp.* Ex Gloſſa in Authenticam de ſanctiſſimis Epiſcopis conſtat, quòd id eis non licet: *Numquid,* inquit Gloſſa, *gratis ad tabulas ludere poteſt Clericus? R. quòd non; cùm etiam ſpectatores fieri hic prohibeat.* Certè qui ſublimem attentè perpendet ſtatus Clericalis dignitatem, quæ eos ita perfectos eſſe requirere videtur, ut teſte S. Bernardo, *Inter ſæculares, nugæ, nugæ ſint; inter ſacerdotes, blaſphemiæ;* facilè cognoſcet, non ſine legitima causa Canones & Concilia illis vetaſſe, ne quodcumque aleatorium ludum exercerent, cùm ludi qui à ſorte pendēt, ſint ex natura ſua mali, & vituperio digni, juxta mentem S. Franciſci Saleſii, cui nimiæ ſeveritatis nota à nemine data unquam fuit; ut legitur in libro Philoteæ, part. 3. cap. 32. Si, ut ait Petrus Bleſenſis, ſæpè,

Gloſſa in authentic. De ſanctiſſimis Epiſcopis, §. interdicimus.

D. Bern. lib. 2. de conſid. cap. 13.

Petr. Bleſſ. Serm. ſuper Pſ. 2. v. 10. ſæpè, *Quod veniale eſt plebi, criminale eſt ſacerdoti*. Et à Concilio Tridentino monentur Clerici, quatenùs *levia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem*. Mirum-ne videri debet, Canones decreviſſe, ut Eccleſiæ miniſtri à ludis aleatoriis perpetuò abſtinerent, cùm iidem ludi nec à Laïcis exerceri debeant? Tales ludi ita indecori viſi ſunt, quando exercentur à Clericis; ut etiam Juſtinianus Imperator ſic expreſsè ſanxerit: *Interdicimus ſanctiſſimis Epiſcopis, & Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, & lectoribus.... ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes eſſe, aut inſpectores fieri*.

Concilio Trident. ſeſſ. 22. c. 1. de refor.

Authent. Interdicimus, C. de Epiſcopis & Clericis.

*Quæſt*. 3. Sunt-ne aliæ ludorum ſpecies Eccleſiaſticis prohibitæ?

*Reſp*. Sunt equidem; nam primò illis prohibentur ludi qui Clericali honeſtati gravitatique non conveniunt, quales ſunt ii omnes qui in publico exercentur; unde ſanctè in Concilio Senonenſi prohibetur, *Ne Clerici in publico ludant pila aut aliis ludis, maximè cum Laicis: à ludo alearum aliiſque ludis qui à ſorte pendent, abſtineant*. Omnes etiam publici ludi Eccleſiaſticis interdicuntur in Concilio Mediolanenſi à Sancto Carolo congregato, his verbis: *Clericalis Ordinis hominibus omni genere ſaltationis & ludi, præſertim verò aleæ ac talorum, interdicimus: prohibemus etiam Globos qui ligneis malleis impelluntur. Si autem valetudinis interdum cauſa, parva pila aut alio non indecoro exercitationis genere uti contigerit, nec publicè id faciant, nec pecunia intercedat in ludo*.

Concilio Senonenſ. Can. 25. ann. 1528.

Concilio Mediol. 1 Cod. de armis, &c.

Secundò, ii ludi Clericis illiciti ſunt, qui ſine dimiſſione veſtis talaris exerceri non poſſunt; nam eam ſine rationabili cauſa

di-

dimittere non debent. Demùm ab iis ludis fideliter abſtinere debent Eccleſiæ miniſtri, in quibus aliquam ſcandali occaſionem præberent, cùm illorum vita *Perpetuum quoddam prædicandi genus* eſſe debeat, juxta Concilii Tridentini verba; & à Domino *Lux mundi* in Euangelio nuncupentur.

Hinc eſt, quòd Eminentiſſimus Carolus Cardinalis Barberinus in nunquam ſatis laudatâ Synodo Farfenſi: *Aleas*, inquit, *chartaſque luſorias, acſimilia, quibus interdùm ludentium animi avocantur à Divinis, reditus etiam eccleſiaſtici nefariè profunduntur; Dei & Sanctorum nomen impiè blaſphematur, nec rarò ad fœdiſſima crimina proluditur: ſibi omninò per ſacros Canones interdicta eſſe, ſcire debent Clerici; quos Nos in utraque hac noſtra Abbatia, authoritate per ſacrum Concilium Tridentinum Nobis attributa, quatenus opus eſt, inſtaurantes, diſtrictè præcipimus, ne Sacerdotes, aliique in ſacris ordinibus conſtituti, taxillis, aleis, foliiſque luſoriis, ſub pœna ſuſpenſionis à divinis ipſo facto incurrendæ, ullo pacto ludere audeant. Clerici verò alii quicumque, præſertim beneficia eccleſiaſtica obtinentes, præfatis ludis aut ſimilibus ludere: domum autem tam iſti, quàm ſacris initiati ad ludendum commodare, ludi quovis modo participes, vel ſpectatores eſſe omninò caveant, ſub pœna quinque ſcutorum contra commodantes domum: contra reliquos verò unius ſcuti pro prima vice, pro aliis vicibus augenda ad Edicti noſtri ſuper hoc editi præſcriptum. Eiſdem inſuper denunciamus, eos qui in publico cum laicis pila, jactuve diſci, vulgò* alla ruzzola, *luſerint, ſex juliorum pœna, majorique arbitrio noſtro eſſe puniendos.*

Synodus Farfenſis, cap. 21. de vita & honeſtate Clericor. pag. 183. num. 5.

*Reſp.*

*Quæſt.* 4. Quales ludi Clericis licent?

*Reſp.* Latrunculorum aut tabularum ludi, ſicut & alii ſimiles, qui ab induſtria præcipuè pendent, modò publicè non exerceantur, Clericis prohiberi non videntur; *Licèt*, ut ait S. Antoninus, *potiùs ſolatia ſua in Scripturis deberent quærere, juxta illud.* 1. *Machabeorum* 1. Habentes ſolatio libros Sanctos in manibus noſtris. Quod tamen tanquam ſalubre conſilium, non autem rigoroſum prçceptum, dicitur à ſancto Præſule.

D. Anton. 1. p. tit. 1. cap. 23. §. 1.

*Quæſt.* 5. Quales ludi Laicis prohibentur?

*Reſp.* Illi omnes ludi, qui à fortuna & ſorte præcipuè pendent, etiam Laicis prohiberi videntur; ut probatur primò ex Canone *Epiſcopus*, ſupra relato, in quo ludi qui à fortuna pendent, etiam Laicis prohibentur ſub excommunicationis pœna. Secundò, probatur authoritate Sancti Raymundi, Sancti Antonini, & Sancti Franciſci Saleſii, in locis jam relatis.

*Quæſt.* 6. Laici peccant-ne ſemper mortaliter, quoties tales aleatorios ludos exercent?

*Reſp.* Id ſemper mortale eſſe, dici non poteſt; unde Sanctus Antoninus: *Ludus aleæ*, inquit, *eſt peccatum mortale ſecundùm Raymundum. Quod credo verum, quando ex cupiditate quis ludit: ſcilicet principaliter motus ad acquirendum, & quid notabile, per ludum. Nam ludere quid modicum, ut pueri faciunt, vel ob recreationem, & moderatè, non videtur mortale:* Præſertim dum non adſunt in tali ludo illæ circumſtantiæ, propter quas ludi qui à fortunâ præcipuè pendent, à legibus Canonicis & Civilibus prohibiti ſunt.

D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 23. §. 2.

*Quæſt.* 7.

*Quæſt.* 7. Quales circumſtantiæ ludum aleatorium illicitum reddunt, & cauſam dederunt prohibitionibus, quæ in Jure Canonico & civili continentur?

*Reſp.* Variæ ſunt illæ circumſtantiæ. Primò namque perditio temporis, dum ſcilicet nimis diù luditur, eſt prava ludi aleatorii circumſtantia; cùm ut ſuperiùs cum Sancto Thoma dictum eſt, ludus tantummodò inſervire debeat, *Ad quandam animæ quietem*, & ad reficiendas reparandaſque animi diuturnâ applicatione fatigati vires, in longam occupationem tranſire non debet. *O quàm malè*, inquit Sanctus Antoninus, *poterunt reddere rationem Deo de tempore, qui toto die ludunt, & aliquando etiam noctem adjungunt, circa ludum immorantes?* *Luſores* etiam, inquit idem Sanctus, *negligunt feſta ſervare, quia in illis permaximè ludunt: & plura peccata & graviora committunt, quàm ſi terram colerent, quod eſt feſta violare.* D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 23. §. 6. D. Ant. ib.

Secunda ludi perverſa circumſtantia, eſt, cùm quis in eo miſcet blaſphemias, aut cum eo ludit, quem videt talibus blaſphemiis aſſuetum; quæ circumſtantia meritò Juſtinianum Imperatorem compulit, ut aleatorios ludos prohiberet: *Quidam*, inquit, *in alearum ludo proprias ſubſtantias perdiderunt; conſequenter autem ex hac inordinatione blaſphemare, id eſt Deo maledicere conantur.* Ii autem qui cum blaſphemãtibus ludunt, innoxii non ſunt, quandoquidem peccatis alienis participare videntur, dum illis talem occaſionem ludi præbent, ita ut de talibus ludentibus quodammodò dici poſſit, quòd, ut ait Canon, *Facientem & conſentientem, par pœna conſtringit.* L. Alearũ C. de Religioſis & ſumptibus funerum. Can. Notum, 2. q. 1.

Tertia prava circumſtantia eſt, cùm ludi peri-

periculo magnæ pecuniæ ſummæ exponuntur, ita ut ſi perdantur, inde magnum incommodum ludenti oriatur, ejuſque res familiares periclitentur, & rerum neceſſariarum penuriam patiatur, dum major ſubſtantiæ pars ludo temerariè exponitur; ex qua cauſa, varia in familia mala ſæpè naſcuntur.

Quarta demùm prava circumſtantia ludi eſt, cùm ex immoderata & avida nimiùm lucrandi cupiditate quis ludit, non autem animi laxandi causâ; in qua circumſtantia peccatum mortale reperiri poſſe notavit Sanctus Antoninus, his verbis: *Ludus aleæ eſt peccatum mortale, quando ex cupiditate quis ludit, ſcilicet principaliter motus ad acquirendum & quid notabile per ludum, non ob recreationem.*

D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 23. §. 2.

*Quæſt.* 8. Peccant-ne illi qui domum ad ludendum chartaceis, aut taxillis paratam habent?

*Reſp.* Id ſine gravi culpa fieri poſſe non videtur; quia tales aliquo modo participes fiunt peccatorum, quæ à ludentibus ut plurimùm, & paſſim perpetrantur, dum eis occaſionem talium peccatorum ſubminiſtrant. *Dans domum*, inquit Sanctus Bernardinus Senenſis, *ut intus ludatur, fit particeps tot peccatorum, quot ibi fiunt: dans tabulam, & præſtans taxillos, toties peccat mortaliter, quoties præſtat: nullus Confeſſor poterit eum abſolvere, donec removerit domum à tali peſſimo uſu ludendi; impoſſibile eſt ipſum ſalvari, niſi relinquat illas ſuas artes maledictas.* Unde Sanctus Carolus in illis monitis & inſtructionibus, quas Confeſſariis dedit, decernit, *Ne eos abſolvant, qui cùm peccatis mortalibus ſimul etiam eorum occaſiones vitare planè non proponunt, ut ſunt qui domum tenent*

S. Bernard. ſerm. 33. in Dom. 4. Quadrag.

S. Carolus Inſtruct. Conf. c. 5.

*tenent in hunc finem aliis paratam, ut tabellis cartaceis vel aleis ludant*. Et eadem planè ratione Eminentiſſimus Cardinalis Grimaldus Archiepiſcopus Aquenſis, Confeſſariis ſuæ Diœceſis interdicit, ne abſolutionem in Sacramento Pœnitentiæ illis concedant, qui aliis occaſionem peccandi præbent, niſi occaſionem tollant, & malo cujus cauſa fuerunt, remedium quod ab eis pendere poteſt apponant: Quales ſunt, inquit, illi qui ad ludendum publicè paratas habent domos, in quibus impietates, commercia caſtitati contraria, & alia hujuſcemodi peccata perpetrantur.

---

## CAPUT V.

### *De Caſibus in quibus adeſt obligatio reſtituendi illud, quod quis in ludo aleatorio lucratus eſt.*

*Quæſt.* I. QUando-nam tenetur quis reſtituere, quod in ludo qui à fortunâ pendebat lucratus eſt?

*Reſp.* In hac quæſtione Sanctus Thomas expreſsè aſſerit, quòd *Circa illa quæ per aleas acquiruntur, videtur eſſe aliquid illicitum ex divino jure, ſcilicet quod aliquis lucretur ab his qui rem ſuam alienare non poſſunt, ſicut minores & furioſi, & hujuſmodi; & quod aliquis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum; & quod fraudulenter ab eo lucretur: & in his caſibus tenetur ad reſtitutionem*. Ex qua Angelici Doctoris authoritate inferre licet, tres reperiri poſſe caſus, in quibus ex Jure divi- D.Th. 2.2. qu. 32. a. 7. ad 2.

divino tenetur quis ad reſtituendum id omne quod lucratus eſt in ludo aleatorio, id eſt, qui à fortunâ pendet; ita ut non ſufficiat tale lucrum pauperibus diſtribuere, niſi in caſu quo non poſſent inveniri, qui in tali ludo perdiderunt, aut eorum hæredes.

Primus caſus obligans ad reſtitutionem eſt, dum quis lucratus eſt in ludo ab his qui alienare non poterant, velut à minoribus, furioſis, prodigis, pupillis, religioſis, profeſſis, quibus ſuperiores aliquid in proprios uſus inſumendum relinquunt; quod tamen in ludo alienare non poſſunt, quia hic uſus Religioſis licitus non eſt. *Sed & Religioſi*, inquit Sanctus Antoninus, *ſi quæ haberent ad uſum ſuum, vel per adminiſtrationem, illa tamen donare vel alienare non poſſunt illicitè ut in ludis: unde qui eos vincerent, etiam prælati, ad reſtitutionem tenerentur monaſteriis vel prælatis. Clerici quantum ad res Eccleſiæ, cùm pauperum ſint, Canone*, Quoniam. 16. *quæſt.* 1. *alienare illicitè non poſſunt ut in ludis. Filii familias qui emancipati non ſunt à Patre, alienare non poſſunt per ludum. Similiter & uxores, ſi non habent paraſernalia, alienare non poſſunt. Qui ergo acquirit ab his per ludum, reſtituere tenetur tutoribus, vel curatoribus, vel prælatis, aut dominis eorum ſecundùm Thomam, Raymundum, Petrum de Palude, & alios: niſi fortè ſit quid modicum, de quo præſumi poſſet, quòd eorum ſuperiores, ut Patres, Tutores, & hujuſmodi non curaverint.* Quod confirmari poteſt ex his quæ fusè diximus Tom. 2. Tract. 1. de Beneficiis, capite 11. quæſt. 5.

D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 23. §. 3.

Secundus caſus obligans ad reſtitutionem ex S. Thomæ doctrina, eſt, dum quis

alium

alium violenter ſeu fraudulenter ad ludendum attraxit, veluti fingens ſe talis ludi peritiam non habere.

Tertius caſus eſt, dum lucrum in ludo factum eſt dolo malo, & aliquâ fraude adhibitâ, ut ſi taxillis adulteratis res acta ſit, aut tabellis quas ludens aſtutè ſignaverat, ut eas etiam inverſas agnoſceret; & ſic de cæteris.

*Quæſt.* 2. Quomodo id intelligi debet, quod aſſerit Sanctus Thomas in ſecundo reſtitutionis caſu ſupra quæſtione primâ relato, quòd ſcilicet teneatur quis reſtituere ea quæ lucratus eſt, dum alium ad ludendum attraxit?

*Reſp. Cùm quis*, inquit Sanctus Antoninus, *attraxit aliquem ad ludum per vim vel nimiam importunitatem, ſive in principio ludi, ſive in medio, cùm alius vellet dimittere, & non ſinit: tunc etiam tenetur reſtituere ſecundùm Thomam & Raymundum.* Idem communiter aſſerunt celebriores Sancti Thomæ diſcipuli, Silveſter in ſumma, ver. *Ludus.* §. 11. Cajetanus, Bannes, Soto, & alii, quos etiam ſequitur Didacus Covarruvias his verbis: *Datur præterea obligatio reſtituendi in animæ judicio ludo quæſita, quoties quis alterum ad ludum cupiditate lucri involuntarium attraxerit, ſecundùm Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. quem cæteri communiter ſequuntur.*

D. Ant. ib.

Covarruv. reg. Peccatum, 2. p. §. 4.

*Quæſt.* 3. Nulli-ne ſunt alii caſus, in quibus adſit obligatio reſtituendi ea, quæ quis in ludis à fortuna pendentibus lucratus eſt.

*Reſp.* Sanctus Thomas in jam citato loco innuit, quòd ſi leges Canonicæ & civiles ludos hujuſcemodi prohibentes, cenſeri non poſſint conſuetudine contrariâ abrogatæ, ſemper adeſt hæc obligatio reſtituen-

dì, quia tales leges dominii translationem impediunt, ut concludi poteſt ex lege *Quod in convivio*, ff. *de aleatoribus*: Et ex Edicto Ludovici XIII. Galliæ Regis dato Pariſiis die 30. Maji 1611. in quo expreſsè habetur, quòd omnia debita ex ludo contracta, nulla ſunt, & omnes obligationes & promiſſiones ratione ludi factæ, quovis colore pallientur, nullius ſunt roboris & momenti, nec ullam pariunt obligationem civilem, aut naturalem. *Aliud autem*, inquit Sanctus Thomas, *videtur eſſe ulterius illicitum ex jure poſitivo civili, quod prohibet univerſaliter tale lucrum; ſed quia jus civile non obligat omnes, ſed eos ſolos qui ſunt his legibus ſubjecti, & iterum per diſſuetudinem abrogari poteſt: Ideo apud illos qui ſunt hujuſmodi legibus obſtricti, tenentur univerſaliter ad reſtitutionem, qui lucrantur, niſi fortè contraria conſuetudo prævaleat.* Igitur ubi promiſcuè, & videntibus Magiſtratibus, nec ullo modo prohibentibus, ludi tales aleatorii exercentur, videtur prævaluiſſe conſuetudo, ita ut ex hoc ultimo capite obligatio reſtituendi non oriatur.

D.Th. 2.2. q.32. art.7. ad 2.

TRA-

# TRACTATUS SEPTIMUS.

# *DE*

# DONATIONE

# ET TESTAMENTO.

## Caput Primum.

### *De Donatione*.

*Quæſt*. 1. QUID eſt Donatio?

*Reſp*. Eſt liberalis datio rei alicujus ſine obligatione facta, quia, ut ait lex, *Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur*. L. Donari, ff. de reg. juris.

Dicitur primò, donum *ſeu liberalis datio*, ut notetur, donationem præcipuè ex benevolentia donantis fieri. Secundò, dicitur datio *Sine obligatione facta*, quia, juxta legis mentem, dum quis dat ex obligatione naturali aut civili, non eſt propriè donatio, ſed potiùs quædam ſolutio: *Hæ ſtipulationes quæ ob cauſam fiunt, non habent donationem*.

*Quæſt*. 2. Quot ſunt donationum ſpecies?

*Reſp*. Alia eſt donatio inter vivos, alia causâ mortis: Donatio inter vivos, juxta legis verbâ, *Appellatur, quando dat aliquis ea mente, ut ſtatim velit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reverti*. L. Donatione, ff. de donationibus.

Do-

L. Mortis cauſa, ff. de donat. cauſa mortis.

*Donatio cauſa mortis*, ex lege, *eſt*, *cùm quis habere ſe mavult quàm eum cui donat, magiſque eum cui donat, quàm hæredem ſuum.* Et ita hæc donatio effectu caret vivente eo qui donavit, quique talem donationem revocare poteſt.

Plures aliæ donationum ſubdiviſiones à Jure-Conſultis afferuntur; dividunt enim donationem inter vivos, in perfectam & abſolutam, per quam aliquid purè & abſque ullâ conditione ſtatim datur; & donationem conditionalem, in quâ non transfertur dominium rei donatæ, niſi poſt conditionem impletam.

Dividunt etiam Jure-Conſulti donationem causâ mortis, in eam quæ fit intuitu mortis quæ imminere creditur, & eam quæ fit intuitu mortis, quæ non citò eventura putatur; ſed cùm illæ diviſiones parùm proſint ad dirigendas Chriſtianorum conſcientias, exiſtimavi, in his diutiùs non eſſe immorandum.

*Quæſt.* 3. Quales ſolemnitates in jure requiruntur ad donationis validitatem?

*Reſp.* Si id quod datur, excedat quingentorum aureorum ſeu ſcutorum ſummam, neceſſe eſt, ut talis donatio inſinuetur, ſeu inter acta publica, præſente & decernente legitimo Magiſtratu, ſcribatur.

Sed quantùm ad talem inſinuationem, obſervandæ ſunt leges, conſuetudines, & ſtatuta cujuslibet Provinciæ aut etiam civitatis, & eodem planè modo judicandum in foro conſcientiæ, quo Judex in foro externò judicare in praxi tenetur.

*Quæſt.* 4. Quis donare poteſt?

*Reſp.* Unuſquiſque habens dominium ſeu proprietatem alicujus rei, illam donare

regu-

regulariter poteſt, niſi id ei aliquâ lege expreſsè prohibeatur; ut colligitur ex lege 124. ff. *De regulis juris*.

*Quæſt.* 5. Quis donare non poteſt?

*Reſp.* Primò donare non poſſunt in minoritate conſtituti, & ſi reverà donaverint, reſtitutionem in integrum poſtulare poſſunt, & ita rem donatam repetere, niſi majores facti, talem donationem ratam habuerint, ut colligitur ex lege: *Si inter minores, quinque & viginti annis, facta ſine dolo diviſio eſt, eamque poſt legitimam ætatem ratam fecerint manere, integram habere convenit.* L. Si inter minores, Cod. ſi minor factus ratum habuerit.

Secundò, pupilli donare non poſſunt, quia alienare non poſſunt ſine authoritate tutoris.

Tertiò, Monachi & Religioſi profeſſi, ut habetur ex Canone *Abbati*, diſtinctione 54.

Quartò, illi omnes quibus propriorum bonorum adminiſtratio interdicta eſt, ut dementes, furioſi, prodigi, & ſimiles relati in lege *Iulianus*, ff. *de curatoribus furioſo & prodigo dandis*.

Ultimò, filii familias donare non poſſunt, ſine conſenſu Patris, bona adventitia, (quæ ſcilicet à matre habent, aut aliundè quàm à Patre) neque etiam bona profectitia, quæ ſcilicet à patre habuerunt. Donare autem poſſunt filii familias bona Caſtrenſia, quæ ſcilicet in bello aut occaſione belli acquiſierunt, & bona quaſi Caſtrenſia, quæ ſcilicet in exercitio alicujus officii Forenſis, veluti Advocati, Iudicis, Notarii, ſibi compararunt: *Filius familias*, inquit lex, *donare non poteſt; neque ſi liberam peculii adminiſtrationem habeat. Cæterùm qui habent Caſtrenſe peculium vel quaſi Caſtrenſe, in ea conditione ſunt, ut dona-* L. Si filius familias, ff. de donationibus.

*re & mortis cauſa & non mortis cauſa poſſint, cùm Teſtamenti factionem habeant.*

*Quæſt.* 6. Poſſunt-ne Beneficiarii bona ex redditibus Eccleſiaſticis provenientia conſanguineis donare?

*Reſp.* Id juſtè fieri non poteſt, quia tenentur Beneficiarii Eccleſiæ vel pauperibus erogare, quidquid ſupereſt poſt honeſtam ſuſtentationem, nec veri & abſoluti domini ſunt redditùum Eccleſiaſticorum, ut fusè probatum fuit, Tom. 2. Tract. 1. cap. 1. nu. 11. Unde, juxta ſacrorum Canonum doctrinam: *Quidquid habent Clerici, pauperum eſt*. Et hæc tantummodò, ut ait S. Thomas, Clerici *Eſt approbanda liberalitas, ut proximos ſeminis ſui non deſpiciat, ſi egere cognoſcat; non tamen ut illos ditiores fieri velit ex eo, quod poteſt conferre inopibus;* Quia redditus Eccleſiaſtici non tanquam proprii conſiderandi ſunt; unde ſanctus Leo magnus Epiſcopis Siciliæ ſcribens, eiſque præſcribens, quo pacto reditus Eccleſiaſticos adminiſtrare deberent: *Epiſcopus*, inquit, *rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur*. Sed de his fuſiùs Tom. 2. Tractat. 1. cap. 11.

Can. Quoniam, 16. q. 1.
S. Th. 2. 2. q. 185. ar. 7. ad 2.
Can. Sine exceptione, 2. q. 1.

*Quæſt.* 7. Quibuſnam donare poſſumus?

Reſp. *Donare poſſumus cuilibet*, ut docet S. Antoninus, *niſi per legem prohibeatur, & quidem ſive ſit præſens, ſive abſens, notus, vel ignotus.*

S. Ant. 3. p. tit. 10. c. 4. §. 2.

*Quæſt.* 8. Quibuſnam donare prohibemur?

*Reſp.* Milites concubinæ donare non poſſunt, & juxta legem *Si ancillam*, tales donationes invalidæ & nullæ ſunt. Id expreſſis verbis ſancivit Ludovicus XIII. Galliæ Rex an. 1629. *Declaramus, quod omnes dona-*

L. Idem ſi, ff. de conditione ob turpem cauſam.

*donationes in favorem concubinæ facta, invalidæ & nullæ ſunt*.

Præterea in Gloſſa habetur in Can. *Qui venatoribus*, diſt. 86. quòd *meretricibus ſine peccato dari nequit*, ut ſcilicet ad peccatum pertrahantur; licèt juxta legem, id quod eis datum eſt, non poſſit repeti.

*Quæſt*. 9. Poteſt-ne pater filiis in poteſtate ſua exiſtentibus donare?

*Reſp*. Certum eſt, quòd generaliter loquendo donationes factæ à patre in favorē filii nondum emancipati, nec à patria poteſtate ſoluti, nullæ ſunt, juxta legem *Cùm de bonis*. Cod. de donationibus, quia filius in poteſtate patris conſtitutus, cenſetur una & eadem perſona, ita ut quidquid acquirit, acquirat patri. Adſunt tamen aliqui caſus, in quibus talis donatio invalida non eſt. Primò namque valida eſt conſtitutio dotis à patre facta, quæ tamen donatio eſt in favorem filiæ, ut habetur in lege: *Pomponius Philadelphus*, ff. *familiæ herciſcundæ*.

Secundò, valida donatio eſt, dum pater remittit filio uſumfructum, qui ſibi competebat ex bonis illius adventitiis.

Denique validè datur filio-familias à patre ratione alimentorum: *Item*, inquit S. Antoninus, *valet donatio, ſi pater remittat filio uſumfructum quem habet in rebus illius adventitiis. Item valet, ſi fiat ob alimenta*. D. Ant. 3. p. tit. 10. c. 4. §. 4.

*Quæſt*. 10. Eſt-ne valida donatio à marito in favorem uxoris facta, vel ab uxore in favorem mariti?

*Reſp*. Generaliter loquendo tales donationes invalidæ ſunt & prohibitæ Jure Canonico & civili: *Moribus*, inquit lex, *apud nos receptum eſt, ne inter virum & uxorem donationes valerent: hoc autem receptum eſt, ne mutuo amore ſe invicem ſpoliarent*. l. 1. ff. De donationibus inter virum & uxorem.

Et qui ſincerè conſortem diligeret, pauper ſæpiùs evaderet.

*Quæſt.* 11. In quibuſnam caſibus valida eſſe poteſt ſimilis donatio inter conſortes facta?

*Reſp.* Primò valet talis donatio, dum ille qui donavit, in eadem voluntate uſque ad mortem perſeveravit; quæ reſolutio habetur in cap. *Donatio*, his verbis: *Donatio quæ conſtante matrimonio inter conjuges dicitur eſſe facta (ex qua alter locupletior, & pauperior alter efficitur) firmitatem non habet, niſi donatoris obitu confirmetur.*

Cap. Donatio, de donationibus inter virum & uxorem.

Secundò, valet talis donatio, cùm donans inde pauperior non efficitur, licèt donatarius locupletior evadat.

Demùm talis donatio valet, cùm mutua & reciproca eſt inter virum & uxorem, qui bona ſua ſibi invicem donarunt, ita ut ſupervivens iis gaudeat, juxta leg. *Quod autem* §. *Si vir.* ff. *de donationibus inter virum & uxorem.*

*Quæſt.* 12. Donatio inter vivos poteſt-ne quibuſdam de cauſis revocari?

*Reſp.* Poteſt equidem propter ingratitudinem donatarii, ſeu illius cui donatum eſt. Sic enim habetur in Decretali: *Propter ejus ingratitudinem, in quem liberalitas eſt collata, donatoris perſona de rigore juris eam potuit revocare. Si fortè in ipſum impias manus injecerit, aut ſibi atroces injurias, ſeu grave rerum ſuarum damnum, vel vitæ periculum inferre præſumpſerit.*

Cap. Propter, de donationibus.

Et etiam, juxta Gloſſam in lege *Generaliter*, *Si donator inops factus non alatur, poteſt dici eum ad hoc cogi, ſcilicet* donatarium, *vel donationem revocari.* Si donatarius donatorem pauperem alere recuſet.

Cod. De revocandis donationibus verbo: Valuerit.

## Caput II.

## *De Teſtamento*.

*Quæſt.* 1. Quid eſt Teſtamentum?

*Reſp.* Definitur in lege his verbis: *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit.* L. Teſtamentum, ff. de teſtamentis.

Dicitur primò *juſta ſententia*; quia ut Teſtamentum validum ſit, neceſſe eſt, ut in eo condendo obſervetur id omne, quod à Jure præſcriptum eſt, v. g. ut adſit numerus teſtium, ut contineat expreſſam hæredis inſtitutionem.

Secundò, dicitur ſententia *voluntatis noſtræ*, ut pateat, ſervos, filios-familias, amentes, prodigos & hujuſmodi, qui voluntatem propriam in jure non habent, cùm ſub alterius poteſtate conſtituti ſint, teſtamentum condere non poſſe.

Dicitur denique ſententia *de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit*, quia diſpoſitio teſtamentaria non reſpicit ea, quæ vivente teſtatore facienda ſunt, ſed tempus poſt ejus mortem venturum; unde etiam ambulatoria eſt teſtatoris voluntas uſque ad mortem, ut habetur in lege, 4. ff. *De adimendis vel transferendis legatis*. Et teſtamentum confirmatur tantùm illius morte.

*Quæſt.* 2. Quot ſunt teſtamentorum ſpecies?

*Reſp.* Teſtamentum generaliter dividitur in ſolemne & nuncupativum: ſolemne dicitur illud, in quo teſtator ſuam voluntatem in ſcriptis declarat, & coram teſtibus qui ſubſcribere & ſigillum proprium apponere debent, licèt neceſſe non ſit, ut ſigillatim

ſciant ſingula quæ in teſtamento continentur, modò cognoſcant, ex propria teſtatoris relatione, contineri in eo ſuam ultimam voluntatem.

Nuncupativum teſtamentum dicitur illud, in quo teſtator proprium hæredem viva voce nominat coram ſeptem teſtibus abſque ulla alia ſolemnitate, ita ut ſcriptura neceſſaria non ſit: poteſt tamen tale teſtamentum in ſcriptis redigi, & ita ſolet fieri in praxi, tuncque neceſſe eſt, ut ſubſcriptione teſtium firmetur: hæc diviſio habetur in leg. *Hac conſultiſſima* Cod. *de teſtamentis*.

*Quæſt.* 3. Quænam ſolemnitates ad teſtamenti validitatem requiruntur?

*Reſp.* Neceſſe eſt, ut præſentibus ſeptem teſtibus fiat, ut conſtat ex tit. 10. lib. 2. Inſtitutionum Juſtiniani, §. ult. & ex lege *Si unus*, Cod. *de teſtamentis*.

*Quæſt.* 4. Eſt-ne ſemper neceſſaria illa ſolemnitas?

*Reſp.* Poteſt omitti, dum pater aut mater in favorem filiorum teſtamentum condunt, ut habetur in lege *Hac conſultiſſima*, Cod. *de teſtamentis*. Ita ut ſi pater in tali teſtamento ſolemnitatibus non adhibitis facto, partem bonorum ſuorum filiis propriis dediſſet, & aliam partem extraneis, id eſt non filiis, teſtamentum valeret ratione illius partis, quæ filiis data eſt, & tamen invalidum eſſet ratione alterius partis, quæ favorem extraneorum reſpicit. Solemnitates etiam non requiruntur, cùm teſtamentum fit in favorem cauſæ piæ, juxta legem Canonicam quæ habetur in cap. *Relatum*, de teſtamentis.

*Quæſt.* 5. Nonnè reperiuntur alii caſus, in quibus ſolemnitates non requiruntur?

*Reſp.*

*Reſp.* Milites non tenentur ſolemnitates ſervare, dum militiæ adſcripti teſtamentum condunt, &, juxta Juſtiniani Imperatoris Decretum, ſufficit, ad teſtamentorum militarium validitatem, ut adſint duo teſtes. Attamen notandum eſt, quòd illud militum privilegium locum tantummodò habet pendente militia, & ita ſi ea relicta teſtamentum faciant, tenentur ſolemnitates à jure præſcriptas ſervare perinde ac reliqui homines, ut videre eſt in lege *Nequidem*, Cod. *de teſtamento militis*.

*Quæſt.* 6. Eſt-ne validum teſtamentum coram Parocho, & duobus aut tribus teſtibus factum?

*Reſp.* Validum eſt tale teſtamentum, juxta conſtitutionem ſanctæ Sedis, quæ habetur in cap. *Cùm eſſes, de teſtamentis*. Quod tamen intelligi debet habere locum in terris ditioni temporali ſummi Pontificis immediatè ſubjectis, aut ubi talis conſtitutio uſu recepta eſt.

*Quæſt.* 7. Tenetur-ne hæres ſolvere legata facta in teſtamento, in quo obſervatæ non ſunt ſolemnitates à Jure civili requiſitæ ad legatorum validitatem?

*Reſp.* Videtur, quòd hæres teneatur ſolvere talia legata, ſi de voluntate teſtatoris dubitare non poſſit, etiam ſi ſolemnitates à Jure civili requiſitæ, adhibitæ non ſint in teſtamento; quia ut ait ſanctus Gregorius Papa, *Ultima voluntas defuncti modis omnibus ſervari debet*. Can. ultima, 13. q. 2.

*Nota*, inquit S. Antoninus, *Quod cùm quis ſanus vel infirmus, qui eſt ſanæ mentis, ultimo diſponit de bonis ſuis, de quibus poteſt diſponere, per ſimplicem ſcripturam vel per verba ſolùm, non violentatus, vel circumventus, ſed liberè, ſine notario & teſtibus debi-* D. Ant. 3. p. tit. 10. c. 3. §. ult.

*tis, ſtandum eſt ejus tali diſpoſitioni in foro conſcientiæ, & hæredes quibus hoc conſtat certitudinaliter, tenentur ad obſervandum illud, etiam ſi priùs per ſolemne teſtamentum aliter diſpoſuerat.*

Et hæc reſolutio conformis eſt menti Juſtiniani Imperatoris in Inſtitutionibus; ex quibus concluditur, quòd ſi hæres aut alius qui teſtamento aut alia ultima voluntate gravatus eſt dare aliquid alteri, fateatur quidem id verum eſſe, ſed opponat defectum ſolemnitatum, omninò ſolvere cogendus eſt. Hæc ſunt Imperatoris verba:

Lib. 2. Inſtitut. Tit. 24. de Fideicommiſſariis hæreditatibus, §. ult.

*Quòd ſi is à quo relictum dicitur, confiteatur quidem aliquid à ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatem requirat, omninò ſolvere cogendus eſt.*

Cap. Indicante, de Teſtamentis.

Eadem videtur eſſe reſolutio Juris Canonici in cap. *Indicante*, de *teſtamentis*, *Cognovimus, quòd moriens uxor concham argenteam nudis verbis juſſit venundari, & ſuis dari liberis: & ſcutellam argenteam cuidam monaſterio reliquiſſe, in quibus voluntatem ejus per omnia volumus adimpleri.* Ex quibus patet, legata eſſe ſolvenda, ſine ulla ſolemnitate facta, ubi conſtat de ſimplici voluntate teſtatoris.

In his autem ſervari debet in conſcientia, id quod æquus judex decerneret, ſi veritatem facti cognoſceret, ſicut diximus cap. 6. 2. Tract.

# CAPUT III.

## *De his qui Teſtamentum facere vel non facere poſſunt.*

*Quæſt.* 1. Quinam teſtamentum facere poſſunt?

*Reſp.* S. Antoninus reſpondet, quòd: *Quilibet poteſt facere teſtamentum, cui non prohibetur.* D. Ant. 3. p. tit. 10. c. 3. §. 13.

*Quæſt.* 2. Quinam teſtamentum facere nequeunt?

*Reſp.* Illi, qui alieno juri ſubjiciuntur, puta filii-familias, teſtamenti faciendi jus non habent: adeò quidem ut quamvis parentes eis permiſerint, nihilo magis jure teſtari poſſunt, niſi de peculio Caſtrenſi, aut quaſi Caſtrenſi, cujus diſpoſitionem habent independenter à patre; quod probatur ex inſtitutionibus Juſtiniani Imperatoris. Quod etiam probatur ex Canone *Licèt*, de *ſepulturis*, apud Bonifacium, ubi dicitur; *Filius familias pro anima ſua præter patris aſſenſum (niſi peculium Caſtrenſe, aut quaſi Caſtrenſe habeat) aliquid judicare non poteſt*: Id eſt, ut ait Gloſſa, *in ultima voluntate relinquere.* L. 2. Inſtitutionum, tit. 12. Quibus nõ eſt permiſsũ facere teſtamentũ.

Secundò, teſtari non poſſunt pueri, qui nondum ad 14. ætatis annum pervenerunt, quia tanto non pollent judicio, ut de rebus ſuis diſponere poſſint.

Tertiò, amentes & prodigi, quibus interdicta eſt bonorum ſuorum adminiſtratio.

Denique, ſecundùm eundem Juſtinianum, loco mox citato, muti & ſurdi; quia

non habent ſufficientem ejus quod agunt cognitionem.

*Quæſt.* 3. Licet-ne Clericis ſæcularibus teſtamentum condere?

Cap. Quia nos, de teſtamentis. *Reſp.* Alexander III. in Canone ſic ait: *Licèt Clericis de his, quæ paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum aut amicorum, non habito reſpectu ad Eccleſiam, liberè diſponere valeant: De his tamen quæ conſideratione Eccleſiæ perceperunt, nullum de jure poſſunt facere teſtamentum.* Invaluit tamen conſuetudo, ut teſtamenta à Clericis facta, etiam de bonis Eccleſiæ, valida ſint, licèt in conſcientia de iis minimè poſſint diſponere ſecundùm voluntatem ſuam in gratiam conſanguineorum; ſed tantùm in favorem cauſæ piæ; & ratio eſt quoniam certum eſt eos non habere dominium bonorum Eccleſiaſticorum, ſed tantùm uſum. Ita Divus Thomas: *Eccleſiaſticorum bonorum*, inquit, *ſunt Epiſcopi diſpenſatores vel procuratores: dicit enim Auguſtinus ad Bonifacium: Si privatim poſſidemus quod nobis ſufficiat, non ſunt illa noſtra ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione damnabili vendicamus.* De hac materia plura diximus Tract. de Beneficiis, Tom. 2. hujus operis.

D. Th. 2. 2. q. 185. ar. 7. in corp.

C A-

# Caput IV.

## *De his quibus bona per Teſtamentum relinqui poſſunt.*

*Quæſt.* 1. Quinam in teſtamento poſſunt hæredes inſtitui?

*Reſp.* Generaliter loquendo, inſtitui hæres poteſt quilibet, modò jure non prohibeatur. Ut ait Juſtinianus lib. 2. Inſt. tit. 14. *de hæredibus inſtituendis.*

*Quæſt.* 2. Quinam hæredes, aut legatarii in teſtamento inſtitui non poſſunt?

*Reſp.* Plures ſunt, quorum præcipui & magis uſitati, primò ſunt liberi nati ex perſonis, inter quas matrimonium eſſe non poterat eo tempore quo nati ſunt, quales ſunt ii, qui ex adulterio nati ſunt, aut ex perſonis eo conſanguinitatis, aut affinitatis gradu conjunctis, ut matrimonium inter ſe contrahere nequeant, & ii liberi à lege vocantur *Spurii:* Quod quidem probatur ex lege, ubi dicitur, *ſed qui ex damnato ſunt coitu, omni prorſus beneficio ſecluduntur:* Patres tamen in conſcientia tales liberos alere tenentur, ut decernit Clemens Papa III. qui reſpondens Epiſcopo qui eum conſuluerat, quid agendum eſſet de muliere quæ decem filios pepererat ex adulterio, ſic habet: *Sollicitudinis tamen tuæ intererit, ut uterque liberis ſuis, ſecundùm quod eis ſuppetunt facultates, neceſſaria ſubminiſtret.* Rationem autem aſſignat lex, cùm dicit: *Necare videtur, qui alimoniam denegat.*

L. Licèt, Cod. de naturalib. liberis. Cap. Cùm habere, De eo qui duxit in matrimoniũ quam polluit per adulteriũ. L. Necare, ff. de liberis agnoſcendis.

Secundò, nec hæredes inſtitui poſſunt multis in locis, & præſertim in Gallia, Tutores, Curatores, cuſtodes, cæterique adminiſtratores, cùm id cautum fuerit à

Franciſco I. Francorum Rege, anno 1539.
» menſe Auguſto, his terminis: Declaramus, omnes diſpoſitiones, aut donationes inter vivos, aut teſtamento etiam factas, & deinceps faciendas à donatoribus aut teſtatoribus, in gratiam tutorum, curatorum, cuſtodum, cæterorumque adminiſtratorum; eſſe nullas, nullius effectus & valoris. Quod Decretum ab ejus filio Henrico II. interpretatum fuit de teſtamentis aut donationibus fraude factis durante tempore adminiſtrationis, per perſonas directè vel indirectè interpoſitas in favorem Tutorum, Curatorum & aliorum adminiſtratorum.

Hi quoque inepti ſunt, ut hæredes & legatarii inſtituantur, qui civiliter mortui ſunt, quales ſunt ii qui ad triremes damnati ſunt; ſed etiam extranei in Gallia, niſi regnicolæ fiant litteris, quas vocant naturalitatis, à Principe conceſſis, hæredes ſcribi minimè poſſunt.

*Quæſt.* 3. Qui inſtitutus fuit hæres, hoc pacto ut redderet hæreditatem puero quem teſtator ſuſcepit ab ea, cùm qua matrimonium contrahere non valebat, quem leges *Spurium* dicunt, tenetur-ne hanc hæreditatem huic puero reſtituere, an illis qui ſuccederent ab inteſtato defuncto teſtatori?

*Reſp.* Si talis hæreditas non excederet honeſtam ſuſtentationem illius filii, tenetur inſtitutus hæres, hanc illi ſummam reſtituere; quia tenentur patres talibus filiis neceſſaria ad vitam miniſtrare, ut in ſuperiori mox reſponſione probavimus; ſi autem hæc ſumma excederet illud quod neceſſarium foret, ut hic filius honeſtè vivere poſſet, teneretur hæreditatem reſtituere hæredibus ab inteſtato; quia

ut

ut dicitur in regula juris, certum eſt, quòd *Is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem*. Si quidem lex tales filios paternâ hæreditate privare vult, in odium criminis à patre perpetrati: proindeque is qui foret inſtitutus hæres, eâ conditione ut hæreditatem redderet filio ex tali coitu ſuſcepto, contra prohibitionem legis in conſcientia reddere minimè poſſet, ſi ſumma excederet illud quod neceſſarium foret tali filio ad honeſtè vivendum. Reg. Certum eſt. 88 de reg. jur. in 6.

*Quæſt.* 4. Spurius, ſeu qui natus eſt ex illegitimo concubitu, ſeu illegitima conjunctione, poteſt-ne in conſcientia retinere quod à patre ſibi relictum eſt contra prohibitionem legis?

*Reſp.* Si hæc bona excedunt, quæ neceſſaria ſunt ad honeſtam ſuſtentationem, retinere non poteſt, quia declaratus eſt à legibus, paternæ ſucceſſionis incapax, ut patet ex lege *Licèt*, Cod. *de naturalibus liberis*, ſupra relatâ, & quia, ut ait Divus Thomas, *Leges juſtæ obligant in foro conſcientiæ*. D.Th. 1.2. q.96. art.4. in corp.

---

## CAPUT V.

### *De Legatis*.

*Quæſt.* 1. QUid eſt Legatum?

*Reſp.* Legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda. Lib. 2. Inſtit. tit. 20. *de Legatis*. §. 1.

*Quæſt.* 2. Si quis legatum aliquod pium inſtituiſſet, exempli gratiâ, fundationem alicui Eccleſiæ hac conditione, ut quotidie Miſſa celebretur pro requie animæ ſuæ,

aut

aut alia ſimili conditione, & legatarius nollet acceptare legatum hac conditione, poſſet-ne hæres ſibi illud retinere, aut teneretur-ne impendere legatum in aliquod opus pium?

*Reſp.* Procul dubio teneretur hæres legatum illud impendere in opera pia, niſi teſtator expreſsè declaraviſſet hæredi, velle ſe ejus arbitrio legatum relinquere, in eo caſu, in quo legatarius cum hac conditione illud acceptare nollet: cujus ratio eſt, primò, quia ſæpè accidit, ut teſtatores, legatum aliquod pium inſtituentes, id faciant, ut ſatisfaciant reſtitutionibus incertis, quibus ſe obligatos credunt ad ſatisfaciendum: ac proinde hæres qui eſt una eademque perſona cum teſtatore, eamdem incurrit obligationem.

Secundò, dato etiam quòd hæres certus eſſet, quòd nulla foret obligatio quæ teſtatorem induxerit ad inſtituendum legatum, peccaret tamen ſaltem contra charitatem, ſi nollet ſolvere tale legatum à teſtatore relictum pro ſalute animæ ſuæ, & quod neceſſarium judicavit ad ſatisfaciendum pro peccatis ſuis.

*Quæſt.* 3. Eſt-ne grave peccatum differre ſolutionem legatorum piorum?

*Reſp.* Ex S. Antonino, *Qui detinent legata facta Eccleſiis vel aliis piis locis, & non ſolvunt, ſacrilegium committunt; unde Hieronymus; Amico aliquid ſubtrahere, furtum eſt, Eccleſiam verò defraudare, ſacrilegium.* 12. q. 2 *Can.* Gloria. *Et tales multum differendo utique peccant. Quamvis enim non noceat hoc animabus defunctorum, qui illa legaverunt, quantum ad meritum dignum præmio Gloriæ, quia ex illa ordinatione Eccleſiæ facienda conſecuti ſunt meritum: nocet tamen quantum ad expiationem pœnarum quibus eſt debitor, quia*

D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 21. §. 3.

non

*non ita citò evadet, vel ſublevabitur: Unde dicuntur necatores animarum*. 13. q. 2. *Can.* Qui oblationes.

*Quæſt.* 4. Si legatarius ante mortem teſtatoris rei legatæ dominium acquiſiviſſet, teneretur-ne hæres rei pretium legatario reſtituere?

*Reſp.* Ut huic difficultati ſatisfiat, diſtinguendum eſt; aut enim legatarius acquiſivit rei legatæ dominium titulo lucrativo, hoc eſt, nihil pro ea re ſolvendo, & abſque ullo onere, qualis eſt titulus donationis; aut eam acquiſivit titulo oneroſo, cùm ſcilicet æquivalens rei dedit, ut ejus haberet dominium, qualis eſt titulus emptionis.

In primo caſu non tenetur hæres aliquid dare legatario; quia, ut dicitur in lege, *Omnes debitores*, ff. *de obligationibus & actionibus*, non poteſt eadem perſona jus in eandem rem habere duplici titulo lucrativo; ac proinde cùm res data jam fuerit legatario, iterum ei dari non poteſt.

In ultimo verò caſu teneretur hæres dare legatario pretium rei, quæ illi legata fuerat. *Si res aliena legata fuerit*, inquit Imperator Juſtinianus, *& ejus rei vivo teſtatore legatarius dominus factus fuerit: ſi quidem ex cauſa emptionis, ex teſtamenti actione pretium conſequi poteſt. Si verò ex cauſa lucrativa, veluti ex donatione, vel ex alia ſimili cauſa, agere non poteſt. Nam traditum eſt duas lucrativas cauſas in eundem hominem & eandem rem concurrere non poſſe*. Lib. 2. Inſt. tit. 20. de leg. §. 6.

*Quæſt.* 5. Ad quem pertinere debet legatum ad pias cauſas, cùm teſtator non expreſſit, cui illius debeat fieri ſolutio?

*Reſp.* In tali caſu ſervari poſſet diſpoſitio Novellæ Juſtiniani Imperatoris: *Si quis*, inquit, *in nomine magni Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti, hæreditatem, aut legatum re-* Nov. 131. cap. 9.

*reliquerit, jubemus Eccleſiam loci illius, in quo teſtator domicilium habuerit, accipere quod dimiſſum eſt*. Et quia Epiſcopus plenam habet de jure adminiſtrationem cauſarum piarum, ad illum pertinet cura ejuſmodi legati, etiam juxta diſpoſitionem legis
L. 28. §. 1. C. de Epiſc. & Cler. *Nulli licere*. Cod. *de Epiſcopis & Clericis*, in qua ſic legitur: *Si perſona non deſignata, teſtator abſolutè tantùmmodò ſummam legati vel fideicommiſſi taxaverit, quæ debeat memoratæ cauſæ proficere: vir Reverendiſſimus Epiſcopus illius civitatis, ex qua teſtator oritur, habeat facultatem exigendi quod hujus rei gratia fuerit relictum, pium defuncti propoſitum, ſine ulla cunctatione, ut convenit, impleturus*. Pluribus tamen in regionibus obſervantur Bullę ſummorum Pontificum,
Bull. 7. & 8 Alex. VII. & præſertim Alexandri VII. juxta quas legata pia incerta Fabricæ ſancti Petri de Urbe applicantur.

Poſſent hìc aliæ multæ difficultates ad legata pertinentia definiri, v. g. An ſolvi debeant legata facta ſub conditione impoſſibili? Utrum ſolvenda ſint legata alicui Virgini religioſam vitam amplexæ, quæ facta fuerunt ea lege ut nuberet? & ſimiles caſus. Sed quia in his tribunal interius, ſeu conſcientiæ, non differt ab exteriori tribunali, quod varium eſt aliquando atque diverſum, ſecundùm diverſa ſtatuta Regionum, & Provinciarum: in his ut plurimum in conſcientia ſequi quis debet, quod in exteriori foro definitum foret, aut definiri ſolet, ab æquo ſcilicet Judice.

EDIT-

# E D I T T O

Contro l'Uſure & altri contratti illeciti : publicato nella Sinodo d' Albano dall' Eminentiſs. Cardinal Flavio Chigi. pag. 249.

PEr impedire l'ingordigia di coloro, che ſcordati delle loro anime, empiamente con patti e contratti illeciti conſumano & uſurpano le ſoſtanze del proſſimo, per accreſcer le proprie (inerendo Noi ſopra di ciò alli Decreti preſcritti dalli Sommi Pontefici e dalli Sacri Canoni, e conformandoci alla commune opinione de Sacri Teologi e Moraliſti) dichiariamo per ſicurezza della coſcienza de fedeli di queſta noſtra Dioceſi,

Che ſi come non è lecito ad alcuno che dia in preſto denari, grano, ò vino, ò altra qualunque robba, ricevere davantaggio cos'alcuna oltre ciò che impreſta, così parimente ſi deve auvertire nelli contratti di vendita a credenza, non dover prenderſi, in riguardo della dilazione ò tempo che ſi dà a pagare, cos'alcuna, oltre il giuſto prezzo: e nelle compre che ſi fanno di ſimili robbe, con pagare anticipatamente, di non pattuirle a prezzo minor del giuſto, in riguardo del pagamento che ſi fà anticipato; ſi come ne anco è lecito dare in pagamento, ſpecialmente a gl'operarii, merci ò ſimili robbe, per un prezzo alterato e maggiore del dovuto.

Auvertendo, che per ſtabilire nelli con-

tratti di vendita e compra, riſpettivamente, il giuſto prezzo; chi vende E. G. un rubbio di grano, non deve haver riguardo alle ſpeſe ch'egli habbia fatte in acquiſtarlo ò conſervarlo, ne al biſogno ò commodo che dal compratore ſe ne poſſa ricevere; mà ben ſi deve riguardare al prezzo, che corre di detto grano nel luogo del contratto, ò dove ſi conſegna, ſecondo il valor legale, ò giuſta la taſſa e ſtima commune de gl'huomini periti e da bene, ò che ſi è venduto nella proſſima fiera ò mercato: con queſto però che tal prezzo non ſi ſtimi ſecondo il valore che vien poſto a qualunque robba nelli proventi ò appalti, ne ſecondo quello ſi venderà à minuto; perche in ſimili caſi vi concorrono diverſi pericoli, ſpeſe, riſpoſte, ò contributioni, che fanno raggionevolmente creſcere il valore. Che ſe chi vende à credenza, vuol concertare un tempo determinato, e vuole che ſe gli paghi detta robba per il prezzo che in eſſo tempo ſi venderebbe; ſappia che è tenuto a ſcomputare dal prezzo quelle ſpeſe, fatighe, ò diſcapiti, che vi ſaranno, a conſervar detta robba ſino al detto tempo, ne mai potrà ſtabilire un tal prezzo, col quale s'aſſicuri di guadagnare più di quello, che preſentemente la venderà in contanti, e che reſpettivamente il compratore ſi ponga in ſicuro ſcapito di pagarla davantaggio.

Sappiamo ancora, che è contratto illecito, il preſtar grano, vino, oglio, & altra ſimil robba di cattiva qualità, con obligo che deva reſtituirſi di qualità buona, ò quale ſi raccorà nelle racolte; richiedendo la natura dell'impreſtito, che ciò che ſi reſtituiſce, ſia della medeſima ſpecie, quantità, e qualità.

Di-

Dichiarò in oltre la Santa memoria di Sixto V. nella ſua Coſtitutione, che comincia: *Deteſtabilis avaritiæ*, illecito quel contratto, nel quale ſi danno da alcuno, ſotto nome di compagnia, denari, animali, ò altra coſa ſimile, con patto, che ancorche per caſo patiſſe danno, ò periſſe affatto la ſorte principale, il capitale nondimeno reſti intiero, e ſia obligato il compagno che l'hà ricevuto, a reſtituirlo, ò riſponderle certa quantità e ſomma di denari ogni meſe, ò vero ogni anno, fin che dura detta compagnia, ò vero ſe ſi danno ſimili coſe con patto di ritirarne ogn'anno un tanto per cento, ſenza riguardo all'emolumento ò danno che in detto caſo poſſa ricevere il compagno.

Nelli contratti de cenſi, ſi doverà diligentemente oſſervare dalli Notari, che s' adempiſchino intieramente le conditioni preſcritte nella Bolla del B. Pio V. & in particolare, che ſucceda l'effettivo sborſo del denaro, e non compariſca per ſemplice moſtra; che in tal caſo non potranno rogarſene: e che poi il denaro in verità reſti conſegnato all'impoſitor del cenſo, ò ad altra perſona di ſuo ordine.

I contratti, li quali volgarmente ſi dicono a godere a godere, cioè che chi preſta ad un'altro E. G. cinquanta ſcudi, riceve da quello a godere una caſa, ò vigna, ò altro ſtabile fruttifero, fin tanto che li ſarà reſtituito il ſuo denaro; ſono parimente illeciti, ſe in eſſi non interviene altro titolo, per il quale detti ſcudi cinquanta ſi rendano fruttiferi; ò ſe non ſi verificano le conditioni di vendita, *cum pacto redimendi*; ne ſarà ſufficiente, che ſotto tal nome di vendita, ſe ne facci il contratto, quando realmente vi concorrino quelle circoſtanze che s'adduco-

ducono dalli Teologi e Giuriſti, per provare, che ſotto tal nome vien palliata l'uſura; e quando li contraenti non habbiano volſuto far'altro che un ſemplice mutuo: di che ſi darà molto ſoſpetto, ſe il prezzo della robba, che ſi dà a godere E. G. per detti ſcudi cinquanta, ſarà di valore molto maggiore; nel qual caſo (data anche la verità di detto contratto di vendita *cum pacto redimendi)* per la giuſtizia & equalità del contratto, ſarà neceſſario, che il prezzo s'aumenti d'una quantità, che ſia più conforme al valor della robba.

Quanto alli cambii, ò compagnie d'offizii, il frutto & intereſſe delle quali (che per altro di ſua natura è incerto e variabile) ſi riduce dalle parti ad una certa ſomma, ò taſſa: auvertino li contraenti, che ſimil taſſa ſi rende ingiuſta, ſe ſarà maggiore di quello che in verità rende la fiera, ò piazza, per la quale ſi cambia, ò pure l'offitio ſopra il quale è fondata la compagnia, ne in detta doppo la morte dell'Offitiale, ſopra la vita del quale ſi è contratta, ſi potrà più pretendere la reſtitutione della ſorte, e partecipatione de frutti.

Non è lecito ad alcuno celebrar contratti ſimulati, & apporvi un prezzo maggiore di quello che in effetto ſi sborſa: ò ciò ſi faccia per palliare altri contratti, che ſotto colore de medeſimi s'intendono ſtipulare, ò per eſcludere i vicini dal jus congruo.

Procuri ciaſcheduno nelli contratti e conventioni che giornalmente ſi fanno, procedere con buona fede, ſenza inganno, violenza, ò colluſione; auvertendo che haverà per vendicatore Dio per tutte le frodi ò inganni che v'adopri; ſpecialmẽte ſe cõ eſſe reſtaranno ſovertite le raggioni delle più povere vedove, pupilli, ò luoghi pii.

Et

Et ad effetto di provedere, per quanto c'è permeſſo, all'abolitione de ſimili uſure, e contratti illeciti, che tanto pregiudicano al publico bene & alla ſalute dell'anime, s'eſortano li fedeli di queſta noſtra Dioceſe, quando devono celebrar contratti, della giuſtizia de'quali hanno qualche ſoſpetto, che vogliano aſſicurare la propria coſcienza, con informarſi avanti diligentemente da perſone pie e dotte, della validità e giuſtizia de medeſimi; & i Notari non ardiſchino ſtipularli, quando che in loro coſcienza non habbino ſicurezza che ſiano leciti e giuſti; che ſe alcuno preſumerà di celebrar detti contratti ò altre ſimili uſure, oltre la nullità del contratto ancorche giurato, ſappia tanto eſſo contraente, quanto il Notaro che ſe ne roga, e qualunque perſona ch'in qualche modo vi cooperi e ne ſia partecipe: ſaranno da Noi ſeveramente punite ſecondo le pene contenute ne' ſacri Canoni, e reſtaranno privi, mentre che vivono, dal ricevere il SS. Sacramento dell'altare, e doppo la loro morte, non potranno eſſere ammeſſi alla ſepoltura eccleſiaſtica, ò in luogo ſacro, ancorche ne habbiano ordinata la reſtitutione e reſciſſione reſpettivamente; ſe con effetto non ſarà ſtato reſtituito quello che malamente hanno acquiſtato; e quando quello che deve riceverlo, ſia aſſente; ſe non ſarà ſtata data ſicurtà idonea ò pegno equivalente.

E s'auverte in ultimo a Confeſſori così ſecolari come regolari, che non poſſono aſſolvere quelli, che hanno fatti ſimili contratti illeciti & uſurarii, ſe prima non promettano di reſtituire ciò che ingiuſtamente hanno acquiſtato; ò ſe havendo ciò promeſſo altre volte all'iſteſſo Confeſſore, ò ad altri (ſopra di che dovranno interrogarli)

non

non l'haveranno oſſervato, ſe gli differiſca l'aſſolutione ſino all'iſteſſa ſodisfattione.

Auvertendo ciaſcheduno, ch'in ſimili materie nulla ſuffraga il privilegio delle Chieſe, pupilli, vedove, ò luoghi pii, in favore de quali ſiano fatti ſimili contratti; il che non oſtante, tutto ciò che indebitamente ſi ſarà ritratto, ſi dovrà reſtituire, ò dal medeſimo luogo pio, pupillo, &c. ſe ne ſarà diventato più ricco; ò in altro caſo, da ſuoi Officiali & Amminiſtratori, che concorſero a fare tale iniquo contratto.

*Finis Tomi Primi.*

Biblioteca Nazionale NAPOLI

# INDEX

## RERUM PRECIPUARUM in hoc primo Tomo contentarum, ordine Alphabetico.

### A

Actus reflexus, nullam certitudinem parit. Tract.1. cap.6. q.3. fol.56.
Actus aliquis, qui de genere ſuo eſt malus, totaliter à peccato excuſatur, quando totaliter involuntarius redditur; unde ſi ſit talis paſſio, quæ totaliter involuntarium reddat actum ſequentem, totaliter à peccato excuſat; alioquin non totaliter. Tr.1. cap.11. q.2. 117
In Adinventionibus ſuis vadunt Doctores, qui non ſequuntur dicta Sanctorum. Tr.1.cap.1. q.3. 2
Adulationes à ſalutis via abducunt. Tr.1. c.1. q.8. 15
Cardinalis de Aguirre, probabilitatem exagitat. Tr.1. c.5. q.5. 38
Ad aleas Clerici, vel taxillos, non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint. Tr.6. cap.4. q.1. 372
Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus Aleæ deſerviens, aut deſinat, aut certè damnetur. *ibid.* 373
Ex Canone Apoſtolorum colligitur, quòd peccatum eorum qui Aleæ deſerviunt, ſit mortale, & grave. *ibid.* 373

Alea-

Biblio...

Aleatorii ludi quatuor circumſtantiæ aggravantes. q.7. 377
R.P. Natalis Alexander probabiliſtas explodit. Tr.1. cap.6. q.8. 76
In his quæ Animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos graves remorſus conſcientiæ, pars ſecurior eſt tenenda. q.2. 50
Annunciare aliquid Chriſtianis, præter id, quod acceperunt, nunquam licuit, nuſquam licet, nunquam licebit. Tr.1. cap.8. 97
Apparitores, Lictores, Curſores, & hujuſmodi duplex ſalarium unicâ die percipere juſtè non poſſunt. Tr.5. cap.6. q.8. 339
Apoſtolos habemus authores. Tract. 1. cap. 1. q.6. 7
Archiepiſcopus Rhotomagenſis frivolam probabilitatis ſecuritatem exagitat. Tr.1. cap.6. q.3. 56
Artifex juſtum pretium conſequi debet, etiamſi pro minori convenerit. Tract.5. cap. 6. q. 9. 340
Ex aſſuefactione perverſa, vitioſus quaſi repentè præcipitatur. Tr.1. cap.15. q.1. 122
Sanctus Auguſtinus deciſiones ſanctorum Patrum fideliter ſequitur. Tr.1. c.1. q.6. 9
Sanctus Auguſtinus Academicos probabiliſtas exploſit. Tr.1. cap.6. q.3. 53
R.P. Auguſtinus de Angelis docet rejiciendam eſſe opinionem probabilem in concurſu probabilioris. Tr.1. cap.6. q. 8. 76
Authoritates poſſunt-ne inveniri in ſacra Scriptura, Conciliis, aut Patribus, ad omnes caſus decidendos? Tr.1. cap.1. q.4. 3
Quid Authoritas habeat antiqua, in omnibus requirendum eſt. q.7. 12
Authoritas veterum, & quæ ab antiquo facta legitur SS. definitio Patrum, opportuna cernitur ad tollendas lites & contentiones. Tr.1. cap.6. q.4. 61

B

CArd. Carolus Barberinus. *Vide Synodus Farfenſis*.
Cardinalis Bellarminus probabilitatem rejicit. Tr. 1. cap. 6. q. 8. *66*

C

CÆcitas Scriptorum, ex multis cauſis. Tr. 1. cap. 1. q. 5. 3
Quid ſit Cambium. Tr. 5. cap. 1. q. 1. 308
Cambium aliud verum & reale, aliud fictum & ſiccum, q. 2. 309
Cambia ſicca damnantur à B. Pio V. qu. 4. *ibid.*
Cambium aliud minutum, aliud per litteras, aliud ad certum diem. q. 5. 310
Cambium minutum ſæpius licitum eſt. q. 9. 311
Cambium per litteras licitum eſt. qu. 10. & ſeqq. *ibid.*
Quare Campſores è templo ejecti ſunt à Chriſto Domino? q. 12. 314
Cambii duæ præcipuæ conditiones. q. 13. *ibid.*
Campſor committit uſuram, ſi principaliter intendit exercere tale mutuum, quod cambium vocat, non ut ſerviat, ſed ut magis lucretur, q. 14. 316
Canones, & ſancti Patres ſunt doctrina probabilitatis antiquiores. Tract. 1. cap. 6. q. 1. 47
Canones non ex electione proprii arbitrii ſancti Patres, ſed potius ex ſententia Divini judicii ſanxerunt. Tr. 1. c. 17. q. 3. 135
Canonum violatores graviter judicantur. q. 3. 136
Conſuetudo abrogat-ne Canones? q. 4. *ibid.*
Canonum duæ ſpecies. ead. q. 4. 138

Sacri Canones toto orbe venerandi, & ſancto Spiritu inſpirante digeſti, imò calamum ſanctorum Patrum, qui eos de ordine & ſtatu ſanctæ Dei Eccleſiæ conſcripſerunt, regente. q. 5. 142
Conſuetudines quæ Canonibus adverſantur, valdæ ſuſpectæ ſunt. *ibid.* 143
Caſus omnes poſſunt-ne reſolvi authoritate Scripturæ ſacræ Conciliorum, aut Patrum? Tract. 1. c. 1. q. 4. 3
Caſus dubii, quomodo olim decidebantur? q. 7. 10
In Caſibus difficilioribus, ſummus Pontifex conſulebatur. *ibid.* 12
Cenſus poteſt quandoque emi minori pretio quam ſit capitale. Tract. 3. cap. 2. qu. 6. & 7. 183
Contractus cenſus, ſeu loci montium non ſunt uſurarii. Tr. 4. cap. 10. q. 4. 265
Contractus cenſus conditiones. q. 5. 266
Certitudo quæ requiritur in materia morali, non eſt certitudo evidentiæ, ſed probabilis conjecturæ. Tr. 1. cap. 2. q. 12. 26
Certitudo moralis in quo conſiſtit? qu. 13. *ibid.*
Certitudo moralis conſurgit ex probabilibus conjecturis, magis ad unam partem, quàm ad aliam ſe habentibus. Tract. 1. cap. 4. q. 2. 30
Antonius Charlas. S. Theol. Doctor probabilitatem repellit. Tract. 1. cap. 6. qu. 8. 77
Card. Flauvius Chyſius. *Vide Synodus Albanenſis.*
Chriſtus ex ſemetipſo non eſt locutus. Tr. 1. cap. 1. q. 6. 7
Chriſtiani ſacris morum Regulis ſubmittere ſe debent. Tract. 1. c. 1. q. 6. 4
Chriſtianus quo pacto diſpoſitus eſſe debet, dum Doctorem conſulit? q. 8. 15

Circumſtantiæ peccatorum variæ. Tract. 1. cap. 10. q. 7. 114
Circumſtantiæ aut leviter, aut notabiliter aggravant peccatum. *ibid.*
Quæ Circumſtantiæ in Confeſſione aperiendæ? q. 9. 115
Clerici ad aleas, vel taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint. Tract. 6. cap. 4. q. 1. 372
Epiſcopus, aut Præsbyter, aut Diaconus aleæ deſerviens, aut deſinat, aut certè damnetur. *ibid.* 373
Ludi, qui à ſorte pendent ſunt Clericis, prohibiti. q. 2. *ibid.*
Clerici levia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. *ibid.* 374
Ne Clerici in publico ludant pilâ, aut aliis ludis maximè cum laicis. q. 3. *ibid.*
Clerici à ludo alearum, aliiſque qui à ſorte pendent, abſtineant. *ibid.*
Clerici publicè non ludant, quocumque ludo. *ibid.*
Clericorum vita, *perpetuum quoddam prædicandi genus* eſſe debet. *ibid.* 375
Quidquid habent Clerici, pauperum eſt. Tr. 7. c. 1. q. 6. 386
Clerici de his quæ conſideratione Eccleſiæ perceperunt, nullum de jure poſſunt facere Teſtamentum, ſaltem niſi in favorem cauſæ piæ. Tr. 7. cap. 3. q. 3. 394
Commercium maritimum, juxta quod aſſecurantur merces in quovis periculo conſtitutæ, mediante aliquo pretio, licitum eſt. Tr. 4. cap. 7. q. 6. 253
Commodati Definitio. Tract. 5. cap. 9. q. 1. 354
Commodans conventioni, circa tempus & reliqua, ſtare tenetur. q. 2. 355
Commodatarii obligationes tres. q. 3. *ibid.*

Commodatarius de leviſſima culpa tenetur. q. 4. 356
Compenſationes injuſtè, famulorum reprobantur. Tract. 5. cap. 6. quæſt. 6. 338
Concilia Provincialia quæſtiones valdè arduas reſolvebant. Tract. 1. cap. 1. q. 7. 11
Concilia Provincialia bis in anno congregabantur. *ibid.*
Condonationis variæ conditiones. Tract. 4. cap. 11. q. 3. 272
Confeſſarii palpantes, vitandi ſunt. Tr. 1. cap. 1. q. 8. 16
Confeſſarius quid agere debet cum variis uſurariis? Tract. 4. cap. 11. quæſt. 1. 2. 3. & *ſeqq.* 271
In ſacris Congregationibus, illa omninò ſententia præfertur, quæ omnibus hinc inde conſideratis, tutior videtur, aut juri & æquitati conformior. Tract. 1. cap. 6. q. 8. 76
Conſcientia quid eſt? Tract. 1. cap. 2. qu. 1. 19
Conſcientia eſt cordis ſcientia. *ibid.*
Conſcientia alia vera eſt: alia falſa & erronea. *ibid.*
Conſcientia vera, præceptis eſt conformis. q. 3. *ibid.*
Conſcientia erronea, eſt apparens lux falſa, quæ ſuadet facienda ea quæ prohibita ſunt, inſinuans non eſſe prohibita. q. 4. 20
Conſcientia erronea ſequenda non eſt. q. 5. *ibid.*
Conſcientiæ dictamen, non eſt ſpernendum. *ibid.*
Ex Conſcientia, error quo creditur eſſe mortale quod non eſt mortale, ligat ad peccatum mortale. *ibid.*

Contra Conſcientiam quis aliquando peccat, etſi contra præcepta apertè non peccet. *ibid.*
Dictamen Conſcientiæ erroneæ, excuſat-ne ſemper à peccato? q. 6. 21
Conſcientiam erroneam ſequens, quandonam peccat? q. 7. 22
Quando Conſcientiæ error, eſt aliquo modo voluntarius, non omninò excuſat à peccato. *ibid.*
Conſcientiæ error, quo pacto excuſat à tranſgreſſione præceptorum. quæſt. 8. *ibid.*
Illud quod agitur contra legem, ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc quod eſt ſecundùm conſcientiam. quæſt. 10. 25
Conſcientia probabilis, dubioſa, vel ſcrupuloſa, quæ ſit? q. 13. 26. & 27
Non ſumus in conſcientia ſecuri, ex ſancto Thoma, dum ſequimur opinionem, minus probabilem in concurſu probabilioris. Tr. 1. cap. 6. q. 1. 48
Ad vitandos Conſcientiæ graves remorſus, in his quæ ſalutem animæ reſpiciunt pars ſecurior eſt tenenda. q. 2. 50
Conſcientia dubia quæ ſit? Et quid tunc agendum? Tract. 1. cap. 7. quæſt. 1. 78
Conſcientiæ ſcrupulus in quo conſiſtit? Tr. 1. cap. 8. q. 1. 82
Qui habet conſcientiam ex credulitate levi, & temeraria, conſcientia, levis, & temerariæ credulitatis exploſa, ad ſui Paſtoris conſilium licitè agere poteſt. Tr. 1. cap. 8. q. 2. 83
Quod eſt contra Conſcientiam, eſt malum, quamvis non ſit contra legem. Tract. 1. c. 8. 94
Vide etiam V. Certitudo.

Conſtitutiones ſanctorum Pontificum venerandæ ſunt, non emendandæ. Tr. 4. c. 7. q. 7. 255

Vi Conſuetudinis malæ, tanquam mole terrenâ, premitur animus. Tract. 1. cap. 15. q. 1. 122

Conſuetudo non minuit, ſed aggravat peccatum. q. 3. 124

Conſuetudinis violentia, eſt lex peccati. q. 5. 128

Conſuetudo eſt jus quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. Tr. 1. cap. 17. q. 1. 135

Secundùm Conſuetudinem non eſt judicandum, ſi jus contrarium præcipiat. *ibid.*

Conſuetudo rationem aut legem non vincit. *ibid.*

Vide ſupra V. Canon.

Conſuetudo quod mulieres pectore nudato incedant, non excuſat. q. 7. 144

Propter Contemptum, peccatum veniale poteſt fieri mortale. Tract. 1. cap. 15. q. 4. 126

R. P. Vincentius Contenſonius probabilitatem promiſcuam excludit. Tr. 1. cap. 6. q. 8. 77

Contractus duplici modo ſumi poteſt. Tr. 2. cap. 1. q. 1. 148

Contractus quidam ſunt ultrò, citròque obligatorii, ut emptio, & venditio: quidam ex unâ parte, ut eſt donatio. *ibid.*

Contractus alii ſunt gratuiti, alii oneroſi. q. 2. 149

Contractus alii nominati, alii innominati. *ibid.*

Contractus alii bonæ Fidei, alii ſtricti juris. *Ibidem.* 150

In contractibus poteſt eſſe error circa ſubſtantiam, aut circa qualitates. Tr. 2. c. 2. q. 2. 151

In contractibus poteſt eſſe error concomitans, aut efficiens. q. 3. 152
In contractibus error circa ſubſtantiam ſ' conſenſum tollit. q. 4. *ibid.*
In Contractibus error circa qualitates, conſenſum non tollit. q. 6. 153
In contractibus Fraus & dolus duobus modis poteſt adeſſe. Tract. 2. cap. 3. quæſt. 2. 155
Contractus factus ex dolo dante cauſam contractui, nullus eſt. q. 3. *ibid.*
In contractibus, ſi venditor dolo fecerit, ut rem pluris venderet, tenetur præſtare emptori illud quod minus dediſſet, ſi dolum cognoviſſet. q. 4. 156
In contractibus qui per dolum obligatus eſt competit ei exceptio, etſi nullus dolus interceſſerit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum habet. q. 5. *ibid.*
In contractibus bonæ fidei, ſi dolus dat cauſam contractui, non per contrahentes ſed per alium: tenet contractus, ſed datur actio de dolo contra tertium. q. 6. 157
Contrahere poſſunt qui habent uſum rationis. Tr. 3. cap. 5. q. 1. 169
Contrahere poſſunt in propriam utilitatem infantiæ proximi. q. 2. *ibid.*
Contractus ſine ſolemnitatibus neceſſariis, ſunt invalidi. Tract. 2. cap. 6. quæſt. 1. 123
Tres Contractus exponuntur, & reprobantur. Tr. 4. c. 14. q. 2. 288
Objectiones pro tribus Contractibus, contra Bullam Sixti V. diſſolvuntur. qu. 3. 291
Aliæ objectiones dilvuntur. q. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. 293. *& ſeqq.*
Tres Contractus reprobantur à Zonara & Balſamone. q. 12. 303
Conventiones directè aut indirectè obligantes

ad caſus fortuitos eum qui aliàs ex naturâ contractus non tenetur, nullo modo valent ex Bulla Pii V. 302

Illud quod dicitur, quod licet contrahentibus ſe invicem decipere intra non dimidium juſti pretii, tenet jure fori, ſed forſan non jure poli. Tr. 5. cap. 6. q. 10. 341

## D

Damnum dediſſe videtur, qui occaſionem damni dat. Tr. 3. cap. 10. q. 4. *fol.* 219

Damnum emergens reperitur, cùm, ob mutui dationem, tolerat quis aliquod damnum in ſuis bonis. Tract. 4. cap. 4. qu. 3. 234

Damni emergentis conditiones requiſitæ. q. 5. 235

Damnum emergens, quandonam verè excuſat in praxi? q. 7. 236

Decreta ſanctorum Patrum, velut inextinctæ quædam ſemperque lucentes faces, ſequenda ſunt. Tr. 1. cap. 1. q. 6. 10

Definitionibus ſanctorum Patrum hæreamus, quos præveniens miſericordia Dei gratis illuminavit ut crederent, & ſequens inſtruxit ſpiritaliter ut docerent. *ibid.*

Deliberationis defectus, vix unquam excuſat à peccato totaliter actiones corporales. Tr. 1. cap. 14. q. 1. 121

Deliberationis defectus excuſat à peccato, aut in toto aut in parte. q. 2. *ibid.*

Deliberatio imperfecta, reddit peccatum veniale. Tr. 1. c. 9. q. 12. 110

Quæ ex deliberatione mentis non proceſſerunt, non imputantur ad pœnam. Tr. 1. cap. 13. q. 1. 118

Cardinalis Denoff: docet contractum Societatis cum tribus contractibus non eſſe licitum. Tract. 4. cap. 14. q. 13. 305

Quid

Quid ſit depoſitum. Tract. 1. cap. 8. qu. 1. 347
Depoſiti tres ſpecies. q. 2. *ibid.*
Qui depoſitam rem invito domino, in uſus ſuos convertit, etiam de furto tenetur. q. 3. 348
Depoſitarius non tenetur, niſi de dolo, & latâ culpâ. q. 4. 349
In depoſitario præſumitur lata culpa, vel dolus, ſi non adbibeat diligeniam qualem in rebus ſuis. q. 5. 350
In depoſito levis culpa attenditur, ſi merces data ſit. q. 6. *ibid.*
Res depoſitæ ſunt periculo ejus apud quem deponuntur, ſi ita convenit, ſi quis ſe depoſito, obtulit. q. 7. 351
In depoſito, pacto, culpâ, vel morâ præcedentibus caſus imputatur. quæſt. 8. *ibid.*
Depoſitum reſtitui debet prædoni, tamen ſi Dominus cum fure ſimul petat, reſtitui debet Domino de æquitate. quæſt. 10. 352
Depoſitum reddi poteſt etiam reo damnato. q. 11. *ibid.*
Director bonus quomodo diſcerni poſſit? Tr. 1. cap. 1. q. 9. 17
Directores falſi pravique ſemper multùm nocuerunt. *ibid.*
Directores pravi, per dulces ſermones & benedictiones, ſeducunt corda innocentium. *ibid.*
Directores boni, qui? *ibid.*
Dirigere mores hominum, quid eſt? Tr. 1. cap. 1. q. 2. 1
Diſpenſatio humana non aufert ligamen juris naturalis, ſed ſolum juris poſitivi. Tractat. 1. cap. 17. quæſt. 8. 145
Diſpenſatio quando legitima ſit? *ibid.*

Doctores novi prophetaverunt de corde ſuo. Tr. 1. cap. 1. q. 5. 4
Doctores ſancti noluerunt proferre novas opiniones. *Ibid.* q. 6. 6
Sancti Doctores noluerunt à traditione declinare, vel novi aliquid & ex proprio ſenſu ſtatuere. *ibid.* 8
Doctrinæ vento non circumferamur. *ibid.* 7
Doctrinis variis nolite abduci. *ibid.*
Dolus malus, eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum fallendum, decipiendum adhibita. Tr. 2. cap. 3. q. 1. 154
Diverſitas inter calliditatem, fallaciam, & machinationem. *ibid.*
Dolus duobus modis in contractibus poteſt adeſſe. q. 2. 155
Dolus poteſt adeſſe, aut culpâ contrahentis, aut alterius. *ibid.*
Dolus dans cauſam contractui, illum nullum reddit. q. 3. *ibid.*
Qui per Dolum obligatus eſt, competit ei exceptio, etſi nullus Dolus interceſſerit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum habet. Tr. 2. cap. 3. q. 5. 156
Donationis definitio explicata. Tr. 7. cap. 1. q. 1. 383
Donatio alia inter vivos, alia causâ mortis. q. 2. *ibid.*
Donatio debet inſinuari, ſi excedat quingentorum nummorum ſummam. qu. 3. 384
Donare non poſſunt quinque perſonarum ſpecies. q. 5. 385
Donationes aliquando invalidę, aut revocandæ. q. 8. & *ſeq.* 386
Dotis definitio explicata. Tract. 5. cap. 7. q. 1. 342
Dotare tenetur Pater, aut etiam Mater, Filiam, & aliquoties Frater. q. 3. 4. 5. & 6. 343

Hæc

Hæc obligatio extenditur ad filiam volentem profiteri in Monaſterio, & Filium volentem Ordines ſacros ſuſcipere. qu. 7. 345
Dos, ſoluto matrimonio, reſtitui regulariter debet. q. 8. *ibid.*
Dotem integram, quandoque maritus inops non reſtituit. q. 9. *ibid.*
Pro Dote expenſæ extraordinariè, & utiles factæ compenſantur. q. 10. 346
Dubium probabile eſt, cùm rationes ſunt ad utramque partem quaſi æquales, & peccatum grave eſt ſe exponere tali dubio, ubi eſt mortale. Tr. 1. cap. 5. q. 3. 33
In dubiis, tutior via eſt eligenda. *ibid.* 34
In his quæ dubia ſunt, quod certius exiſtimamus tenere debemus. *ibid.*
Qui aliquid committit, vel admittit, in quo dubitat eſſe mortale peccatum peccat mortaliter, diſcrimini ſe committens. qu. 6. 45
Si dubium eſt, an liceat, an non: ipſa dubietas certitudo eſt, & determinatio, quia procul dubio non licet. *ibid.*
Si quis dubitet leviter, & per modum ſcrupuli, ſic agendo contra tale dubium, non peccat, dum habet rationes probabiles pro ipſa magis, quàm pro oppoſita. Tr. 1. cap. 6. q. 1. 49
Qui dubitat quam debeat opinionem eligere in conſcientia, tenetur eandem adhibere diligentiam ad diſcernendum quæ ſit probabilior, quam homo ſenſatus in negotio alicujus momenti adhiberet. quæſt. 2. 50
In rebus dubiis, cum ad utramque partem rationes plurimæ adducantur ad tollendas lites, & contentiones, oportuna cernitur veterum auctoritas, & quæ ab antiquo

facta legitur Sanctorum definitio Patrum. Tr. 1. cap. 6. q. 4. 61

# E

Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum mater eſt & magiſtra. Tract. 1. cap. 1. q. 7. *fol.* 13
Edictum contra uſuras, alioſque contractus illicitos. 401
Eloquia divina ſunt ſubſtantia Sacerdotii noſtri. Tr. 1. cap. 1. q. 3. 2
Epiſcopo peculiarem, gratiam & majus lumen largitur Deus, ad eas difficultates quæ ad regimen animarum pertinent decidendas. q. 7. 10
Epiſcopus quæſtiones arduas terminabat in Synodo. *ibid.*
Epiſcopus eſt ſuæ Diœceſis caſuiſta. Tract. 1. cap. 8. 97
Emptio eſt contractus, quo dominium alicujus rei pro certo pretio acquiritur. Tr. 3. cap. 1. q. 1. 176
Emptio debet fieri juſto pretio. Tr. 3. cap. 2. q. 1. 178
In Emptione poteſt reperiri triplex juſtum pretium. q. 2. 179
Poteſt quandoque emi infra pretium infimum, aut ultra ſummum. q. 4. 180
Emptio cenſus poteſt aliquoties fieri minori pretio. q. 6. & 7. 183
Emptio pretio anticipato, poteſt-ne fieri minori pretio? Tract. 3. cap. 3. qu. 1. & 2. 187
Emere poſſunt ne mercatores minori pretio anticipato ob pericula? q. 4. 189
Emptio anticipata olei, eſt ſæpius uſuraria. q. 6. 191
Em-

Emptio rerum furtivarum obligare poteſt ad reſtitutionem. Tr.3. c.4. q.1. 193
Quid ſi talis re empta, bonâ fide alienata fuit? q.3. 195
Emptio laſciniarum panni, ſæpius illicita. q.5. 196
Venditio facta ſummo pretio cum ſecuritate emendi infimo pretio, eſt uſuraria. Tr.3. c.5. q.1. 197
Emptio fundi cùm pacto redemptionis, eſt quandoque licita. qu.2. 198
Emptio facta ab aurificibus, non computato artificio, eſt ſæpius licita. q. 3. 199
Emptio frumenti, vini, aut olei, ut cariùs poſtea vendatur eſt ſæpius licita. quæſt. 4. 200
Emptio proventus certi, facta minori pretio, ſæpius eſt uſuraria. Tract. 3. cap. 6. qu. 1. 201
Emptio pecuniæ debitæ, facta minori pretio, aliquoties eſt uſuraria. qu.3. 203
Qui emit pro alio, ſæpius peccat ſub prætextu compenſationis laboris. Tr. 3. cap. 7. qu. 1. & 2. 204
Sartor emens ſæpius dum lucratur peccat. qu. 3. & 4. 205
Error quo creditur eſſe mortale, quod non eſt mortale, ex conſcientia ligat ad peccatum mortale. Tr.1. cap.2. qu.5. 20
Error conſcientiæ, quando eſt aliquo modo voluntarius, non omninò excuſat à peccato. qu. 7. 22
Error conſcientiæ, quo pacto excuſat à tranſgreſſione præcepti? qu.8. *ibid.*
Si ratio vel conſcientia erret Errore voluntario, vel directè, vel propter negligentiam, quia eſt error circa id quod quis ſcire tenetur: tunc talis error rationis vel conſcientiæ non excuſat. qu.11. 25
Error quo non creditur eſſe peccatum mortale, quod

quod eſt peccatum mortale, conſcientiam non excuſat à toto, licèt fortè à tanto. Tr. 1. cap. 8. 87
Error in contractibus circa ſubſtantiam, conſenſum tollit. Tr. 2. cap. 2. qu. 4. 152
Error circa qualitates & alia accidentia, conſenſum non tollit. qu. 6. 153

## F

Famulorum compenſationes reprobantur. Tr. 5. cap. 6. qu. 6. 337
Famuli ante tempus dimiſſi, integrum ſalarium aliquoties recipiunt. q. 7. 339
Fidejuſſores ſunt, qui pro alienis debitis intercedunt Tr. 6. cap. 1. q. 1. 359
Fidejuſſor conveniri non poteſt, antequam excuſſus ſit debitor Principalis; niſi tamen aliter convenerit, ut plerumque fit. *ibid.*
Fidejuſſio alia judicialis, alia extra judicialis. q. 2. 360
Fidejuſſor plus obligari non poteſt, quam principalis debitor. qu. 3. *ibid.*
Mutuum dans, poteſt-ne aliquid exigere, eò quòd Fidejuſſorem non petat? qu. 4. 361
Fidejuſſor, poteſt-ne aliquid exigere pro fidejuſſione? q. 5. *ibid.*
Qui fidejubet petente creditore, poteſt aliquid exigere ab illo. q. 6. 362
Fidejuſſor poteſt, pretio dato, liberari à creditore. qu. 7. 363
Fidejuſſorem ab omni damno liberare tenetur principalis debitor. q. 8. 364
Fidejubere cum periculo & damno creditoris, non licet. q. 10. *ibid.*
Fidejuſſor poteſt obligare debitorem in quatuor caſibus, ut ſe à Fidejuſſionis onere liberet. qu. 11. 365
Noli fœnerari, inquit Sanctus Auguſtinus, tu accuſas Scripturam dicentem: Qui pecuniam

-niam non dedit ad uſuram. Non ego illud ſcripſi, non de ore meo primum exiit, Deum audi. Tr.4. cap.10. q.2. 264

Frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur. Tr.1. cap.15. q.3. 125

Frequentia peccati diſpoſitivè inducit ad contemptum. q.4. 126

Fucus vix vendi poteſt mulieribus ſine peccato. Tr.3. cap.8. q.3. 209

## G

REver.P.Gabriel Gerberon, probabiliſmum rejicit in lib. *De vero Pœnitenti*. Tr.1. c.5. q.5. 42

Antonius Godeau, Epiſcopus Vencienſis, probabilitatem fortiter explodit. 83

R.P. Thyrſus Gonzalez, Soc. Jeſu Præpoſitus Generalis, Probabiliſtarum opiniones refellit. Tr.1. cap.6. q.8. 68

## H

QUi habitu vitioſo utitur ex certâ malitiâ, peccat. Tr.1. cap.15. q.3. 124

Habitus peccati duobus modis perpendi poteſt. q.5. 126

Hæres tenetur-ne ſolvere legata ſine ſolemnitatibus relicta? Tr.2. cap.6. q.3. 174

Hæredes, aut legatarii aliqui eſſe non poſſunt. Tr.7. cap.4. q.2. 395

Hæres gravatus reddere ſpurio à lege prohibito, quid faciet? q.3. 396

## I

IGgnorantia invincibilis excuſat à peccato. Tr.1. cap.1. q.10. fol. 18.

Ignorantes ſæpius peccare probat S. Bernardus. Tr.1. cap.2. q.6. 21

Igno-

Ignorantia eſt voluntaria dupliciter. qu. 7. 22
Ignorantia ejus quod quis poteſt ſcire, & debet dicitur voluntaria. *ibid.*
Ignorantia quomodo poteſt eſſe invincibilis? qu. 9. 23
Ignorantia alia juris alia facti. *ibid.*
Ignorantia juris ferè nunquam omninò excuſat. *ibid.*
Ignorantia neminem ſic excuſat, ut ſempiterno igne non ardeat, ſed fortaſſis, ut minùs ardeat. qu. 11. 24
Concors eſt ſententia, nullam in his quæ Legis Divinæ ſunt cadere ignorantiam invincibilem. *ibid.*
In his quæ pertinent ad fidem, & bonos mores nullus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionem in talibus enim ignorantia non excuſat. *ibid.* 25.
Dum reverà aliquid egimus quod contra jus naturale erat, debemus in praxi judicare quod à culpa liberi non ſumus. *ibid.*
Ignorantia non excuſat, niſi cùm quis fecit id omne quod potuit, ut inveniret & amplecteretur veritatem. Tr. 1. cap. 6. qu. 1. 47
Ignorantia quæ ſuperari non poteſt, atque ob id invincibilis dici ſolet, nullum eſt peccatum, ſed tantùm vincibilis, ſi ſit eorum quæ quis ſcire tenetur. Tract. 1. cap. 9. qu. 3. 103
Ad Inferos vadunt per vitium præſumptionis, novitatum Rectores. Tr. 1. cap. 1. qu. 3. 2
Ex Infirmitate quo pacto peccatur? Tr. 1. cap. 9. qu. 4. 103
Inſipientia Magiſtrorum quæ ſit? Tr. 1. cap. 1. qu. 5. 4
Inſtructiones S. Caroli pro Confeſſariis, prælo mandatæ ſunt juſſu & impenſis Cleri Gallicani. Tr. 1. cap. 8. 99
Intentio mala eſt, dum voluntas operari decernitur

nitur propter finem,qui non refertur ad Deũ. Tr. 1. cap.16.q.4. 129
Intentionis rectitudo, non reddit bonum quod naturâ ſuâ malum eſt. q.6. *ibid.*
Bona Intentio excuſat-ne mulierem in veſtibus ſumptuoſis? qu. 7. 131
Intentio nulla excuſare poteſt famulum ſervientem in impudicis rebus. q.8. 132
Intentionis bonæ variæ conditiones. qu. 9. *ibid.*
Cum Juramento promiſſa, ob metum injuſtum, debent-ne ſolvi? Tr. 2. cap.4. qu. 7. 163
Jurans ex metu, poteſt cogitare de diſpenſatione. qu.9. 165
Jus Canonicum Chriſtianorum actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. Tr. 1. c.17. qu. 2. 135
Jus Canonicum conſtat ex ſententiis Sanctorum Patrum, & ex ſummorum Pontificum & Conciliorum Decretis & Canonibus. qu.3. *ibid.*

L

CArdinalis Laurea, probabilitatem explodit. Tract. 1. cap.6. q.8. 74
*Vide* Opinionum laxarum origo.
Legata in Teſtamento in quo ſolemnitates defuerunt, debent aliquandò ſolvi ab hærede. Tr.7. cap. 2. qu.7. 391
Legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda. Tr. 7. cap.5. qu.1. 397
Legatum pium non acceptatum, debet ut plurimum piè applicari. q.2. 398
Legatorum piorum ſolutio non differenda.q.3. *ibid.*
Cum res legata acquiſita fuit à legatario titulo lucrativo ante mortem Teſtatoris, illius pre-

pretium non debet ſolvi ab hærede. qu. 4. 399
Lex Dei, non ſecundùm propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur. Tract.1. cap.1. q.6. 8
Illud quod agitur contra legem, ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc quòd eſt ſecundum conſcientiam. Tr.1. cap.8. 94
Lex peccati eſt violentia conſuetudinis, quâ trahitur, & tenetur etiam invitus animus, eo merito, quò in eam volens illabitur. Tr. 1. cap.15. q.5. 128
Leges civiles obligant in conſcientia. Tr.2. c.6. qu.2. 174
Is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. Tr.4. cap.8. q.5. 259
Locationis deſcriptio expoſita. Tr.5. cap.2. q.1. 319
Locare Juriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeù facultates nominandi, aut deputandi Vicarios, non licet. qu.3. 320
Locare non licet domum publico uſurario. *ibid.*
Locari quando poteſt pecunia? q. 5. 321
Rei locatæ periculum remanet apud locantem. Tr.5. cap.3. q.1. 322
Qui locat rem vitioſam ſcienter, putà domum ruinoſam, peccat mortaliter; & tenetur ad ſatisfactionem de damno ſecuto. *ibid.* 323
Qui locavit dolia vitioſa aut ejuſmodi, aliquoties tenetur de damno. q.2. *ibid.*
In Locatione obligat culpa levis, quia gratiâ utriuſque celebratur. q. 3. 325
Aliquando conductor poteſt teneri de leviſſimâ culpâ. q. 5. 326
Variæ Locatoris obligationes. q. 6. *ibid.*
Locare domum Meretrici vel Lenoni non licet. Tr.5. cap.4. q.1. & *ſeqq.* 328

Qua-

Quatuor obligationes Locatarii ſeu conductoris. Tract 5. cap. 5. q. 1. 333
Dum res Locata dominum mutat, ſuccedens hæres univerſalis, tenetur ſtare locationi, non autem quilibet alius. Tr. 5. cap. 6. qu. 3. 336
Si qui locavit operas, re infectâ, moriatur, tenentur hæredes. q. 4. 337
Lucrum ceſſans adeſt, cum is qui pecuniam mutuo dat non lucratur id quod ſi mutuò non dediſſet lucratus fuiſſet. Tr. 4. cap. 4. q. 2. 234
Lucrum ceſſans debet eſſe cum tribus conditionibus. q. 4. *ibid.*
Lucrum ceſſans quandonam verè excuſat in praxi? q. 7. 236
Lucrum ſperans ex mutuo, peccat uſuræ vitio; ſed non qui ex mutuò vitat damnum. Tract. 5. cap. 1. q. 16. 317
Ludi deſcriptio. Tr. 6. cap. 3. q. 1. 371
Ludi variæ ſpecies. q. 2. 372
Ludi aleatorii Clericis prohibiti. Tr. 6. c. 4. q. 1. *ibid.*
Non ludant publicè Clerici, quocumque ludo. q. 3. 374
Ludi qui ab induſtriâ præcipuè pendent, permittuntur Clericis, modò tamen publicè non exerceantur. q. 4. 376
Ludi quatuor circumſtantiæ aggravantes. qu. 7. 377
Qui domum ad Ludendum paratam habent, graviter peccant. q. 8. 378
Vari tres caſus, in quibus reſtitui debent acquiſita per Ludum. Tract. 6. cap. 5. qu. 1. 379

## M

R. P. Joannes Mabillon probabiliſmum repreſſit. Tr. 1. cap. 5. q. 5. *fol.* 42

Magiſtri erroris exiſtunt, qui veritatis diſcipuli non fuere. Tr.1. cap.1. q.5. 4
R.P. Jo:Franc. Malatrà probabilitatem rejicit. Tr.1. cap.6. q.8: 76
Dicuntur homines ex certâ malitiâ, & induſtriâ peccare, quaſi ſcienter malum eligentes. Tr.1. cap.9. q.5. 104
Mandatum Dei, & non noſtras traditiones populo obſervandas tradamus. Tr.1. cap.1. q.6. 10
Mater eſt, & Magiſtra omnium Eccleſiarum Eccleſia Romana. q.7. 13
Metus eſt inſtantis vel futuri periculi causâ mentis trepidatio. Tr.2.cap.4. q.1. 158
Metus levis eſt, vel gravis. q.2. *ibid.*
Metus gravis cadit in conſtantem virum. qu.2. *ibid.*
Metus alius eſt juſtus, alius injuſtus. *ibid.* 159
Metus juſtus à juſtâ causâ producitur, ut à Judice. *ibid.*
Metus gravis tollit libertatem aliquoties. qu.3. *ibid.*
Metus gravis quandoque excuſat à peccato. q.5. 162
Ex metu injuſto promiſſa ſolvi non debent. q.6. *ibid.*
Metus gravis, matrimonia & vota nulla poteſt reddere. q.10. 166
Metus reverentialis, matrimonium non annullat. q.11. 167
Metus gravis Ordinationem non annullat. q.12. 168
R.P. Mutii Vitteleſchi Monitum. Tr.1. c.5. q.3: 35
Monopolium quid ſit? & quæ ejus ſpecies? Tr.3. cap.11. q.1. & 2. 221
Monopolium authoritate publicâ fieri licet. q.3. 222
Monopolium eſt grave delictum. q.4. *ibid.*

Mo-

Monopoliorum variæ ſpecies. q. 5. 223
Montes pietatis licitè exigunt aliquod intereſſe ſine uſurâ. Tr. 4. cap. 8. q. 3. 257
Mora poteſt reddere intereſſe licitum, modò abſit dolus. Tr. 4. cap. 8. q. 2. & 5. 256
Quid eſt Theologia Moralis? Tr. 1. c. 1. 1
Moralis dirigit mores hominum. *ibid.*
Moroſa cogitatio quo pacto eſt peccaminoſa? Tr. 1. cap. 10. q. 3. 112
Morum regulis ſubmittere ſe debent chriſtiani. Tr. 1. cap. 1. q. 5. 4
Mutuum, ex meo tuum. Illius definitio. Tr. 4. cap. 1. q. 1. & 2. 225
In Mutuo, intentio ſecundaria dicitur, cùm etſi ſperat aliquid ſibi dari ab eo cui mutuavit ex ſuâ liberalitate, tamen non illud eum movet, ſed magis benevolentia; ita quòd etiamſi non crederet ſibi aliquid dari, adhuc tamen mutuaret. Tract. 4. cap. 2. qu. 1. 228
Si quis Mutuat, ea intentione vel pacto, ut vadat ad molendinum ſuum vel furnum, vel ad apothecam ſuam ad emendum, uſuram committit. q. 2. 229
Mutuum ex præcepto divino debet eſſe gratuitum. Tr. 4. cap. 3. q. 3. 231
Qui ex mutuo ſperat lucrum, peccat uſuræ vitio; ſed non qui ex mutuo vitat damnum. Tract. 5. cap. 1. q. 16. 317
Mutuum petere ſub uſuris, non licet, niſi in gravi neceſſitate. Tr. 1. cap. 1. q. 17. *& ſeqq.* 318

## N

Neceſſitate voluntariâ peccandi plectitur inordinatus animus, eò meritò quò volens in eam illabitur. Tract. 1. cap. 1. qu. 3. 125
Notarii & Tabelliones fabricantes contractus uſu-

uſurarios, variis pœnis ſubjacent, & quandoque reſtituere tenentur. Tr.4. cap.15.q.3. 307
Novi Doctores prophetaverunt de corde ſuo. Tr.1. cap.1. q. 5. 4
Novas opiniones noluerunt proferre Sancti Doctores. q.6. 6
Novitatum rectores vadunt ad inferos per vitium præſumptionis. Tr.1. c. 1. q. 3. 2
Novitas mendacitati deputata eſt. Tr. 1. cap. 8. 98
Nuditates in Templa Dei introductas, cooperiri juſſit Innocentius XI. Tr.1. cap.17. qu.7. 144

## O

Obligatione conſcientiæ, & Obligationes ex præceptis. Tr.1. cap.1. q.10. *fol.*18.
Qui ſentit Onus, ſentire debet commodum, & è contra. Tr.4. cap.10. q.7. 269
Opiniones variæ de rebus omnibus. Tr.1. cap.1. q. 5. 5
Opiniones novas proferre noluerunt Sancti Doctores. q. 6. 6
Opiniones in rebus ſacris non ſunt ex proprio ſenſu proferendæ. *ibid.* 7
Opinionum laxarum origo ex Cardinali Brancato de Lauræa. Tr.1. cap.1. q.7. 14
Opinio probabilis, quæ nullâ contrariâ ratione impugnatur, dat-ne conſcientiæ ſecuritatem? Tr.1. cap.4. qu. 1. 29
Opinio quæ aliquamdiù probabilis fuit, eſt-ne ſemper probabilis? Tr.1. cap. 5. q.1. 32
Opinio probabilis poteſt fieri improbabilis. *ibid.*
Opinio probabilis, in concurſu contrariæ æque probabilis, fit dubia. q.2. 33
Cùm variæ & contrariæ Opiniones ſunt in aliqua materia morali, ille qui adhæret opinioni

latio.

latioris viæ, videtur ſe exponere periculò mortalis, quia in dubio. q.4. 37
Opinio Doctorum, qui aſſerunt licere ſequi quamlibet ex æque probabilibus, non poteſt conſcientiam noſtram in tuto ponere. qu. 5. *ibid.*
Opiniones ridiculæ & ratione planè deſtitutæ, viſæ fuerunt probabiles multis Scriptoribus. Tr.1. cap.6.q.3. 52
Opinio probabilior ea eſt, quæ nobis videtur magis conformis veritati præcepti. qu. 7. 64
Opinio tutior ea eſt, quæ magis nos removet à peccato, & ad majorem perfectionem ducit. *ibid.*
Ordo S. Dominici, hortatu Alexandri VII. vexillum extulit adverſus Moralem laxam. Tr.1. cap.5. q.5. 41
Ornatus Chriſtianorum, mores boni ſunt. Tr.1. cap.16. q.7. 131
Ornatus vanus mulierum, quid eſt niſi magnum ſcandalum? *ibid.*

P

Cardinalis Paleottus probabilitatem repellit. Tract.1. cap.6. q.8. 67
Cardinalis Sfortia Pallavicinus probabilitatem damnat. *ibid.* 69
Patrum termini, non ſunt tranſgrediendi, Tr.1. cap.1. q.3. 2
Patres ſunt interrogandi de moribus. *ibid.*
Ad SS.Patrum doctrinam recurrendum. qu.5. 4
Sancti Patres noluerunt à traditione declinare, vel aliquid novi, & ex proprio ſenſu ſtatuere. q.6. 8
SS. Patrum definitionibus hæreamus, quos præveniens miſericordia Dei gratis illuminavit ut crederent, & ſequens inſtruxit ſpiritaliter ut docerent. *ibid.* q.6. 10

Patrum tantùm apponimus ſententias, ac verba proferimus, & non noſtra; nec enim ſapientiores ſumus quam Patres noſtri. *ibid.*
SS. Patrum decreta velut inextinctæ quædam ſemperque lucentes faces ſequenda ſunt. *ibid.*
Peccat graviter, qui in rebus ad ſalutem pertinentibus, certis incerta proponit. Tr. 1. c. 7. q. 2. 79
Quid eſt peccatum? Tr. 1. cap. 9. qu. 1. 103
Tribus modis peccatum admittitur; nam aut ignorantiâ, aut infirmitate, aut ſtudio, id eſt malitiâ perpetratur. q. 2. *ibid.*
Peccata ex infirmitate, proveniunt à noſtri animi motibus & paſſionibus, quæ verè ſpirituales infirmitates ſunt. q. 4. *ibid.*
Ex malitiâ peccare dicitur, qui animo deliberato ſcelus committit, nec ad illud aut ignorantiâ, aut violentâ paſſione impellitur. q. 5. 104
Gravius peccatur infirmitate quàm ignorantiâ, ſed multò gravius ſtudio, id eſt malitiâ, quam infirmitate peccatur. q. 6. 105
Peccatum mortale, propriè eſt quod repugnat charitati, per quam anima vivit Deo conjuncta. q. 8. 106
Quo pacto peccatum mortale poteſt à veniali diſcerni. q. 10. 107
Peccatum mortale ex genere ſuo, ex eo quod non fit ex conſenſu libero & perfecto, veniale redditur. *ibid.* 109
Aliquoties non excuſat à peccato mortali levitas materiæ. q. 11. *ibid.*
Peccatum veniale redditur, ex imperfectâ deliberatione. q. 12. 110
Peccatur per actum merè internum, & per actum externum. Tr. 1. cap. 10. q. 1. 112
Peccatorum circumſtantiæ variæ. q. 7. 114
Peccatum aut leviter, aut notabiliter aggravatur per circumſtantias, *ibid.*
Pec-

Peccata tantò ſunt graviora, quantò diutiùs animam detinent alligatam. Tr. 1. cap. 15. q. 3. 124
Peccantium aſſiduè non miſeretur Deus. *ibid.* 125
Frequenter peccans, & lugens, vix veniam meretur. *ibid.*
Lex peccati eſt violentia conſuetudinis. q. 5. 128
Peccare convincitur, qui non propter hoc agit, propter quod agere debet. Tract. 1. c. 16. q. 5. 129
Peccata nullâ bonâ intentione facienda ſunt. q. 6. 130
Ex hoc quòd vetor facere aliquod peccatum intelligere debeo, curandum mihi eſſe, ne fiat per me. Tr. 5. cap. 4. q. 1. 329
Peculia varia. Tr. 2. c. 5. q. 4. 170
Periculum etiam circa ſortem, non excuſat uſuram in mutuo. Tr. 3. c. 3. q. 4. 189
Periculum aliud eſt facti, aliud juris. Tr. 4. cap. 7. q. 1. 244
Pericula facti ab uſurâ non excuſant. qu. 2. *ibid.*
Pericula juris, ſæpiùs in praxi ab uſura non excuſant. q. 3. 246
Si quis pecuniam naviganti commiſerit mutuò propter ſpem lucri, licèt periculum ſortis ſuper ſe receperit, judicatur uſurarius. q. 4. 248
Periculum etiam circa ſortem, non tollit rationem uſuræ in mutuo. q. 5. 252
Summus Pontifex in caſibus difficilioribus conſulebatur. Tr. 1. c. 1. q. 7. 12
Sum. Pontifex caſus difficiliores per ſemetipſum definiebat, aut in Concilio à ſe convocato. *ibid.*
SS. Pontificum Conſtitutiones venerandæ ſunt, non emendandæ. Tr. 4. cap. 7. q. 7. 255

Dum de præcepto poſitivo agitur, non peccat quis, etiamſi errans contra tale præceptum agat, ſequendo opinionem, quæ probabilior apparet. Tr. 1. cap. 6. q. 2. 51
Precarii definitio explicata. Tract. 5. cap. 10. q. 1. 357
Precarium tribus modis finitur. q. 2 *ibid.*
Probabilia dicuntur, quæ videntur omnibus, vel pluribus, vel ſapientibus; aut omnibus, vel præcipuis, & maximè notis. Tract. 1. cap. 3. q. 1. 27
Probabilis opinio, quæ nullâ contrariâ ratione impugnatur, dat-ne ſecuritatem in conſcientia? Tr. 1. cap. 4. q. 1. 29
Qui probabilem opinionem ſequitur in concurſu probabilioris, non agit prudenter. Tract. 1. cap. 6. q. 3. 51
Probabiliſtas Academicos rejecit Sanctus Auguſtinus. *ibid.* 53
Probabilitatis promiſcuę damna ex Card. Sfondrato. 55
Quotidie Probabiliſtarum numerus minuitur. q. 8. 74
Procuratoris ſecuritas non valet, ſi paterfamilias non acceptet. Tr. 1. cap. 1. q. 8. 16
Prophetæ inſipientes ſequuntur ſpiritum ſuum. Tr. 1. cap. 1. q. 5. 4
Promiſſionis definitio explicata. Tr. 6. c. 2. q. 1. 365
Ex nuda promiſſione quis tenetur. q. 2. 366
Si quis non faciat, quod promiſit, tunc videtur infideliter agere, per hoc quòd animum mutat. *ibid.*
Promittens poteſt in quatuor caſibus non teneri. q. 3. *ibid.*
Promiſſum pro re illicita, cui reſtitui debeat? q. 4. 369
Promiſſa ex metu injuſto, ſolvi non debent. Tr. 2. c. 4. q. 6. 162
Ille qui vim intulit, hoc meretur, ut ei promiſ-

miſſum non ſervetur. *ibid.* 163
Promiſſa cum juramento ob metum injuſtum debent-ne ſolvi? q. 7. *ibid.*
Prudentiæ ſuæ innititur, qui ea quæ ſibi agenda vel dicenda videntur, Patrum Decretis præponit. Tr. 1. c. 1. q. 5. 5
Pubertas eſt in maſculis poſt 14. annum, in fœminis poſt 12. Tract. 2. cap. 5. quæſt. 3. 170
Propè pubertatem eſt, ſi ſolum ſemeſtre reliquum fuerit. *ibid.*
Pupillus tenetur quandoque ſolvere mutuò accepta. q. 5. 171

## Q

QUæſtiones circa mores, quomodo olim decidebantur? Tract. 1. cap. 1. quæſt. 7. *fol.* 10.
Quæſtiones majores & difficiles, ad Sedem Apoſtolicam referri debent. *ibid.* 12

## R

RAtio, ut in ſingulis, fallax eſt. Tract. 1. cap. 1. q. 5. 5
Qui ſemper ratione verum volunt comprehendere, facillimè decipiuntur. *ibid.* 6
Actus Reflexus nullam certitudinem producit. Tr. 1. c. 6. q. 3. 56
Regulæ generales quas obſervare tenemur in moralibus. Tr. 1. cap. 1. q. 3. 2
Regula morum, eſt Traditio. *ibid.*
Regulis morum ſubmittere ſe debent Chriſtiani. q. 5. 4
Regulam rectæ fidei cuſtodire, prima ſalus eſt, & à conſtitutis Patrum nullatenùs deviare. q. 6. 10
Ad remorſus conſcientiæ vitandos, in his quæ ſalutem animæ reſpiciunt, pars ſecu-

rior eſt tenenda. Tract. 1. cap. 6. q. 2. 50
Reſponſiones ex ſanctarum Scripturarum diſciplina, vel ex Patrum regulis colligendæ. Tr. 1. cap. 1. q. 5. 4
Reſtitutio facienda ob uſuras. Tr. 4. cap. 11. q. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. 271 *& ſeq.*
Reſtitui debent acquiſita per ludum in tribus caſibus. Tr. 6. cap. 5. q. 1. 379

S

INter ſæcnlares nugæ, nugæ ſunt: inter ſacerdotes, blaſphemiæ. Tract. 6. cap. 4. q. 2. 373
Quod veniale eſt plebi, criminale eſt Sacerdoti. *ibid.* 374
Sacerdotii noſtri ſubſtantia ſunt eloquia divina. Tr. 1. cap. 1. q. 3. 2
Salus prima eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenùs deviare. Tr. 1. cap. 1. q. 6. 10
In his quæ ſalutem animæ reſpiciunt, ad vitandos graves remorſus conſcientiæ, pars ſecurior eſt tenenda. Tr. 1. c. 6. q. 2. 50
Sapientiores non ſumus Patribus. Tr. 1. c. 1. q. 3. 2. & q. 6. 10
Sartores ementes, ſæpiùs, dum lucrantur, peccant. Tr. 3. cap. 7. q. 3. & 4. 207
Scientia quæ hominum mores dirigit. Tr. 1. cap. 1. q. 1. 1
Scriptores novi varias opiniones laxas ſecuti ſunt. q. 5. 3
Scriptorum cæcitas, ex multis cauſis. *ibid.*
Scriptura ſacra, eſt regula morum. Tract. 1. cap. 1. q. 3. 2
In Scripturis divinis ſunt multa, quæ poſſunt trahi ad ſenſum, quem ſibi unuſquiſque præſumpſit; ſed fieri non oportet. q. 6. 8
Scripturarum intelligentiam diſcere oportet

ab

ab eo, qui eam à majoribus ſecundùm veritatem ſibi traditam ſervavit. *ibid.*

Ad Scripturam pertinens controverſia, interpretanda eſt, ut Eccleſiæ Luminaria, & Doctores ſuis ſcriptis expoſuerunt. *ibid.*

Scripturarum divinarum authoritate fultum ſtatuamus. *ibid.* 10

Scrupulus conſcientiæ, in quo conſiſtit? Tr. 1. cap. 8. q. 1. 82

Scrupulus eſt vacillatio quædam conſurgens cum formidine ex aliquibus conjecturis debilibus & incertis. *ibid.*

Sufficit in humanis agibilibus talis certitudo, quæ non ſemper ſcrupulos omnes abjiciat, ſed ſufficit, ut contemnat & ſuperet eos. q. 2. 83

Securitas Procuratoris non valet, ſi paterfamilias non acceptet. Tr. 1. cap. 1. quæſt. 8. 16

Sancta Sedes pluſquam centum opiniones laxas damnavit. Tr. 1. cap. 1. q. 5. 3

Ad Sedem Apoſtolicam majores & difficiles quæſtiones referri debent. q. 7. 12

Sententias Patrum opponimus; nec enim ſapientiores ſumus quàm Patres noſtri. q. 6. 10

Sermo quem locutus ſum vobis, ipſe vos judicabit in noviſſimo die. Tr. 1. cap. 8. 86

Cardinalis Sfondratus tradit probabilitatis promiſcuæ damna. Tr. 1. cap. 6. q. 3. 55

In Synodo quæſtiones arduæ reſolvebantur. Tr. 1. cap. 1. q. 7. 11

Synodus Farfenſis Card. Caroli Barberini damnat plures contractus. Tr. 4. cap. 13. q. 8. 286

Punit clericos ludentes ludis prohibitis. Tr. 6. cap. 4. q. 3. 375

Synodus Albanenſis Flavii Card. Chyſii continet edictum promulgatum contra uſuras, alioſque contractus illicitos. 401

Societas ita ineunda eſt, ut non ad certam ſummam ab omni periculo & damno immunem lucri nomine perſolvendam; neque ad capitale, ſi caſu fortuito periit, reſtituendum, ſocius accipiens teneatur. Tr.4. c.7. q.5. 252
In Societate, in qua alter pecuniam confert, alter operas; lucri diſtributio non conſtituatur, niſi per quotas partes. *ibid.*
Societas eſt duorum aut plurium circa res licitas & honeſtas conventio, in qua pecunia aut induſtria, aut aliæ res pretio æſtimabiles, in commune ponuntur, majoris lucri faciendi gratia. Tr. 4. cap. 12. q. 1. 276
Societatis duæ potiſſimùm ſpecies. quæſt. 2. 277
Societatis tres conditiones. q. 3. *ibid.*
Societatis animalium tres conditiones. Tr.4. cap. 13. q. 1. 279
In Societate animalium omnes caſus ſemper ſint periculo ejus, qui dedit illa; niſi id alterius ſocii dolo, vel magnâ negligentiâ acciderit; nec fiat pactum, ut ſors ſit ſemper ſalva, etiam ex primis fætibus. *ibid.* 280
Societatis iniquiſſimum eſt genus, ex qua quis damnum, non etiam lucrum, expectet. *ibid.*
Si animalia dentur æſtimata, ita ut ſors danti ſalva ſit, nihil omninò percipi poſſit. q.2. 282
Dum qui dat animalia, periculum ſortis in ſe recipit, poteſt mediam partem fructuum percipere ex ſocietate. quæſt. 7. 284
Societas non poteſt ſubſiſtere, & eſſe licita cum tribus contractibus. Tract. 4. cap. 14. q. 2. 288
Hoc idem docet Card. Denoff. in Epiſtola Paſtorali. q. 13. 305

Qui in Societatem confert pecuniam, nullum unquam lucrum percipere poteſt, dum nullum vult ſubire periculum, nec de damno teneri. q.6. 294
In aliis contractibus valet pactum appoſitum, ut damnum ſpectet ad ſuſcipientem, ut in commodato, & ſimilibus: Contrarium tamen dicendum in ſocietate; quia talis non eſt vera ſocietas, & tale pactum non valet. q. 9. 298
Quod quis lucretur æquales fructus, & non ſubeat periculum amiſſionis capitalis, illud genus Societatis eſt omni jure improbatum. q.12. 302
Spiritus Sanctus non loquitur à ſemetipſo. Tr.1. cap.1. q.6. 7
Stateræ doloſæ quales? q.5. 6

## T

TAbernarii & Macellarii non raro peccant, vendentes aut parantes carnes prohibitas, aut cœnam jejunii tempore. Tr.3. cap.8. q.6. 7. & 8. 212
Taxillis aut Tabellis pictis ſeu Cartis uti, eaſque vendere non conſulendum; & quare? Tr.3. cap.8. q.4. & 5. 210
Termini Patrum non ſunt tranſgrediendi. Tr.1. cap.1. q.3. 2
Teſtaméti definitio explicata. Tr.7. c.2. q.1. 389
Teſtamentorum variæ ſpecies. q. 2. *ibid.*
Teſtamentorum ſolemnitates quandoque non neceſſariæ. q. 4. 390
Teſtamentum coram Parocho validum de Jure Canonico. q.6. 391
Legata in Teſtamento, in quo ſolemnitates deficiunt, debent aliquoties ſolvi ab hærede. q.7. *ibid.*
Teſtamentum quidam facere non poſſunt. Tr.7. cap.3. q.2. 393

Cle-

Clerici de his, quæ conſideratione Eccleſiæ perceperunt, nullum de jure poſſunt facere teſtamentum, ſaltem niſi in favorem cauſæ piæ. q. 3. 394
In Teſtamento hæredes, aut legatarii, aliqui eſſe non poſſunt. Tr. 7. cap. 4. q. 2. 395
Timor, ſi ſit multùm vehemens & exceſſivus, in tantum quòd rationem perturbet, impedit operationem ex parte mentis. Tr. 1. cap. 13. q. 1. 118
Si quis propter timorem ſic diſpoſitus eſt, ut faciat aliquid prohibitum, vel prætermittat aliquid præceptum in Lege divina, talis timor eſt peccatum mortale. Diminuitur tamen ſecundùm aliquid, quia minùs voluntarium eſt, quod ex timore agitur. q. 2. 119
Timor poteſt excuſare à præceptis Eccleſiæ. *ibid.* 120
Traditio ſanctorum, eſt Regula morum. Tr. 1. cap. 1. q. 3. 2
Traditiones noſtras populo obſervandas non tradamus. q. 6. 10
Tutores, Curatores, Nobiles, viduæ, &c. non excuſantur ab uſura, ſi exigant aliquod lucrum ultra ſortem. Tract. 4. cap. 9. q. 1. 5. & 6. 259. 262. & 263.
Tutores, quo pacto ſe hoc modo indemnes præſtare poſſunt? q. 3. 261
Tutores poſſunt-ne compenſare damnum ſibi emergens? q. 4. 262

V

VEndi non poſſunt res, quæ in uſus tantùm malos inſerviunt. Tr. 3. cap. 8. qu. 3. 209
Vendentes Tabernarii, aut macellarii carnes prohibitas, aut parantes cœnam diebus jejunii, non rarò peccant. q. 6. 7. & 8. 212
Vendentium fraus circa ſpeciem, ad reſtitutionem obligat. Tr. 3. cap. 9. q. 1. 214

Vendentium fraus circa pondus, menſuram, aut quantitatem, ad reſtitutionem obligat. q.2. 215
Vendentium fraus circa qualitatem, obligat ad reſtitutionem. q. 3. 216
Difficile eſt inter vendentis, & ementis commercium non intervenire peccatum. *ibid.*
Venditor tenetur-ne vitium rei venalis aperire? Tr.3. cap.10. q.2. 217
Si rei venditæ vitium faciat rem minùs valere, injuſta erit venditio; unde peccat occultans vitium. *ibid.* 218
Venditor ex hoc ipſo dat emptori damni vel periculi occaſionem, quòd rem vitioſam ei offert. *ibid.* 219
Si Venditor dolo fecerit, ut rem pluris venderet, tenetur præſtare emptori illud quod minus dediſſet, ſi dolum cognoviſſet. q. 3. *ibid.*
Cariùs vendere rem quam valeat, eſt ſecundùm ſe injuſtum & illicitum. q.5. 220
Si vitia rei, quæ vendenda proponitur, ſint occulta, niſi per venditorem manifeſtentur, non ſufficienter committitur emptori judicium. *ibid.* 221
Vix veniam meretur frequenter peccans, & lugens. Tr.1. cap.15. q.3. 125
Veſtium pompa Chriſtianos non decet. Tr. 1. cap.16. q.7. 131
Via lata ducit ad perditionem. Tr.1. cap.1. q.8. 15
Via ſalutis arcta eſt. *ibid.*
Voluntas non eſt perfecta, niſi opportunitate datâ operetur. Tr.1. cap.16. q. 10. 134
Uſura eſt lucrum ex mutuo principaliter intentum. Tr.4. cap.2. q.1. 227
Uſura, alia realis, alia mentalis. q.3. 229
Uſura violat jus naturale, divinum, & Eccleſiaſticum. Tr.4. cap.3. q.1. *ibid.*
Uſuras utriuſque Teſtamenti pagina deteſtatur. q. 4. 230

Uſuræ tollitur injuſtitia, quando non ſpe lucri accipitur, ſed pro recompenſatione damni. Tr.4. cap.4. q.7. 237
Uſuræ vitium non excuſatur, niſi tollatur ſpes lucri. *ibid.*
Uſura in quibuſdam caſibus non eſt, licèt plus accipiatur. Tr.4. cap.6. q.1. 241
Uſura tacita eſt, cùm quis aliquid commune habet cum alio, & periculum & damnum non eſt commune. Tr.4. cap.7. q.5. 252
Legendum-ne eſt cap. *Naviganti*, cum negatione: *Vſurarius non eſt cenſendus*? q.7. 254
Ab Uſura non excuſantur Tutores, Curatores, Nobiles, &c. qui exigunt intereſſe ultra ſortem. Tr.4. cap. 9. q. 1. & 6. 259 & 263
Ab Uſura excuſantur-ne viduæ exigentes aliquod intereſſe? q.5. 262
Uſura non excuſantur, etiam quantumcumque ordinetur ad vitæ neceſſitatem. Tr.4. cap.10. q.2. 265
Uſuræ varii prætextus exploduntur. Tract. 4. cap.10. per totum. 264
Cum Uſurariis quo pacto agere debet Confeſſarius? Tr.4. cap.11. per totum. 271
Ab Uſurariis reſtitutio requirenda. Tr. 4. c.11. q.2.3.4.5. & 7. *ibid. & ſeqq.*
Uſurarii manifeſti dicuntur illi, de quibus notorium eſt de jure, ut quia confeſſi, vel condemnati: vel de facto, quia habent operis evidentiam, quæ nullâ poteſt tergiverſatione celari. Tr.4. cap.15. q.1. 306
Uſurariorum variæ pœnæ, ſex præcipuè. q. 2. *ibid.*
Uſurarios contractus fabricantes Notarii puniuntur, & quandoque reſtituere tenentur, ſi uſurarii non reſtituant. q. 3. 307
Non licet ut plurimum inducere aliquem ad mutuandum ſub uſuris. Tr.5. c.1. q.17. 318
Non licet, niſi in urgenti neceſſitate, mutuum petere ſub uſura. *ibid.*
Con-

Contra uſuras, alioſque contractus illicitos Edictum promulgatum in Synodo Albanenſi. 401

Z

ZElus Epiſcoporum contra Probabiliſmum. Tr.1. cap.5.q.5. 39
Zelus Epiſcoporum Galliæ ad reprimendam novorum quorumdam Scriptorum audaciam. Tr.1. cap.8. 98
Zelus B. Gregorii Papæ VII. Tract. 1. cap. 1. q. 5. 4

FINIS.

533153

Biblioteca Nazionale NAPOLI V. E. III.

# Errata pro Tomo Primo.

| | |
|---|---|
| Pag.27. lin.25. proveuiens. | lege: proveniens. |
| Pag. 43. lin. 19. Creſci Treſii, | lege: Creſpi. Tres ii. |
| Pag. 55. lin. 20. opinionem probabilium. | lege: opinionum probabilium. |
| Pag.68. lin.7. opinionum. | lege: opinionem. |
| Pag.73. lin. 27. doctrinam. | lege: doctrina. |
| Pag.73. lin.34. ſignum. | lege: ſinum. |
| Pag.82. lin.1. cap.2. nu.48. | lege: cap.4. nu. 18. |
| Pag.90. lin. 1. opinionem. | lege: opiniones. |
| Pag.99. lin. 5. judicis. | lege: juridicis. |
| Pag.109. lin.4. mortali. | lege: mortalis. |
| Pag. 117. lin. 7. liberationis. | lege: deliberationis. |
| Pag.147. lin.penult. Tom. 4. | lege: Tom.5. |
| Pag.153. lin.15. leges. | lege: lege. |
| Pag. 155. lin. 11. vendiviſſet. | lege: vendidiſſet. |
| Pag. 157. lin.1. Architectori. | lege: Architecto. |
| Pag.159. lin. 10. neceſſe. | lege: neceſſe eſt. |
| Pag.174. lin. 5. legem. | lege: legum. |
| Pag.184. lin.11. vigoroſi. | lege: rigoroſi. |
| Pag.194. lin.19. eſt. | lege: ratio autem quia iſte poteſt repetere, eſt. |
| Pag.226. lin. 5. conſumatur. | lege: conſumantur. |
| Pag.227. lin. 28. lucrum ea. | lege: lucrum ex. |
| Pag.231. lin.36. Tom.5. | lege: Tom.6. |
| Pag.247. lin.38. quodlibet. | lege: quolibet. |
| Pag.260. lin. 1. conventu. | lege: convento. |
| Pag.263. lin. 5. computari. | lege: computare. |
| Pag.269. lin. 26. fructuum. | lege: fructum. |
| Pag. 270. lin.4. licito. | lege: lucro. |
| Pag.278. lin. 1. Societatem. | lege: Societates. |
| Pag.278. lin. 34. ſerventur. | lege: ſervetur. |
| Pag.291. lin. 37. contrarium. | lege: contrariam. |
| Pag.320. lin.10. poſsint. | lege: poſſunt. |
| Pag.332. lin.25. centuſilum. | lege: centuplum. |
| Pag.334. lin.12. æqualitate. | lege: æquitate. |
| Pag.335. lin.20. quis eas. | lege: qui eas. |
| Pag.336. lin.37. quacumque. | lege: quamcumque. |
| Pag.338. lin. 19. rerum. | lege: reum. |
| Pag.339. lin. 36. fortis. | lege: foris. |
| Pag.344. lin.8. tenetur. | lege: tenetur-ne. |
| Pag.347. lin.25. quæ judicii. | lege: quæ judici. |
| Pag.348. lin.30. caſu depoſirarius | lege: caſu ſi depoſitarius. |
| Pag. 351. lin.35. depoſitatum eſt. | lege: depoſiti actum eſt. |
| Pag. 353. lin. 14. non debeat. | lege: non debet. |
| Pag.355. lin.10. rectè commodatio. | lege: rectè commodati. |
| Pag.362. lin. 23. Hæc poſito. | lege: Hoc poſito. |
| Pag.365. lin.34. polliceretur. | lege: pollicetur. |
| Pag.370. lin.18. ex taxa rei. | lege: ex natura rei. |
| Pag. 373. lin. 34. ne quodcumque. | lege: ne quemcumque. |
| Pag.381. lin. 32. alii caſu. | lege: alii caſus. |